THE UNIVERSITY

OF ILLINOIS

LIBRARY

871
H5
1827
v.1.

Vahlen Library
1913

CLASSICS
DEPARTMENT

CENTRAL CIRCULATION AND BOOKSTACKS

The person borrowing this material is responsible for its renewal or return before the **Latest Date** stamped below. **You may be charged a minimum fee of $75.00 for each non-returned or lost item.**

Theft, mutilation, or defacement of library materials can be causes for student disciplinary action. All materials owned by the University of Illinois Library are the property of the State of Illinois and are protected by Article 16B of *Illinois Criminal Law and Procedure*.

TO RENEW, CALL (217) 333-8400.

University of Illinois Library at Urbana-Champaign

AUG 2 1 2000

When renewing by phone, write new due date below previous due date. L162

Q. HORATII FLACCI

O P E R A

AD MSS. CODICES

Vaticanos, Chisianos, Angelicos, Barberinos, Gregorianos, Vallicellanos, aliosque,

PLURIMIS IN LOCIS EMENDAVIT,

NOTISQUE ILLUSTRAVIT

praesertim in iis, quae Romanas Antiquitates spectant,

CAROLUS FEA,

IC., Bibliothecae Chisianae et Romanarum Antiquitatum Praefectus.

Denuo recensuit, adhibitisque novissimis subsidiis curavit,

Fridericus Henricus Bothe,

D. PHIL. ET AA. LL. MAG.,

Societati, quae Jenae est, latinae, item Teutonicae Berolinensium, hon. c. adscriptus.

Tomus prior.

EDITIO NOVA.

HEIDELBERGAE ET SPIRAE MDCCCXXVII.

SUMTIBUS AUG. OSSWALD.

Vindobonae apud *Schaumburg* et *Soc.* *Bruxelles* apud *de Mat.* *Lugd. Batav.* ap. *S.* et *I. Luchtmanns.* *Londini* ap. *R. Ackermann.* *Parisiis* ap. *Treuttel* et *Würz.* *Rigae* ap. *Deubner* et *Treuy.* *Hafniae* ap. *Fr. Brummer.*

871
H5
1827
v. 1

18Ja'15 E. L. Baechtold

F. H. BOTHII

PRAEFATIO AD LECTOREM.

FRIDERICUS AUGUSTUS WOLFIUS, acerrimi vir judicii, in Analectorum litterariorum ab ipso editorum parte altera, quo loco expendit Flacci Od. 1, 1, 29., palam pronuntiare non dubitavit, etiamsi liber alius injussu auctoris vel curatoris recudendus nullus sit, tamen id faciendum esse Horatii editione, quam Carolus Fea Romae publicaverit. Quo dicto cognito ego statim afferri jubere Feae librum, cumque is apud nullum hic viciniae Sosium prostaret, bibliothecas publicas adire, amicos sollicitare, scribere et rescribere; quid quaeris? ex ipsa tandem Italia mittendam curavi laudatissimam laudatissimi vatis editionem,

2 33

eaque lecta ac relecta *) merito optasse Wolfium intellexi, ut tale opus quam fieri posset maxime divulgaretur. Nam sive antiquitatis omnis cognitionem in editore Horatii requiras, cui magis inesse eam cognitionem existimes quam Antiquitatum Romanarum praefecto? sive magna et exquisita librorum supellectile instructum eum cupias, qui id saxum volvere ausus fuerit, quid non exspectandum a viro, cui ad manum fuerint codices Mss. Vaticani, Chisiani, Angelici, Barberini, Gregoriani, Vallicellani, et quidquid Romae fuit interioris notae membranarum? — Juris Romani notitiam subtiliorem multis in locis necessariam censes editori Horatiano? Jureconsultus Fea est. — Neque intelligi neque explicari omnino posse putas auctorem patriae amantissimum, nisi ab eo, qui, ubicunque ille tempus degit, eo etiam ipse se contulerit, illiusque velut vestigiis institerit? Nicensis hic est, Romae educatus, qui totam Italiam per-

*) Excusa est altera ejus operis editio Romae a Francisco Bourlié, duobus voluminibus, foliis senis, anno 1811, et ibidem prostat apud heredes Raggii bibliopolas.

agraverit, omnesque montes, lacus, locosque ab Horatio commemoratos oculis suis usurpaverit. Deinde artium Phidiae et Apellis ignarum non esse debere lectorem editoremque Venusini, quis nescit? En, earum quoque artium scientissimus est Carolus noster, quippe qui (alia ne dicam) Winkelmanni historiam earum artium italice scriptam multa cum laude ediderit. Tum, quod gravissimum est et id, quo delicta, imo vitia, doctorum pensari nonnunquam videantur, judicium, eo tam valet, ut opinionum torrente, qui in scriptore vetere nullo est impetuosior, transversum se agi atque abripi raro passus sit, nulliusque in verba magistri jurans ut bona aliorum commenta sine invidia probet, ita hallucinantes viros etiam celeberrimos neget ferendos, libereque exagitet. Denique operi omnibus copiis instructissimo nihil deest praeter id, quod humanis in genere, perfectio. Oblitus sui nonnunquam Fea meliora rejicit, deteriora laudat, dein bile commota furit, maximaque nomina proculcat; tum, occasionem nactus de rebus notioribus disserendi,

retinere modum nescit, cum contra locos non paucos difficiles, et in quibus priores editores frustra laborarint, sicco pede transeat, tanquam expeditos; postremo stilus ejus parum latinus saepe est minimeque talis, qualem in elegantissimi interprete poetae desideres.

Quae cum ita se haberent, orationis quidem emendandae curam scriptori relinquendam esse existimavi, si quando ad parandam novam operis sui editionem animum adjecisset; ceterum id faciendum mihi duxi, ut hominis iracundiam hic illic compescerem, famamque vindicarem eruditorum; monerem, ubicunque falli videretur vir calidior; adderem ac supplerem si quid deesset; denique nihil omitterem, quo juvaretur utiliorque redderetur haec editio. In quo negotio, usurpatam a me Bodonianam editionem splendidam ne commemorem, in qua curanda et ipse editor noster cum amicis, Viscontio praesertim, operam suam collocavit (cujus editionis praefationem, ab equite de Azara eleganter scriptam, nostrae et Nicensis subjecimus), prae ceteris multum profuit clarissimi Van-

derburgii Carminum Horatianorum interpretatio francogallica cum notis, in quibus cum explicare obscuriora studet, tum collatis XVIII. codicibus Parisinis scripturam poëtae modo firmat, modo emendat; quem laborem minime contemnendum utinam in satiris atque epistolis Horatii persequatur! Adhibui etiam varias lectiones codicis cujusdam Ms., editionis Henricopetrinae I. exemplari, quod Heidelbergae servatur in bibliotheca Academica, adscriptas, qui codex procul dubio ille fuit, quem Bentlejo et Broukhusio misit Graevius vetustissimum; ipsius quoque Graevii scholia, adhuc inedita, in odarum libros duo priores, quae Cruquianae editionis alterius exemplo, olim suo, nunc ejusdem bibliothecae, addidit vir praestantissimus, bonae frugis plena, excudenda curavi una cum meis ad tomum priorem annotationibus; praetereaque in doctissimi L. F. Heindorfii editione satirarum aliisque impressis Feaeque minus cognitis libris quidquid ad salutem poëtae conducere viderentur, sedulo excerpsi, et quae in illo reprehendissem, ab iis ut mihimet ipsi caverem, ope-

ram dedi maximam. Itaque hunc librum concinnavi, Italico longe parabiliorem, qui meus liber si numerosis Lyrici amatoribus non injucundus fuerit, imprimisque magistros in Horatio enarrando occupatos eorumque discipulos planiore quam antea via cum ad eum cognoscendum, tum ad totam perspiciendam antiquitatem perduxerit, et ego et vir honestus, qui curam typis describendi suscepit, vehementer gaudebimus.

Dabam Vinhemiae in Palatinatu, ipsis Calendis Februarii 1820.

C. Fea

PRAEFATIO

CRITICO LECTORI.

Quum pluribus ab hinc annis varias Latinorum Scriptorum lectiones, et emendationes novas proposuerim criticis, eruditisque lectoribus (A); atque etiam novas plurium editiones promiserim a mendis frequentibus expurgatas; praesertim Vitruvii (B), Catulli, Tibulli, Propertii, Virgilii (C), Horatii, Statii (D); nunc tandem plene fidem liberare aggre-

(A) In *Miscellanea filologica critica e antiquaria. Roma* 1790. *tom.* I. plures dedi Virgilii, Horatii, Statii locos; et Plinii senioris caput XV. et sequens lib. XIII. Hist. nat., ubi sermo de papyro, a mendis purgata, collatis 14. mss. Romanis, et commentario novo illustrata. (Adde Antholog. Rom., de qua ad Sat. 2, 1, 34.)

(B) Programma edidi hoc titulo: *Progetto per una nuova edizione dell' Architettura di Vitruvio, con un saggio di commentario, e molti capitoli emendati con mss. Roma nella Stamperia Pagliarini* 1788 in 8. In hoc opusculo specimina emendationum luculentissima dedi in variis omnium librorum capitibus, opposito e regione textu editionis Galiani.

(C) *Saggio di nuove illustrazioni filologicorustiche sulle Egloge e Georgiche di Virgilio, per servire ad una più esatta Traduzione delle medesime. Roma* 1799. in 8. paginis 179., ubi, praeter desperatissimos quosdam Virgilii locos in Aeneide, Georgicis, et Ecloga I., ad agriculturam, et pecuariam spectantes, plenissimo commentario restitutos, et explanatos, alii multi Horatii, Varronis, Plinii senioris, Pal-

dior, ab Horatii opusculis omnibus integris incipiens. Manum quidem dedimus anno MDCCXCI. editioni typis Bodonianis magnifice Parmae excusae in folio maximo; (*) sed ob temporis angustiam, ac methodum nobis praescriptam, textum Auctoris nitidum utique, sed solum absque notis procurandi; nihil fere novi in textum ipsum illatum est (E). Nunc,

ladii, aliorumque Scriptorum loci emendantur, aut exponuntur; recentiores Scriptores castigantur multi; et praesertim Heyniana Virgilii editio expenditur, ac suis limitibus coercetur. Hoc opusculum inscripsi viro cl. Iosepho Solario, in Universitate Genuensi litt. Graec. et Lat. P. P., qui illud benigne excipiens, desperatissimos Virgilii locos ex mea sententia transtulit in sua versione Italico carmine pressa, vera, et eleganti; ut videre est I. E. 50. 54., et pag. XII. II. G. 23. 27. 28. 30., et pag. XX. 255. 256. 257. 258. 159. v. 367. III. 400. 401. 402., et pag. 262. IV. 287. et pag. 265. Duos locos, I. E. pag. 241. IV. G. 555. pag. 264., ipse aut non percepit, aut non maturo consilio partim reiecit. Dominicus Vivianus, alter P. P., ibid. pag. 275. v. *Arbutus*, mecum probavit, *arbutum* a Virgilio *horridam* dici, non a cortice, aut foliis; sed a fructu, qui rigens echinis assimilari potest. In Aeneide Solarius VII. 654. mecum defendit versum, et exponit, quid sit *Romuleoque recens horrebat regia culmo;* et adoptavit VI. 738. *abolescere*, pro *inolescere:* sed perstitit in transpositione versuum 743. 744. post 746. et 747., ut in editione Brunkiana, et Bodoniana; quam late refutavi in praedicto opusculo pag. 127. 131. seqq.; ostendens, eam peccare contra Poetae mentem, et contextum, et contra Mythologiae notissimas notiones. Eadem licentia, non sumpta pudenter, ipse usus est etiam in reiiciendis, aut uncatis stigmatibus figendis aliis versibus, et aliis ex ingenio emendandis: de quo dolendum.

(D) In citata *Miscellanea* p. 5. seqq.

(*) Paginis 371.

(E) De hac editione ita scribit Mitscherlich p. XVI., cuius verba grati animi ergo huc afferimus. CODD. IOS. Nic. DE AZARA. *Interioris notae Codd. aliquot, ad quos textum typis Bodonianis exprimendum exigeret, ad manum ha-*

quae mihi in hoc novo, ut ita dicam, *specimine*, omnibus solutus impedimentis imposuerim, breviter exponam. Et 1. quae orthographiam spectant, qua fieri posset accuratione, stabilire; accitis in subsidium manuscriptis codicibus, marmoribus scriptis, nummis, aliisque Antiquitatis monumentis, quibus tantopere laetamur in alma Urbe, ad critices regulas delectis (F). 2. Interpunctiones loco suo dilucidius figere, quibus saepe est novus sensus verbis et contextui, et omnis difficultas sublata; perspicuitate reddita ad oculum (G). 3. Ex iam notis variantibus lectionibus rectas excernere, confirmare, ac defendere. 4. Novas adducere ex manuscriptis codicibus Ro-

buit eques illustrissimus, e Bibliotheca amplissima, eademque lectissima, Chisiana depromtos; quinque nimirum Odarum, tres Epistolarum, artis poeticae et Sermonum, quorum duo ex eodem thesauro accessere, tertium Zeladiana Bibliotheca suffecit. Lectiones, quas in iis deprehendit, scitas doctasque idem vocat in doctissima, eleganterque scripta Praef. pag. X.; ut adeo maximopere dolendum sit, lectionum exquisitiorum silvulam in calce libri non adiectam fuisse. Et pag. CLIV.: Editioni, cui Bodoni omnes typographiae suae affudit Veneres, praefuit Ios. Nic. de Azara, vocatis in partem laboris Ennio Quirino Visconti Romano, Carolo Fea Nicensi et Stephano Arteaga Matritensi, V V, eruditissimis ac de politioris antiquitatis monumentis meritissimis. Textus subinde refictus est ad probatissimas quasque Codd. lectiones, et accuratissima interpunctione sublevatus, ut adeo novam poetae recensionem praestet haec editio. Manuscriptus codex Horatii Bibliothecae Zeladianae anno 1798. Toletum translatus est; ideoque illum iterum nunc consulere non potui. Chartaceus est, seculi XIV. in 8.

(F) Vide ex. gr. tom I. pag. 4. 7. 8. 9. 11. 25. 26. 30. 38. 48. 57. 66. 67. 68. 75. 77., et alibi saepe.

(G) Vide tom. I. p. 16. v. 13. 35. v. 6. 84. v. 37. 86. v. 50. 150. v. 30. 213. v. 71. seq. 214. v. 87. seq. 244. v. 15. 270. v. 66. II. 62. v. 29. 102. v. 57. 152. v. 58.

manis, aliisque, qui praesto undequaque fuerint (n) 5. Quae Antiquitates Romanas, aut alias quoquo modo respicerent, nec satis hucusque vel apud Commentatores, vel apud alios Scriptores comperta, aut conventa reperirentur; ea luce donare, qua in re praesenti, propriis oculis, monumentis, ac locis iterum, iterumque recognitis, nobis frui datum est, vestigia ipsius Poetae calcantibus (1).

Criticam in primis editionem opus integrum exigere censui: ab hac omne principium sumendum; eruditorum, verbosorumque commentariorum abunde, superflueque ab aliis conscriptum. Lambini, Mureti, Cruquii, Torrentii, Dacerii, Bentleii, aliorumque magna sunt nomina, nec satis laudata; sed uberem adhuc racemationem, ac spicilegium illi nobis relinquerunt. Uberem, inquam, atque incredibilem. Quis enim non mirabitur, tot novas, easque veras, immo unicas lectiones, tamdiu latuisse in manuscriptis nostris; easque vel non reperiri in aliquo ex aliis plurimis, quos laudant Editores, quosque affatim recensent Iani, et Mitscherlich; vel Editores ipsos, attentos, peritosque, si insunt, effugisse? Qui fieri potuit, ut acutissimi quique, qui locos sanos perpetuo sollicitant, de tot infectis, ac primo obtutu Latine callentes, et stilo

(n) Vide tom. I. p. 6. v. 8. 17. v. 28. 21. v. 20. 245. v. 29. II. 1. v. 2. 3. v. 29. 41. v. 6. 51. v. 4. 61. v. 7. 64. v. 45. 309. v. 62. 314. v. 101. 316. v. 116. 318. v. 129.; et vide in Indice sequenti rerum, seu specimine.

(1) Vide tom. I. p. 3. 27. 71. 77. 103. 127. 133. 182 seqq. 190. seq. 219. 11. 41. seq. 45. 61. 214. 215. 216 295. 301. 311.

Auctoris parumper imbutos remorantibus, ne suspicarentur quidem?

Detur haec venia, licet, Editoribus illis, qui pro viribus ingenii, pro ratione studiorum, et pro subsidiorum copia, sobrie, et caute ad castigandum Horatium accesserunt, si non perfectum ad unguem obtinuerunt. At contineri saepius ab ira vix potui, audaciam, licentiamque tot Editorum perspiciens, qui solo male sano in arte critica ingenio, non manuscriptorum ope, non Linguae Latinae peritia, non monumentis fulti, aut scribendi cacoethe, aut amore novitatis, aut mercimonii librarii caussa, Auctoris sensum, et verba susque deque pervertunt. Ab his cavendum fuit laboriosius; eorumque commenta frequentius proculcanda, ac detestanda. Horum in numero, ut obiter tangam, primum habeat locum Ieremias Marklandus (K), omnium criticorum iratis Musis infelicissimus: inde Gisbertus Wakefield, qui suis coniecturis ineptis, et audacibus, Horatium, Virgilium, et Silium Italicum, nitidissimis typis impressos, conspurcavit. De Alexandro Cuningamio quid proferam? de Editore illo, quem *omnium doctissime in Horatio castigando versatum* asserunt Iani, et Mitscherlich; quique CCCC plus locis emendatiorem suam recensionem Bentleiana *polliceri non veretur* (L)? Oblitum ipsum tot regularum, tot prae-

(K) *In Epistola critica ad eruditissimum virum Franc. Hare, in qua Horati loca aliquot, et aliorum veterum emendantur. Cantabrigiae typis Academicis* 1723. in 8. Item in alio opere: *P. Papinii Statii Silvarum libri quinque ex vetustis exemplaribus recensuit, et notas, atque emendationes adiecit Ier. Marklandus. Londini* 1728. *typis Guilielmi Bowyer*, in 4.

(L) *Animadvers. in Bentl. cap.* 7.

ceptorum, quae Bentleio rivali obiecerat (m), in quadrigentis plus locis illis fere omnibus textum ex gutture, et aure sua, arbitrio, atque impotenti audacia refinxisse; verba nova ratione, ac genio concinnando, et passim transponendo; ita ut textum non Horatianum dederit, sed suum legentibus propinaverit. In hos tres bilis hilum effundere necessarium duxi, ut coryphaeos: ceteros silebo; iudicium enim singulare, quod longissimum foret, de eorum meritis instituere animus non est. Eorum opiniones sufficiat, vel adoptasse, vel libere reiecisse suis locis. Ab eadem vero corrigendi licentia religiose ego manum continui: nullibi fere datus ingenio locus, vel coniecturae; quamquam aliquae, mature perpensae, quodammodo fucum facere, et assensum potuissent extorquere. At quae novae lectiones, ad severioris critices regulas exactae, vel certae, vel elegantiores, aut menti, et verbis Poetae propriores visae sunt; illas in textum recipere non dubitavi: ea usus auctoritate, qua ceteri, qui nos tempore tantum, non iure, aut ratione, aut notionibus praeverterunt.

In hisce omnibus rite, recteque constituendis ita versatus sum, ut, qua data occasio, verba, et contextum directe, aut indirecte illustrarem; adnotatio quaeque paullo prolixior, pro iusto commentario haberi posset. A communibus, vulgaribusque eruditionibus cumulandis; et a quaestionibus, vel parum a proposito recedentibus, refricandis, sedulo abstinui: quae ab aliis iam emuncta, et probata sunt, laudando; ut apud illos requiri possint momenta,

(m) Loc. cit.

si lubeat. Hoc prae ceteris partibus faciendum putavi in pluribus Odarum locis; ad notas Iani lectorem remittens, si quae ab eo probe firmata consistere noverim. Quae desperata non pauca, aut difficiliora, aut suspecta sunt habita etiam perspicacioribus Interpretibus; illa animose conquisivi: et ut mihi videor vidisse, ea ita confirmare, exponere, ac aliorum Scriptorum veterum, monumentorumque fultura elucidare adnisus sum; ut erudito, critico, sanoque Lectori nullus amplius aut dubitandi, aut disputandi, supersit aditus (N). In Satyras, Epistolas, et Artem poeticam impensius adhuc, quam in Odis, tritiusque incubui; quia medicam manum signate flagitabant, curatae segnius, aut neglectae ab aliis, qui plurimi Odas, ut sublimiores, et quae uberius Graecorum Scriptorum locis, et fragmentis analectis inferciri possunt (O), unice, et cnixius excoluerunt. Artem poeticam innumeri certe obruerunt commentariis oppido quam ponderosis; sed peripateticis, aut summe didascalicis; vix umquam criticis (P). Necessitatem universae huiusmodi repasti-

(N) Vide tom. I. p. 84. v. 37. 38. 86. v. 50. 150. v. 29. 163. v. 17. 177. v. 13. 190. v. 29. 214. v. 87. seq. 244. v. 15. 247. v. 41. 249. v. 57. 58. 255. v. 50. 262. v. 25. 269. v. 65. seqq. II. 6.

(O) In hoc excellunt D. Heinsius, Henricus Wagnerus, Sivrius, Iani, et Mitscherlich.

(P) De novo ordine, quo Artem poeticam reconcinnare tentarunt D. Heinsius, Petrinius, alii, id unice dicam; illum scholastica tentamina sapere, et potestatem quidlibet audendi. Cui enim persuadere poterunt sartores isti, vel Grammaticum, vel Amanuensem aut casu, aut consulto, ita tot longissimae Epistolae lacinias, adeo diversas, ac inter se dissitas, quin etiam versus in partes duas scite secantem, consarcinare va-

nationis seges laetissima comprobavit. Novae lectiones omnes, insignioresque novae explicationes, ut statim a curiosis advertantur, * notatae sunt. Vitam Horatii a Svetonio, et aliis conscriptam, novis lectionibus restitutam, ac observationibus auctam, post Iani, et Mitscherlichii curas, hic inserui. Indices demum aliquot Editionum rariorum, Editorum, Commentatorum, atque Scriptorum omnium, quos advocavi: item specimen, quod res in notis expositas; sed praecipue receptas a me lectiones fere omnes sisteret contra reiectas.

Omnia, qua potui diligentia, maturo consilio, intentoque molimine praestare conatus sum: non ea tamen fidentia manum de tabula, ut omnia bene cessisse gloriari ausim; aut me nihil omnino in textu ipso emendandum mihi, aut aliis reliquisse. His interim aequo animo utere, benigne Lector, si probas: sin meliora aliquando vires, animique sufficiant, aut Fors obtulerit; eadem mente, plausuque excepturus. Horatium prosequentur insimul Catullus (Q), Tibullus,

luisse, ut sensum optimum redderent; in hunc vero ordinem, si alio praesumpto deterior fuisset, ita nihilominus omnes statim convenisse a primis seculis Scriptores, Horatii admiratores omnes; et alterius ita oblitos ad miraculum, ut nec vestigium in libris, aut mentio eius ulla nullibi reperiatur, Romae, Uticae, Ilerdae, alibi? Credat apella.

(Q) Huius poetae, ut primi ex his, atque omnium elegantissimi, dabimus hic aliquas variantes lectiones pro specimine, desumptas ex carmine LXIII. de Nuptiis Pelei et Thetidos; Io. Antonii Vulpii lectionibus oppositis, et aliis multis etiam in eodem carmine omissis: omissis etiam aliis notis, et commentariis, quae suo loco, et tempore dabuntur.

Nostrae. Vulpii.

v. 10. *Linea* coniungens. Pinea.

18. *Umbilicum* tenus. Nutricum.

et Propertius, eadem prope forma plurimis in locis castigati. Quod in antecessum monuisse, tibi non ingratum fore, auguror mihi.

Dabam ex Bibliotheca Chisiana Idibus Aug. MDCCCXI.

10 *Linea-texta*, ex ms., sunt vela, quae in navi necessaria erant, ex versu praecedenti, ut *flamen* exciperent; atque etiam, ut coniuncta *inflexae carinae* navim componerent. Ineptum est vulgatum *pinea*, et inutile; quum iam satis *carina inflexa*, pars pro toto, navim significet, ut v. 249. Imo et absurdum. Quid enim pinea texta carinae inflexae? An non carina ipsa inflexa ex pinu contexta erat? Deceptus est Marcilius, et ab eo Vulpius, aliique Interpretes, loco Ovidii I. Trist. 5. 111.: *Pinea texta sonant; pulsi stridore rudentes;* ubi *pinea texta*, sine addito, stat pro *carina inflexa*, *id* est *navi*. Idem dicas I. Fast. 506. XIV. Met. 540., ubi idem modus. *Levi volitantem flamine currum*, est, quod *linteo volare* carm. IV. 5., et infra v. 84.: *Nave levi nitens, ac lenibus auris.*

18 *Umblicum tenus exstantes.* Vulgatam lectionem *nutricum tenus* male defendit Vossius, et ex eo Vulpius, prae altera *umblicum tenus*, quam ipse quoque in quibusdam exemplaribus scriptam invenit; eamque explodit, ut commentum imperitorum hominum, nescientium, *nutrices* eleganter hic appellari *ubera* Nereidum. Unde hanc elegantiam Catullo appingat, non dicit. Unum advertere poterat, hac emendatione, et expositione, elegantius legendum esse in praecedenti versu, *pectore* pro *corpore*. At videant eruditiores, Nereides, seu Nymphas aquaticas, in antiquis monumentis, picturis, musivis, et anaglyphis, non adeo modeste usque ad *mammas*, sed *umblicum* tenus nudas repraesentari; ut in capsa sepulcrali marmorea Musei Capitolini apud Foggin. t. IV. tab. 62. p. 303.; in musivis apud Petrum Sante Bartoli, et Bellorium Pict. antiq. crypt. Rom. tab. 17. 18. 19., et Montfauc. Ant. expl. suppl. tom. 1. tab. 27. Sic apud Lucianum Dial. marin. n. 15. §. 3. tom. 1. p. 327. edit. Reitz.; *Nereides*, comites Iovis in Taurum conversi abripientis Europam, erant ἡμίγυμνοι αἱ πολλαὶ *seminudae multae*. Ita fortasse *ponto ferebantur Deae pelagi* apud Virgilium IX. Ae. 120.; et ita vere,

Dum haec scribo, veniunt ad manus meas fragmenta VIII. voluminis papyracei Herculanensis, nu-

si vera sunt, quae narrantur in Diario Gallico Eruditorum ann. 1672. tom. 3. par. 1. pag. 105., semivir ille marinus e mari assurgebat. Accusativo casu *umblicum tenus* recte dici, iam probavi ad Horat. I. epist. 1. 32. *Umblicum* pro *umbilicum*, ut infra 326. et VII. 5. *oraclum*, pro *oraculum*. Apuleius Platonicus in Herbario: *Ad Lumbrices. Herbam plantaginem contundes; et succum eius de cocleari, vel lingula dabis bibere; ipsamque herbam tunsam in umblicum ponito.* Prorsa oratione, sed sensu inverso, Liv. XXVI. c. 35. n. 45.: *Ventus adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua esset; alibi genua vix superaret.* Hirtius de Bello Africano, c. 33. n. 35.: *Per mare umbilici fine ingressi, terram petebant.*

21.	Pelea *sanxit*,	sensit.
55.	*Baccho se nuptam credidit esse.*	se se quae visit visere credit.
64.	*bullatum* pectus.	velatum.
80.	Queis *augusta* malis.	angusta.
94.	*in miti* corde.	immiti.
103.	*superis* munuscula Divis.	frustra munuscula.
106.	*coniferam* sudanti corticé pinum.	conigeram.
109.	et cominus obvia *frangit.*	obvia frangens.
138.	*miserescere* pectus.	mitescere.
204.	Annuit *invito.*	invicto.
205.	Quo *nutu* et tellus.	Quo tunc et.
243.	*infecti* conspexit lintea veli.	inflati.
273.	*Prociduum* leni resonant plangore *cachinnum.*	Procedunt, leni et resonant plangore cachinni.
275.	*variantes* luce refulgent.	nantes a luce.
287.	*Nereidum linquens heros.*	Xyniasi et linquens Doris.
288.	*Nonacrias atque* ille.	Boebiades. Namque
290.	aeria *cyparisso.*	cupressu.

per evoluti, in quibus reliquiae continentur poematis auctoris innominati de victoria Actiaca, et morte Cleopatrae. Compositum, sed fortasse non descriptum, poema credi potest aevo Augusteo; ideoque non alienum duxi ab hoc loco, aliqua verba, et versus ex eo afferre, quibus orthographia a nobis in Horatio praelata comprobari possit: aliqua etiam verba, quae diversam habeant non adoptatam. Fragmenta illa aere caelata sunt, ac impressa, semilacera; quae supplevi ex reliquis ductibus aliquot litterarum, et sensu. In col. I. habentur: CESARIS .. PHARIAM .. QVEM . IVVENES ... BELLA. FIDE. DEXTRAQVE . POTENS . RERVMQVE . PER . VSVM . CALLIDVS . ADSIDVVS . TRACTANDO. IN MVNERE ... IMMINET . OPSESSIS . ITALIS. IAM. TVRRIBVS . HASTIS ... NEC. DEFVIT. IMPETVS . ILLIS . Col. II.: LATERENT . CVM. SVPER ... PELVSIA . MOENIA . CAESAR. COEPERAT . IMPERIIS . ANIMOS . COHIBERE. SVORVM .. HAEC . MIHI . CVM .. PLEBES . QVOQVE .... VICTRIX . VINDICAT . HIS . TREMVLAM . ROMAM ... Col. III.: ALEXANDRO . THALAMOS . INTRARE . DEORVM ... ETIAM. DOLVISSE . DEAM . VIDISSE . TVMVLTVS . ACTIACOS . CVM . . QVAE . FEMINA .. VIRO-

300. Unigenamque simul cultricem *montis Ithoni*, montibus Idri.
301. *Pallada* nam tecum. Pelea nam.
330. Quae tibi *flexanimae Veneris* perfundat *amorem*. flexanimo mentem perfundat amore.
365. Nam simul *hanc* fessis. simul ac fessis.
337. templo in fulgente *revidens*. revisens.

RVM . QVAE . SERIES . ANTIQVA . FVIT . NI. GLORIA . MENDAX . MVLTA . VETVSTATIS. NIMIO . CONCEDAT . HONORI . Col. IV . . SAEPE . EST . QVAE . VETERIS . CVRAE . SERMONIBVS ... VITAE . LIBET . EST . MIHI . CONIVNX ... POSSET . PHARIIS . SVBIVNGERE . REGNIS . QVI . STATVIT . NOSTRAEQVE . MORI . PRO . NOMINE . GENTIS .... PARTES . NVMVM . DIDVCERE . IN . OMNIS ... QVID . VELIT . INCERTVM . EST . TERRIS . QVIBVS . AVT . QVIBVS . VNDIS . Col. V.: TVRBA . COIRET . PRAEBERETQVE . SVAE . SPECTACVLA . TRISTIA . MORTIS . QVALIS . AD. INSTANTIS . ACIES . CVM . TELA . PARANTVR . SIGNA . TVBAE . CLASSESQVE . SIMVL. TERRESTRIBVS . ARMIS . EST . FACIES . EA. VISA . LOCI . CVM . SAEVA . COIRENT . INSTRVMENTA . NECIS . VARIO . CONGESTA. PARATV . VNDIQVE . SIC . ILLVC . SEMPER . DEFORME . COLORVM . OMNE . VAGABATVR . LETI . GENVS . OMNE . TIMORIS . Col. VI.: TVLIT . ILLE ... CERVICIBVS . ASPIDE . MOLLEM . LABITVR . IN . SOMNVM . TRAHITVRQVE . LIBIDINE . MORTIS . PERCITA . SEV. FLATV . BREVIS . HVNC . SINE . MORSIBVS . ANGVIS . VOLNERE . SEV . TENVI . PARS . INLITA . PARVA . VENENI . OCIVS . INTEREMIT . LAQVEIS . PARS . COGITVR . ARTIS. INTERSAEPTAM . ANIMAM . PRESSIS . EFFUNDERE . VENIS . IMMERSISQVE . ADEO . CLAVSERVNT . GVTTVRA . FAVCES . HAS . INTER. STRAGES . SOLIO . DESCENDIT . ET . INTER .

Col. VII.: SIC . ILLI . INTER . SE . MISERO . SERMONE . FRVVNTVR . HAEC . REGINA . GERIT . PROCVL... VIDEBAT . ATROPOS . IN . RIDENS ... DIVERSA... CONSILIA . INTERITV... MANERENT . TER . FVERAT . REVOCATA . QVIES . CVM... ET . PATRIAE . COMITANTE . SVAE . CVM . MILITE . CAESAR . GENTIS . ALEXANDRI .... AD . MOENIA . VENIT . SIGNAQVE . CONSTITVIT . SIC . OMNIS . ERROR . IN . ARTVM. Col. VIII.: CLAVSTRA . NEC . VRBEM . OPSIDIONE . TAMEN . NEC . CORPORA . MOENIBVS . ABSVNT . CASTRA . QVE . PRO . MVRIS . ATQVE . ARMA . PEDESTRIA . PONVNT . HOS . INTER . COETVS . TALIS . QVE . AD . BELLA . PARATVS . VTRAQVE . SOLLEMNIS . ITERVM . REVOCAVERAT . ORBES . CONSILIIS . NOX . APTA . DVCVM . LVX . APTIOR . ARMIS . Vbi vides, quae ad rem nostram faciunt pro orthographia: ADSIDVVS, non ASSIDVVS . FEMINA, non FOEMINA . INSTANTIS, TALIS, OMNIS, et SOLLEMNIS, accusativo plurali in IS, non in ES . CVM, pro QVVM . LETI, non LETHI . ARTIS, et ARTVM, non ARCTIS, et ARCTVM . INTERSAEPTAM, non INTERSEPTAM; ac proinde scribendum SAEPES, non SEPES . VOLNERE, non VVLNERE . INLITA, non ILLITA . INRIDENS, non IRRIDENS . OPSIDIONE, et OPSESSIS, pro OBSIDIONE, et OBSESSIS, errore librarii, ut in col. I. CESARIS, pro CAESARIS . SOLLEMNIS, non SOLEMNIS, aut SOLENNIS. Illud, *Phariis subiungere regnis*, firmabit lectionem I. epist. 1. 19.:

Et mihi res, non me rebus, subiungere conor, pro *submittere:* et illud *percita flatu brevis anguis* lucem accipiet ex vers. ult. II. sat. 8.: *Canidia afflasset peior serpentibus Afris.* De basilisco Horus Hierogl. I. 1.: *Hoc genus, si aliud quodvis animal afflaverit, etiam sine morsu interimit.* Et. II 57.: *Accedentes afflatu suo perimit.* Aelianus Hist. anim. II. 5. Plin. H. N. VIII. 21. Solin. c. 40. Pausan. IX. 28.: *Hominem, ut insequentis viperae impetum declinaret, in arborem quandam celeri fuga se recepisse, quo cum paulo post venisset vipera, venenum arbori afflasse, et hominem vivere desiisse.* S. Hieronymus in versione Deut. VIII. 15.: *Et ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens.*

Fragmentum hoc scripturae omnium antiquissimum (certe ante Titum Imperatorem, anno 79. aerae vulgaris, quo Herculanum a Vesevi ignitis eruptionibus obrutum fuit), ob orthographiam, et calligraphiam, in sui considerationem, ac admirationem excitabit alios eruditos viros, qui conferre illud poterunt cum celeberrimis mss. Livii, Virgilii, ac Terentii, aliisque huiusmodi; et canones inde eruere cum iam notis conferendos. Hoc unum adhuc observes, puncta, in medio, et inter voces singulas, et in fine versuum collocata; quod novum.

PRAEFATIO EDITIONIS BODONIANAE.

IOS. NIC. DE AZARA

LECTORI.

Quum sit ipse Lyricorum princeps, itidemque venerum, et leporum omnium cantor FLACCVS, non aliis describeretur typis oportebat, quam Bodonianis, omnium scilicet nobilissimis, et nitidissimis, e quibus iam profectum est quidquid ab ipsa tandem arte poterat postulari. Cuius ego artificis, simul et eruditorum hominum (1), qui mecum una volumen ipsum castigarent, industria usus, et doctrina, illud a me Horatianum exemplar exstare volui, quod Italicis praelis, et bibliothecis universis commendationi esset, et ornamento. Iam vero ne quid statim occurreret, quod a mundo simplicique, quem volumus, cultu alienum videretur; statui, quantum est prolegomenon, scholiorum, et variarum lectionum ab hoc volumine prohibere: immo, si nomina demas Deorum, vel hominum, quae sibi poema quodque praescribit, ne argumenta quidem adesse passus sum; queis etsi antiquitas quaedam sit munimento,

(1) Ennius Quirinus Visconti Romanus, Carolus Fea Nicensis, Stephanus Arteaga Matritensis.

non tamen a me tanti facta sunt, ut tam venustis, tam claris poematis praeponerentur. Nostrarum vero quod erat praecipue partium egimus ita, ut haec editio primum ab orthographia, deinde a lectionum delectu, denique a stigmatum collocatione, quam maxime fieri per nos poterat, commendaretur.

Ad orthographiam quod spectat, cavimus pariter nequid nimis indiligenter, nequid curiose nimis ageremus. Quod institutum nostrum insimulabunt, opinor, nonnulli Angliae, Bataviae, Germaniae, ceterum eruditissimi viri, qui genus aliud orthographiae sectando, otiolum quandoque suum potius delectasse, quam serio rem egisse videntur. Spissi enim illi, similesque in exitu casus sententiis impedimentum afferunt, tenebras etiam suffundunt; certe si ad nostratum eruditorum aures referantur, vereor, ut queant tolerari. Novi pro hac scribendi ratione testimonia veterum monumentorum circumferri, fateorque in aliquibus vel aetatis aureae eam desiderari in literarum occursu levitatem, cui tantopere student grammatici: (legitur enim nec raro in illis *inprovisum*, *conlega* (*), cet.) at aera, et lapides sub Augusto, immo et superioris aetatis praeseferunt *imperator*, *collegium*, cet. Profecto, quum sit par hinc et inde auctoritatis momentum, adduci non possum, ut credam, nullam euphoniae haben-

(*) *Noris* Cenotaph. Pisana, *Dis.* IV. *cap.* VI.

dam esse rationem; nihilique putandum esse, quod Graeci, a quibus nostra promanant, hiulcos istos asperosque sonitus aurium caussa tam sedulo vitaverint. Ut ergo auribus indulgeatur, sermonisque prospiciatur perspicuitati, plurales casus *is* finitos expunximus. Tum enim Ancyranae tabulae (1), tum C. Caesaris titulus Ariminensis (2), tum arcus Augusti, qui est de gentibus Subalpinis debellatis epigraphe (3), plurales casus *es* finiunt, uti *Gentes*, *aedes*, *omnes*, cet. Quin immo grammatici ipsi veteres memoriae tradiderunt nostrae (4), solitos fuisse scriptores illos aureos modo hac, modo illa finitione uti, prout optima periodorum, et versuum indoles suadebat; quas nunc leges ne divinare quidem, nedum animo percipere possumus.

Quod si saepius O pro V usurpata sit, ut in *Volcanus*, *volt;* fatendum tamen est, monumenta, quae hanc scripturam referunt, agreste et insolens quidquam aliud redolere, quod nemo hodie non oderit. Inscriptio Augustana, qua Vulcano simulacrum dedicatur, habet quidem pro *Vulcano*, *Volkano;* at eadem pro *absenti*, *apsenti* (5): in ellogio Matronae eiusdem aevi legitur quoque *volnus* pro

(1) *Chishull.* Antiq. Asiat pag. 172. seqq.
(2) *Gruter.* pag. CXLIX. *num.* 2.
(3) *Id. pag.* CCXXVI. num. 7.
(4) *Gellius* Noct. Attic. *lib.* XIII. *cap.* XX.
(5) *Gruter. pag.* LXI. *num.* 1.

vulnus; simul vero *stodium* pro *studium*, *aput* pro *apud*, *ultumum* pro *ultimum*, *necutrum* pro *neutrum* (1). Quomodo ergo sibi constabunt eruditi isti, qui arbitratu suo, modo veterem illum, modo recentiorem hunc, a quo subrustica antiquitas emendatur, scripturae morem sequuntur? Si ergo O et V breves nullo discrimine inter scribendum habitae sunt; (ut antiquitus in more positum fuisse docet prae ceteris aenea tabula Lugdunensis, in qua occurrunt una et *Divus*, et *Divom* (2)) argumento id est, ab antiquis illis hasce literas ita potuisse pronunciari, ut idem per utrasque sonus in auribus crearetur; quod ne conandum quidem nobis est, a quibus ita literae efferuntur, ut a nativa ipsarum vi ac potestate nunquam discedamus. Ceterum quae firmioribus niti fundamentis, vel doctorum usu magis commendari nobis visa est orthographia, hanc amplexi sumus; ita tamen, ut lapides, et Graecas origines, praesertim in nominibus, ut vocant, propriis, unice consuleremus.

Magis vero magisque sollicitos nos habuit lectionum delectus. Ut enim ingens est eruditorum numerus, qui huic poetae recensendo sollertiam, vel ingenium commodarunt suum; quorum alii ob-

(1) *Fabretti* Inscript. *pag.* 226. *Marini* Iscriz. Albane. n. CXLVIII.

(2) *Gruter. pag.* DII. *col.* 2.

scura sane loca illustrarunt, alii vel tenebris, vel ipsi etiam luci obscuritatem addiderunt; oportuit, ut tot sententiarum, et iudiciorum copia inopiam quodammodo faceret, nobisque hanc demum provinciam aggredientibus maius negotium exhiberet. Certe non ita me amo, ut cunctis harum rerum studiosis diligentiam meam probare me posse confidam. Verum, quum hi nihil libenter excipiant, nisi quod a veteribus membranis profectum sit, illi coniecturas tantum movere cupiant, ingenioque nihil non adrogent suo; fit statim ut eruditorum manus in duas quasi frontes adversas dividatur. Quae quum ita sint, optimum mihi visum est factu, si ne latum quidem unguem a testimonio librorum recederem, quum per sensum satis planum licuisset; neque coniecturis fere uterer, quae omnium omnino codicum fide desererentur. Antequam ergo huic, vel illi lectioni calculum adiungeremus, multum diuque nobis deliberandum fuit; quod ut semper arduum, ita cecidit maxime a libro Epodon usque ad calcem. Multum enim in hoc opere sublevavit nos diligentia viri clarissimi Christiani Davidis Jani, qui, dum HORATIVM ederet Lipsiae, in ima unaquaque pagella varias quotquot sunt lectiones aggessit. Nec ipsi tamen libros scriptos interrogare praetermisimus; quinque enim Odarum exemplaria obtulit nobis amplissima, eademque lectissima Chisiana bibliotheca; tria

Epistolarum, et Artis poeticae, Satyrarum duo ex eodem thesauro accessere; tertium Zeladiana suffecit.

Quum vero volumen istud ea edendum lege suscepissem, ut nullus notationibus locus esset relictus, vix ulli fuerunt usui (1) lectiones mehercule scitae, et doctae, in quas, dum codices inter se conferebamus, incidimus. Contigit tamen ut nonnullam coniecturam, cui nondum auctoritas accesserat, nostrorum textuum fide confirmaremus. Cuius rei ex pluribus locis exemplo sit, quod Bentleius coniectavit de versu 15. Od. XVI. Epod. (2) Monendus vero nobis hic lector est, non commisisse nos, ut diutius inter hos lepidissimos locum sibi vindicarent inficeti illi versus, qui in Oden septimam et decimam libri 3. (3), quartam libri 4. (4), denique in Satyram quintam primi irrepserunt (5). Ad versum 18. Odae 8. libri 4. quod pertinet, fuisse illum iudicio quorundam nimis severo deletum, satis superque argumento sunt, quae Livius memoriae pro-

(1) *Vide tamen ex. c. Ode* XVI. *Epod. v.* 29. *ubi ex Codice Chisiano* proruperit Apenninus *reposuimus loco vulgati* procurrerit.

(2) Forte (quod expediat) communiter, aut melior pars
Malis carere quaeritis laboribus.
Ita legebatur ex coniectura tantum; liceat nunc ex Ms.

(3) Quando et priores — ducis originem etc. *v.* 2. *et seqq.*

(4) ..... quibus Mos unde — Nec scire fas est omnia: sed etc, *v.* 18. *seqq.*

(5) Qui locus a forti Diomede est conditus olim v. 92.

didit (libro XXX. §. 3, 5, et 43.); discimus enim inde, quam bene vel in maiore Africano quadrent illa

INCENDIA CARTHAGINIS IMPIAE.

Quum vero de stigmatis suo quibusque loco reponendis res esset, perpendimus sedulo quidquid hac in re e scholiastarum lucubrationibus nobis superavit; quorum tamen doctrinae, vel iudicio non adeo tribuendum putavimus, ut illis committere nos voluerimus. Quapropter quum maior tum coniecturae, tum diligentiae adhibendae reliquus hic nobis locus videretur, severiora hermeneutices praecepta ita unicuique poetae sensui explicando accommodavimus, ut a sententiarum perspicuitate optimus dicendi modus nunquam seiungeretur; cui legi ut unice pareremus, ceteras vix ac ne vix quidem audivimus. Ex tanto interim fastidio, in quod tenuis occupatio haec incideret prorsus necesse erat, hunc fructum cepimus, ut sola sensuum distinctione freti duorum versuum (1) Odes 5. Epodon iustam sententiam adipisceremur: quos versus adeo laeva interpretatio corruperat, ut critici omnes in eos clamarent, nonnulli etiam suppositos iudicarent (2). Sic quandoque tenui studio, quod obscura diligentia a quibusdam

(1) v. 87. 88.

(2) Venena ! magnum fas, nefasque non valent
Convertere humanam vicem.

vocabitur, non tenue huic literarum rationi fertur adiumentum.

En fere specimen industriae nostrae, et methodi, qua sategimus ut etiam iis, quorum subtile in huiusmodi rebus, immo et paullo morosius iudicium est, editio haec nostra adrideret; qui singula loca ad trutinam revocavimus, obscuras quasque sententias non per transennam, nec sola cuiusdam exemplaris fide, sed uno quoque verbo excussimus, et deligentissime recensuimus: qui nulli denique labori pepercimus, ut parcere legentes impune possent.

Venena! *Ibi prosphonesis ad veneficas, quod nondum fuerat animadversum. Cetera verba id volunt, opinor; puero nempe humanam vicem esse obeundam: nec suam innocentiam, aut illarum scelus,* (magnum fas, nefasque) *adeo ad Superos movendos valere, ut instantia sibi fata speret mutaturos.*

Q. HORATII FLACCI

VITA

C. SVETONIO TRANQVILLO

AVCTORE *).

Q. Horatius Flaccus, Venusinus, patre, ut

* Svetonium Tranquillum constat libellum scripsisse de poetis, quo eorum vitas complecteretur. v. Isid. Orig. VIII. 7. Ex eo servarunt viri docti vitas Lucani, Terentii cet. Iam in codicibus antiquis reperta est vita Horatii, quae diserte tribueretur Svetonio. Eam primus P. Nannius e cod. Buslidiano Miscellaneorum suorum libri III. c. 1. inseruerat. Deinde e cod. Bland. antiquiss. a Bernardino Lauredano acceptam Muretus editioni suae a. 1555. praefixerat, sibique primus edere perperam visus erat. Post et Cruquius ex eodem cod. edidit. Mendosissima initio erat; sed viri docti post e vetustis MSS. et coniectura pleraque emendarunt, in primis Rutgersius, Gronovius, Casaubonus, Vossius. Sed, essetne ea vita omnino Svetonii, nec ne, dubitatum est. Qui istud defendunt, urgent fere similitudinem dictionis cum stilo Svetonii. Quae licet negari nequeat; tamen admodum infirmum e tali similitudine argumentum est. Illud autem gravius, quod Porphyrion ad Epist. II. 1. praescribit: *Apparet, hunc librum hortatu Caesaris scriptum esse. Cuius rei etiam Svetonius auctor est. Nam apud eum epistola invenitur Augusti, increpantis Horatium, quod non ad se quoque plurima scribat.* Hoc, inquam, plus momenti habet; quamquam et, si durior sis, dicere possis, non ideo necesse esse, ut haec, quam hodie habemus, Horatii vita a Svetonio sit; nam posse ni-

ipse quidem tradit A, libertino 1, et exauctionum B coactore, (ut vero creditum est, salsamentario, cum illi quidam exprobrasset in

hilo secius Grammaticum seriorem eius auctorem esse, et modo illud de Augusto e Svetonio sumsisse. Sed vel sic facile inducimur ad rectissimum de hac vita iudicium: esse eam omnino a Svetonio; sed grammaticos et librarios monachos, qui illam transcriberent, vel omisisse, in suo quemque exemplo, quaedam, vel alia de suis interpolasse; quod ultimum de infami illo loco de speculato cubiculo certissimum est. Ceterum Porphyrionem etiam vitam Horatii scripsisse, ipse testatur ad Serm. I. 6. 41.

A * *ipse tradidit* Vr. H. Fea.

1. *libertino.* vid. Serm. I. 6. 6. 45. et 46. Epist. I. 20. 20. *quidem* deest in quibusdam editis; elegantius adest in MSS. Pro *exactionum*, quod vulgo legitur, praeclare emendat Gesn. *exauctionum*, h. finitarum, s. peractarum auctionum, i. venditionum publicarum; in quibus et *praecones* essent, h. qui starent ad hastam, oblataque pretia enuntiarent; et *coactores*, h. qui ab his, quibus attributae fuissent in auctione singulae res, pretium exigendum, s. colligendam pecuniam in se reciperent, pacta centesima parte; ut apparet e Cic. Rabir. Post. XI. 30. Tale munus obierat Horatii pater, et inde reculam sibi compararat. Cf. Serm. I. 6. 86 — Pro *ut vero* quidam libri ap. Rutgers. *ut vere*, unde Casaubonus legebat *fere*. *Salsamentarius*, qui salsamenta facit, vel vendit, ἀλλαντοπώλης. Dacer. vertit *un charcutier*. — *immungentem* pro *emungentem* in libris Rutgersii, et sic Baxt. *mungentem* Casaub. Laudatur Auct. ad Heren. IV. 54. *Ut si salsamentarii filio dicas: quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.* Vereor autem, ne haec: *ut vero creditum — emungentem*, a librario sint. (Recte; id quod vel hiulca oratio arguit. Forte duo panni assuti sunt, primus de salsamentario, cui alius notum illud scomma ex Auct. ad Heren. adtexuit. Itaque uncis inclusi. Mitscherlich.)

B *auctionum* Vr. H. Fea.

altercatione: *quotiens ego vidi patrem tuum brachio se emungentem?*) bello Philippensi, excitus 2 a M. Bruto imperatore, tribunus c militum meruit; victisque partibus, venia impetrata, scriptum quaestorium comparavit; ac primo Maecenati, mox Augusto in gratiam insinuatus D, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Maecenas, quantopere eum dilexerit, satis testatur 3 illo E epigrammate:

2. *exercitus* liber Puteani ap. Rutgers. mendose. *Scriptum quaestorium* intelligo munus scribae, a quaestore in decuriam lecti; qui *scriptum facere* dicitur. Cf. Liv. IX. 46. XL. 29. (Adde Masson. in vita Nostri p. 74. sq. qui commode laudat Gell. VI. 9. Ad rem Noster Serm. II. 6. 36. Mitscherlich.)

c * *tribunatus* Vr. H. Fea.

D * *Augusto insinuatus* Vr. H. Fea.

3 *testatur* pro *demonstratur* liber Puteani, et sic Baxt. *monstratur* Valart, Sivr. In altero et tertio epigrammatis Maecenatiani versu magna varietas est. V. 2. alii ap. Rutg. habent *Titum*, cod. Put. *tutum*. V. 3. apud Cruquium et Rutg. est *Hinno me videas*. Muretus edidit *Nimio v.* Nannius *Mimo me v.* Baxterus emend. *Minno*, h. ove glabra. Gronovius coni. *Titii sodalis Ginno*, ut ludatur in Titium quemdam, strigoso ginno, h. mulo, vehi solitum. Dacer. *Ninno me*. Vossius, Lindenbrog. et Pithoeus *Ninnio videas;* dicitque Vossius, fuisse eo tempore Romae poetam Ninnium Crassum, qui ita esset macilentus et siccus, ut in quotidianos iocos abiisset. Metrum non obest; nam etiam apud Catullum hendecasyllabi multi a trochaeo incipiunt; et decet Maecenatem talis negligentia. Modo illud de Ninnio Crasso certius esset. *Ninnio* haud dubie recte legitur, quod comparanti varietates allatas facile patebit; tum et gratior exsistit structura eiecto *me*. *Ninnium* possis explicare parvum mulum, alias hinnum, s. ginnum, item ninnum dictum. Sed mihi elegantior

Ni te visceribus meis, Horati,
Plus iam diligo, tu tuum sodalem
Ninnio F *videas strigosiorem.*

Sed multo magis extremis iudiciis 4, G tali ad Augustum elogio: *Horatii Flacci, ut mei, esto memor.*

Augustus epistolarum quoque ei officium obtulit, ut hoc ad Maecenatem scripto significat: *Ante ipse sufficiebam scribendis epistolis amicorum;*

videtur iocus, si suspiceris, esse nomen hominis vulgaris, nobis nunc ignoti, tunc a macritudine notissimi. Nam et Ninnios Campanam gentem fuisse apparet e Liv. XXIII. 8. 1., et ingeniosus tunc lusus est in epitheto *strigosus*, quod proprie de iumentis dicitur. Volo, ut, qui nunc, instar tui, bene curatus et pinguis sum (is enim fuisse videtur), strigosior fiam Ninnio.

E *satis testatur illo* Vr. H., et ita praefero, pro repetito *demonstratur isto*. Pro *isto* scriptor dixisset *hoc*. Nam *iste*, *isto* refertur ad aliquem, cui scribitur, ut ipsa docent Lexica. Id observes in Augusti epistola ad Maecenatem, de qua mox. *Testatur* postulat Latina locutio, et sensus. Ita bene Baxterus, et Gesnerus. *Illo* legebat etiam Muretus, Cruquius, alii, et Iani, a quo vitam hanc cum notis desumpsit Mitscherlich; ut putem *isto* erratum potius typographi: quod tamen exscripsit a Mitscherlichio Io. Henr. Martinus Ernesti in Clavi Horatiana p. 3.: ideo admonui. Fea.

F *Nimio* Vr. H. Fea.

4. *extremis Esquiliis* ap. Cruquium legitur, et sic vulgo, nullo sensu; sed apparet, irrepsisse ex fine huius vitae. Rectius cod. reg. ap. Rutg. *extremis iudiciis*, h. testamento, quod vel *iudicium* dicere, vel *supremum*, *extremum i.*, sollemne ICtis antiquis. — *ad Augustam* liber Putean., ut de Livia dicatur. Male. — *eclogio* vult Gesn. Sed bene habet *elogium*, testamentis proprium vocabulum (v. Gesn. Thes. v. *Elogium* n. 8.); h. l. brevem commendationem significat.

G *extremis iudiciis* Vr. H. Fea.

nunc occupatissimus et infirmus, Horatium nostrum te cupio adducere 5. *Veniet igitur ab ista parasitica mensa ad hanc regiam, et nos in epistolis scribendis adiuvabit.*

Ac ne recusanti quidem aut succensuit quidquam, aut amicitiam suam ingerere 6 desiit. Exstant epistolae, e quibus argumenti gratia pauca subieci. *Sume tibi aliquid iuris apud me, tamquam si convictor mihi fueris: quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri potuisset* 7. Et rursus 8: *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio* 9 *quoque nostro audire: nam incidit, ut illo coram fieret a me tui mentio. Neque enim, si tu superbus amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque* ἀνυπερφρονοῦμεν.

5. *a te cupio abducere* Bentl. nescio unde. — *parasitica mensa*, h. qua ut parasitus fruitur, np. apud te, cui nulla officia praestat. — *regiam mensam* ferre non potest Rutgers., quia ap. Romanos regis nomen invidiam habuerit. Sed nihil vetabat ad amicum sic scribere, in primis per iocum. *Epistolis amicorum*, pro epistolis *ad amicos*.

6. *suggerere* ap. Cruqu. et vulgo, sed *ingerere* cod. reg. Rutg. et Muret. *destitit* Gesn. Sivr.

7. *fieri possit*, vel *posset*, vulgo legitur; sed sensus requirit *potuisset*, uti mox pro *habeo* legi iubet latinitas *habeam*.

8. Illa transeundi formula *Et rursus* aperte a monacho est, ex noto καὶ πάλιν in sacris litteris. Equidem omnia illa: *Exstant epistolae* — ἀνυπερφρονοῦμεν, emblema e margine esse puto; at ex antiquo tamen alio scriptore sumtis ipsis epistolarum fragmentis; quae profecto non ab inepto Grammatico, sed genuina esse, facile est sentire.

9. *Septimius* est ille, ad quem est Carm. II. 6., et de quo loquuntur Epist. I. 3. 9. sqq. Epist. I. 9. 1. sqq. ἀνυπερφρονοῦμεν, vicissim superbi sumus: sic Cruq. Muret. Rutg. Minus bene alii post Nannium ἀνυπερηφανοῦμεν.

Praeterea saepe eum, inter alios iocos, *putissimum* 10 *penem*, et *homuncionem lepidissimum* appellavit; unaque et altera liberalitate locupletavit. Scripta quidem eius usque adeo probavit, mansuraque perpetuo 11 opinatus est; ut non modo seculare carmen componendum iniunxerit; sed et Vindelicam victoriam Tiberii, Drusique privignorum suorum; eumque coegerit, propter hoc, tribus carminum libris ex longo intervallo quartum addere: post Sermones vero lectos quosdam nullam sui mentionem habitam ita sit questus: *Irasci* 12 *me tibi scito, quod non in plerisque eiusmodi scriptis mecum potissimum loquaris An vereris, ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?* Expressitque eclogam, cuius initium est:

Cum tot sustineas et tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes, in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.

Habitu corporis brevis fuit atque obesus, qualis et a semet ipso in satiris 13 describitur, et ab Augusto hac epistola: *Pertulit ad*

10. *putissimum*, antique pro *purissimum* quod ipsum alii exhibent. *Penem* vulgo, et per iocum, familiarem, simpliciter pro homine, vel quod statim sequitur, homuncione, Romae dictum fuisse puto, ut *cunnus* simpl. pro femina dicebatur; ut *putissimus p.* sit homo integerrimus et carissimus, nil amplius. *appellavit*, sic legendum; vulgo *appellat*. — *una atque altera* male Dacer. explicat *duabus*, et in eo se torquet.

11. Post *perpetuo* in Blandin. cod. lacuna erat, quam explent fere *credidit;* sed Rutg. e cod. reg. *opinatus* est. — *Vindelicam v.* Est carm. IV. 4. et 14.

12. *Iratum* quidem editi, item mox pro *eclogam* male *elogium*. Est epistola libri II. prima. Eclogas enim antiqui omnis generis poemata breviora dicebant, non solum, ut vulgo, idyllia.

me Dionysius 14 *libellum tuum, quem ego, ne accusem brevitatem, quantuluscumque est, boni consulo* H. *Vereri autem mihi videris, ne maiores libelli tui sint, quam tu ipse es* I. *Sed si* 15 *tibi*

13. *in satiris*, np. Serm. II. 3. 308. sq. Huc etiam pertinet epist. I. 4. extr. E margine suspicor esse hoc *in satiris;* nam recentiorem satirarum appellationem esse videbimus.

14. *Dionysius* haud dubie servus, vel libertus Augusti. Pro *ne accusem brevitatem* liber Put. habebat *accusarem;* regius, *ut accusantem*, unde Bentl. *ut te accusem.* Male omnia. Regius codex videtur cum lacuna habuisse *ne accus . . . . . atem.*

H * *quem ego accusantem quantuluscumque est boni consilii* Vr. H. Fea.

I * *quam tu ipse es* Vr. H. Deest *tu* in vulgatis. Fea.

15. Codex regius cum lacuna exhibebat: *Sed si tibi statura deest . . . . . unde est.* Et sic Bentl. Unde Casaub. coni. *venter abunde est.* Facile apparet, perisse *corpusculum* et litteram primam ex *non.* — *in sextariolo* (quae est mensura antiqua et aridorum et liquidorum, sexta congii pars) *scribere* vel prudenter negligunt Intpp., vel putant, iuberi Horatium in sextariolum, tamquam in Museum, irrepere; quo ioco nihil posset frigidius excogitari. Rectissime unus Gesnerus rem expediit. Constat, veteres volumina sua super bacillo, vel longiori vel breviori, convolvisse. Iam sextariolus admodum brevis seu humilis fuerit oportet, vel axim superante diametro. Itaque humanissimo ioco Augustus brevitatem libri Horatii, cuius lectione non satiatus esset, accusat. Si vis, libros tuos te ipso non maiores esse, cogites, tibi licet non longum, at crassum corpus esse; et sic licet per me bacillo brevissimo, vel sextariolo, involvas scripta tua, *cum*, h. dummodo, quod longitudini deest, ut in te, circuitu compensetur. — *ὀγκωδέστατος*, quam crassissimus. Mire corrupta est haec vox, in editis quoque; e. g. *οἰκολήστατος*, *ὀτηκωάνατος* cet. Sed non dissimulandum, h. l. in vita Horatii ap. Nannium, Cruquium, Muretum, et vulgo, sequi locum inhone-

statura deest, corpusculum non deest. Itaque licebit in sextariolo scribas, ut circuitus K *voluminis tui sit* ὀγκωδέστατος, L *sicut est ventriculi tui* M.

Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini 16, domusque eius ostentsissimum, qui turpem maculam tanto viro adsperserit: *Ad res venereas intemperantior traditur; nam speculato cubiculo scorta dicitur habuisse* (sic) *disposita, ut, quocumque respexisset, ibi ei imago coitus referretur.* In quibus etiamsi forte a latinitate ferri possint *speculatum cubiculum*, et *disponere scorta*: at narratio ipsa ita absurda et ἀσύστατος, ita aperte e Senecae (natur. quaest. I. 16.) de Hostio quodam, dissolutae nequitiae homine, narratione, permutato nomine ducta; ut nullum esse dubium possit, quin ab inepto Grammatico ille pannus interpolatus sit. Doctissime inpr. Ill. Lessing. Opp. T. III. p. 11 — 30. eum resecuit. Tacite Dacer. et Baxterus omiserunt.

K * *ut circuitus* Vr. H. Bene, ut sensus postulat. Vulgatum, *cum circuitus*. Fea.

L * ΟΤΗΩΑΗCΤΑΤΟC Vr. H. Fea.

M * *Sextarioli* significatio pendere videtur a notione eius formae. Pars congii, quae erat, congii formam imitabatur, ventrosam; ut videre est apud Lucam Paetum de Rom. et Graec. pond. lib. 5. in Thes. antiq. Roman. Graevii, tom. XI. p. 1674., et alios, in congio celebri Farnesiano, ad formam vasis vinarii hodierni, vulgo *barile*, prope accedente. Sic et nunc hominem curtum, et ventrosum per iocum vocamus *un barilozzo*. Ludit igitur Augustus in nomine, et forma congii, et sextarioli, cui similis erat Horatii ventriculus; nempe, ut pro umbilico (vid. epod. 14., 7. 8.) *volumen* novi carminis sextariolo involvat, et ita ventriculum suum propius imitetur; ita etiam libellus longior, crassiorque apparebat. Contra apud Martialem II. epigr. 6. 10. seqq.: *Quid prodest mihi tam macer libellus, Nullo crassior ut sit umbilico, Si totus tibi triduo legatur.* Fea.

16. Ex illis, *Sabini aut Tiburtini*, male quidam (Valart etiam) duo praedia Horatii effinxerunt; quod vel

ditur circa Tiburni Luculum N. Venerunt in

ex carm. II. 18. 14. refellitur. Recte vidit Rutgers., praedium Horatii ita in confiniis agri Sabini et Tiburtini situm putandum, ut dubium esset, utro pertineret. Talis erat et Catulli fundus, c. XLII., quem hinc male quidam eumdem fuisse cum Horatiano putarunt. Sed ille haud dubie propior Tiburi fuit. — De *Tiburni luculo* vid carm. I. 7. 13.

N Omnia, quae congerunt ad hunc locum Svetonii, et ad Horatium, vel Editores eorum, et Commentatores, vel alii eruditi viri, praesertim Dacerius, Valart, Rocchus Vulpius Lat. vet. lib. 18. c. 1. tom. 10. p. 31., Capmartin de Chaupy peculiari opere de Villa Horatii; Stephanus Cabral, et Faustus del Re in descriptione Antiquitatum Tiburtinarum par. 1. cap. 3. §. 5., et Vannettus in tertio suorum operum volumine, non vacat singillatim excutere. Miror tantum, illos Andabatarum more in re clarissima inter se digladiari, ut defendant, vel impugnent unam, vel plures Horatii villas in Tiburtino, vel in Sabino. Hoc unum: *villam* possedisse Horatium prope Digentiam; *domum* Tibure; ut bene observat peculiari opere Dominicus de Sanctis. Sed haec paullo dilucidius exponenda, ut quaestioni modum ponamus. Et ex hoc Svetonii loco, et ex omnibus Horatii simul collatis, patet manifesto, ipsum Poetam duo praedia possedisse; prope Tibur unum; aliud non longe, ultra Variam; sed aeque in eius territorio, et regione Sabina: rusticum unum; merum urbanum alterum. Primum, nempe *rus*, seu *fundum* cum *villa* urbana, et rustica in regione Sabina, ultra Variam, et prope Digentiam; de quo ipse loquitur II. od. 16. 37. od. 18. 14. III. od. 16. 29. seq. I. sat. 6. 1. seqq. et 60. I. epist. 10. 14. seqq. epist. 14. epist. 16. 1. seqq. Secundum, videlicet *domum* tantum, sine rure, aut fundo, ideoque non *villam*, (quae aedes propriae dicuntur in agro) in suburbano Tiburtino, trans Anienem, prope Lucum Tiburni. Haec coniicitur ex I. od. 7. 13. II. od. 6. 5. IV. od. 3. 10. seqq. I. epist. 7. 1. seqq. epist. 8. 12. Nec mirum, poetam, qui

manus meas et elegi sub eius titulo, et epistola prosa oratione, quasi commendantis se

adeo impense Tibur, et eius ripas diligebat, ac frequenter invisebat, ibique diem suum claudere ultimum praeferebat; habitaculum habuisse, quo ad libitum se reciperet. Apertius haec duo distinguit Svetonius, quod non adverterunt disputantes: *Ruris sui Sabini, aut Tiburtini; domusque eius ostenditur circa Tiburni Lucullum. Rus*, et *domum*, quae etiam demonstratur ab ipso, dum addit, quae *ostenditur circa Tiburni Lucullum:* quod de rure, seu fundo satis amplo numquam dixisset; neque meminisset Luci illius, qui prope Tibur erat omnibus notus. Res ut diversas, *domum* et *villam* pariter distinguit Cic. VI. ad. Fam. 15.: *Otium domus est, quae nulli villarum mearum cedat.* Haec distinguunt vulgo Grammatici, et Lexica. Quid ergo nodum quaerunt in scirpo, et adeo evidenter diversa turpiter confundunt; qui neque scriptorum verba discernunt? Luculum Tiburni situm e regione Templi peripteri Sibyllae Tiburtinae ad dexteram Anienis, licet asserere ex citata od. 7. 13., et Statio Silv. I. 3., in descriptione villae Flavii Vopisci. Rus *Sabinum*, seu *Tiburtinum*, ideo appellat Svetonius, quia in regione Sabina, ad dexteram Anienis ripam situm erat; sed in Territorio Tiburtino; ut de sua villa urbana, pariter cum fundo, ibidem sita, canebat Catullus c. XLIV. 1. seqq.: *O funde noster, seu Sabine, seu Tiburs; Nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est Cordi Catullum laedere: at quibus cordi est, Quovis Sabinum pignore esse contendunt; Sed seu Sabine, sive verius Tiburs, Fui libenter in tua suburbana Villa.* Quod vero asserunt, Iani in vita Horatii pag. c., Vannettus p. 30., aliique, villam hanc Horatii, aut aliam, quam sibi fingunt in Tusculano, aedificatam fuisse de albo lapide Tiburtino; nititur falsae interpretationi ad illud *villa candens Tusculi* epod. 1. 29., ubi vide, quae diximus fuse. Sed verae *domus*, non *villae*, prope Tibur, neque situs, nec ullae reliquiae digito nunc monstrari possunt. Illae certe non sunt, quae a citatis Vulpio, et Antiquariis Tiburtinis, ex traditione statuuntur

Maecenati. Sed utraque falsa puto 17. Nam elegi vulgares, epistola obscura; quo vitio minime tenebatur 18. Natus est VI. Idus Decembris, L. Cotta et L. Torquato Coss. 19.

ubi nunc est Ecclesia S. Antonii; quippe quae prae magnitudine, et situ, non privatum hominem, et poetam frugi, qui solus obambulabat vicinas ripas fluminis, et Luci umbras; (nec laudare tam bellam, et prospectam alicubi tacuisset;) sed divitem opulentissimum, multaque stipatum gente, et luxuriosum, ostentant. *Ruris* Sabini, et *villae* documenta adhuc existunt omnibus nunc nota, ac pervia, et exteris quoque visibilia in tabulis aere sculptis a fratribus Hackert, et charta topographica Dioecesis Tiburtinae, vel apud laudatum de Sanctis. Vid. III. od. 13. 1. Fea.

17 (Falsas quoque et miselli versificatoris fetum habendas esse duas Odas, nuper in Cod. Ms. Horatii bibl. Palatinae in Vaticana repertas, et in calce l. I. Carminum adsutas, dudum ostenderunt VV. DD. Primus earum mentionem iniecit Villois. Animadvers. ad Long. p. 310. Mitscherlich). Has duas Odas eodem anno vulgavit d'Ansse de Villoison l. c., quo Iani tom. 1. pag. CXIV., nempe anno 1778. Primus ait, se illas habuisse a Caspare Pallavicino; alter, *nuper a docto Anglo vulgatas fuisse.* Sed iam in editione Horatii Pragae anno 1760. datae fuerant; *addita quoque de harum odarum inventione epistola principis Pallavicini.* Quisquis ille primus fuerit tanto honore dignus; is certe impostor fuit putidissimus: nullibi enim vel in mss. Vaticanis, vel in aliis Romanis eas reperire potui. Fea. (*)

18. *quo vitio minime tenebatur*, np. obscuritatis. Id non impedit, quo minus multarum rerum cognitione opus sit ad eius carmina intelligenda; qua qui pollent, dicendi genus Horatianum, universe spectatum, luculentum et perspicuum esse vident.

19. Natus est a. V. C 688. Pro *VI. Id.* Dec. liber Put. habebat *III.* Decessit a. V. C. 745. — In *post no-*

*) Vide haec carmina, in calce Annotationum in Horatii Odarum librum 1. adjecta. B.

Decessit V. Kal. Decemb. C. Marcio Censorino et C. Asinio Gallo Coss. post nonum et quinquagesimum annum, herede Augusto palam nuncupato; cum urgente vi valetudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus et conditus est extremis Exquiliis iuxta Maecenatis tumulum.

num erravit vel Svetonius, vel librarius; nam consules dicti definiunt numerum annorum LVII. — *palam*, viva voce. Cf. Iustin. Instit. iur. civ. L. II. T. X. §. 13.

VITA HORATII

EX MSS. CODICIBVS (a).

Q. Horatius Flaccus (b), libertino patre natus in Apulia, cum matre (c) in Sabinos migravit (d). Quem cum pater puerum Romam misisset in ludum litterarium (e), parcissimis eruditus impensis, angustias patris vicit ingenio; coluitque adolescens Brutum, sub quo tribunus militum, civili bello, militavit; captusque est a Caesare, et proscriptus; etiam omnibus, quae habebat, direptis (f). Post multum (g) tempus, beneficio Maecenatis non solum servatus; sed etiam in amicitiam acceptus est Caesaris. Quapropter Maecenati, et Augusto in omnibus scriptis suis venerabiliter assurgit. Scripsit autem Carminum libros IIII., quintum Epodon (h), sextum de Poetica arte, Epistolarum libros duos, Sermonum libros duos (i).

(a) Hanc praecipue lego ex ms. Vaticano Reginae, ibi num. 1701., quem in notis ad Horatium H. appello. Eadem, paucis mutatis, e Cod. antiquo I. Sichardi, habetur in editione Basileae 1527., et apud Editores plurimos recentiores, Iani, Mitscherlich, Ioann. Henr. Mart. Ernesti, Fea.

(b) In ms. H. est *Horatius Quintus Flaccus.*

(c) Alii *cum parente.*

(d) Ms. H., et edit. Basil. Alii *commigravit.*

(e) Ms. H. *litterarum.*

(f) Ms. H. Alii *Captusque a Caesare post multum.*

(g) Ms. H. *Post magnum.*

(h) Ms. H. Alii *Epodon I. Carmen saeculare.*

(i) Ms. H. Alii *Sermonum libros II., Epistolarum II., de Arte poetica I.* Alium ordinem puto rectum, quia ut plurimum ita habentur haec opuscula in mss. *De Arte poetica* deest in Basil.

Commentati in illum sunt (k) Porphyrion, Modestus, et Helenius Acron melius (l).

ALIA VITA

EX ALIIS MSS. CODICIBVS (m).

Q. Horatius Flaccus (n), praecone patre natus, libertinae conditionis, Venusinus fuit (o); quae civitas Apuliae est. Non tamen aut opibus vilis, aut studio; nam litteris liberaliter eruditus est (p), pro ingenii claritate (q); quo (r) in tantum iam a puero eminebat, ut ultra meritum natalium talibus disciplinis faceret se (s) aptum videri. Hic, post studia Romana (t), philosophiae caussa Athenas profectus; inter Epicureos primum locum tenuit. Familiaritatem etiam M. Bruti adeptus est, eius, qui cum Augusto dimicavit: nam et tribunus militum ipsius fuit (u). Sed victo Bruto

(k) Ms. H. Alii *sunt in illum.*

(l) Ms. H. Alii *Acron; omnium autem optime Acron.* Editio Basil. *Omnium optime C. Aemilius.*

(m) Vulgo datur ex tribus Codicibus Blandiniis. Nox ex eodem ms. Vr. H., et ex Vaticano 1611. chartaceo seculi XV. in 4to., in quo praemittitur Acronis Commentario.

(n) Ms. H. et V. *Horatius Quintus Flaccus.*

(o) Ms. V. *oriundus Venusinus fuit.*

(p) Ms. H. *est* deest in aliis.

(q) Ms. H. et V. Alii *pro ingenii dexteritate.*

(r) Ms. H. et V. *quo* deest in aliis.

(s) Ms. H. *eum aptum.* In V. deest *eum*, et *se.*

(t) Ms. H. *Hic, praeter studium Romanorum.*

(u) Ms. H. Alii *eius fuit.*

fugiens Horatius, captus est a Caesare; sicut ipse ait in epistola sua: *Romae nutriri—non responsura lacertis* (v). Post victoriam vero civilis belli, interventu Maecenatis, Horatio Caesar indulsit. Fuit autem idem Horatius statura brevis, lippus, obeso corpore, iracundus, libidinosus (x); ita ut cubiculo speculato uteretur, quo se coeuntem (y) videret. Natus VI. Id. Decembr., Cotta et Torquato Coss., septuagesimo (z) septimo aetatis anno periit, herede Augusto. Est (aa) sepultus in Exquiliis, iuxta tumulum Maecenatis. In opere suo Alcaeum imitatus est, et Sapphonem, in Satira Lucilium (bb).

ALIA VITA

EX ALIIS MSS. CODICIBVS (cc).

Horatius Flaccus, poeta Lyricus, libertino patre natus, patria Venusia ortus, dubium Apulus, an Lucanus, ut ipse confitetur: *Nam Ve-*

(v) Ms. H. In aliis integrum hoc membrum deest. Versus vide II. epist. 2. 41 — 48.

(x) Ms. H. et V. Alii *obscoenis moribus.*

(y) Ms. H. et V. Alii *congredientem.* Vide supra pag. XL.

(z) Leg. *quinquagesimo.*

(aa) Ms. H. et V. In aliis deest *est.*

(bb) Ms. H. *et Sappho.* Ms. V. *Alcaeum, in Satira Lucilium.*

(cc) In ms. Vaticano Ottoboniano 1434. membranaceo seculi XV. in 4to., et in alio 1375. chartaceo seculi XV. in 4to.; item in alio Chisiano membranaceo in fol., praemittitur Commentario Porphyrionis.

nusinus arat finem sub utrumque colonus (dd). Puer admodum Romam cum patre (ee) migravit, ut ipse dicit: *Romae nutriri mihi contigit, atque doceri* (ff). Quem cum pater misisset in ludum litterarium, paucissimis eruditus impensis angustias patris vicit ingenio. Athenas petiit iuvenis; et ibi interpellantibus sese civilibus bellis, Bruti secutus est partes; a quo militia tribunatus honoratus, non ut ceteri in partibus victis perseveravit. Sed cum carmini incumberet, captus a Caesare; et post magnum tempus beneficio Maecenatis non solum servatus; sed etiam Caesaris in amicitiam traditus est. Unde in honorem Maecenatis quaedam scripsit; ut *Maecenas atavis edite regibus*. Et benivolentiam Caesaris carmine persecutus; ut est illud: *Neu sinas Medos equitare inultos, Te duce, Caesar*. Scripsit Lyrica carmina, auctorem secutus Alcaeum; quem in opere suo ita iactat: *Aeolium carmen ad Italos deduxisse modos*. Artis poeticae unum; Epistolarum duos; Sermonum duos. Lucilium secutus est antiquissimum scriptorem, cuius ita meminit, dicendo, *Lucili ritu nostrum melioris utroque*: et Seculare carmen, quod celebratum publicis votis, foelix futurum posterius omen (gg).

(dd) II. Sat. 1. 35.

(ee) Ms. Chis. *cum parente.*

(ff) II. Epist. 2. 41.

(gg) Nemo credet, hanc vitam scriptam esse a Porphyrione; multoque minus illam esse, de qua dictum supra pag. XXXIV.

Explicatio Siglarum, quibus manuscripti Codices, et Editiones priscae indicantur.

Mss. Codices Romani.

V. Vaticanus.
Vr. Vaticanus Reginae, seu Svecovaticanus. H. appellatus in notis ad Horatium. Vid. p. XLV. (a) B.)
Vp. Vaticanus Palatinus.
Vo. Vaticanus Ottobonianus.
Ch. Chisianus.
An. Angelicus.
Ba. Barberinus.
Cr. Collegii Romani, seu Gregorianus.
Va. Vallicellanus.
Acron ms. V. Vaticanus.
Acron ms. Vo. Vaticanus Ottobonianus.
Porphyrio ms. Vo Vaticanus Ottobonianus. Idem ms. Ch. Chisianus.

Mss. apud Editores.

Ach. Stat. Achillis Statii.
Barth. Barthii.
Bentl. Bentleii.
Bersm. Bersmanni.
Bland. Blandinii.
Cant. Canteri.
Cod. Sorb. Codex Sorbonicus.
Coll. Sax. Collatio Saxiana.
Cruq. Cruquii.
Helmst Helmstadiensis.
Mus. Brit. Musei Britannici.
Oberl. Oberlini.
Pulm. Pulmanni.
Talb. Talbot.
Torr. Torrentii.

Editiones priscae.

Edit. Princ. Editio Princeps, in folio parvo, sine loco, et anno, sine registro, et nomine editoris; sed Romana, ut mihi videtur, et illa typis Ioannis Philippi de Lignamine Messanensis, quam Audiffredus in Editionibus Romanis pag. 85. coniicit, in lucem emissam ante anuum 1471 completum; sed eam non vidit. Bene idem editor Lignamineus in praefatione operi Cavalcae, *Pungilingua*, praemissa, apud eumdem Audiffredum pag. 114., ait, ex suis prelis emersisse etiam *Horatii opuscula:* ita enim impressa sunt divisim: Odae, usque ad finem Carminis secularis uno contextu. foliis 58., ex duabus paginis, de Arte Poetica

foliis 8., Satyrae fol. 33., Epistolae fol. 24. Primo statim initio: Horatii Flacci Venusini Carminum liber primus ad Mecoenatem. In fine Satyrarum legitur:

Quinti Horatii Flacci Venusini
Satirarum non indiligenter correctarum . . etc.
Impressarum Finis.

At in fine Epistolarum in media versa pagina post 7. versus, tantum

FINIS

Ex quo argumentari possumus, has in fine omnium opusculorum collocatas fuisse; quo ordine, non raro, habentur in manuscriptis (a). Paginae, nullo modo numeratae, constant lineis 33. Impressum opus in folio parvo, non dubito asserere; omnes enim sunt quinterni; lineis in charta transversis, et folio maiori in duas partes secto ante impressionem; quo modo imprimitur; ut in folio quoque duae tantum paginae simul imprimantur, et quatuor in quarto. Una est differentia preli, et chartae. Respectu primi, a quo omnis norma videtur tantum repetenda, in folio dicenda editio haec, aliaeque similes; licet respectu secundae saepe editio in quarto dici possit pro folii amplitudine. Quod vulgo non advertunt, qui de priscis editionibus scribunt, aut colloquuntur. Character idem qui dicitur *silvius*, elegans prae omnibus aliis eiusdem typographi. Ab eadem manu, eademque forma sculptus est, qua ille, quo idem de Lignamine usus est in edendis *Herbario Apulei Platonici*, pariter sine loco, et anno; sed cum registro in fine, forma in 4to parvo, quod Audiffredus pag. 381. ante annum 1483. impressum determinat; item in opusculis, seu tractatibus hoc titulo: *Tractatus de discordantia inter Eusebium Hieronimum: et Aurelium Augustinum* etc. *Deinde commentarii super Symbolum Athanasii: Orationem Dominicam: et Salutationem Angelicam: mox explanatio super Te Deum laudamus; et Gloria in excelsis Deo. Demum Donatus theologus: quo theologicae quaestiones grammatica arte solvuntur.* In fine: *Impressum Ro. An.* MCCCCLXXXI. *Sedente Sixto IIII. Pont. Max. An. eius Vndecimo. Die pri-*

(a) Vide supra pag. XLV.

ma mensis Decembris. Foeliciter. In 4to parvo, respectu preli, et chartae, simili *Herbario*. Ex omnibus aliis huius equitis editionibus, quarum diligenter comparavi multas, duas has inveni, quae revera nostrae perfecte assimilari possunt; licet character aliquanto crassior sit; ita ut 17. earum lineae 18. lineas Horatianae efficiant. Ex aliis omnibus earum qualitatibus, etiam prima fronte, vel accurate observatis, quisque videre poterit, ternas editiones ex eadem officina prodiisse; excepto quod in *Herbario* character ex repetitis laboribus obsoletior est; in Horatio recens, ac nitidus. Horatiana editio innumeris erroribus typographicis scatet: ut ibi vera artis infantia statim appareat. Adservatur optimum exemplar in Bibliotheca Vaticana, alterum, duabus chartis manu suppletum, in Corsiniana; quo recens invectum est, non a tempore P. Laire, ut scribit ex eo male intellecto in Specim. typogr. Rom. p. 187., Mitscherlich pag. LVII. *Herbarium Apulei Platonici ad Marcum Agrippam*, ut fert titulus, habent Casanatensis, Corsiniana et Barberina. Opuscula vidi in Barberina, mihi comiter oblata ab Ioachimo Plaza Hispano a Bibliotheca. Haec ignoravit Audiffredus. Editionis nostrae meminerunt ex eodem Audiffredo Maurus Boni, et Bartholomaeus Gamba in nova editione Prospectus, seu Bibliothecae Arvood, tom. 2. pag. 94.; st Mitscherlich pag. LIV. At eam vidit, et bene indicat, cum subscriptione in fine Satyrarum, Maittaire Annal. typogr. tom. 1. pag. 766.; et addit eius characterem satis accedere ad characterem, quo Catullus, Tibullus, Propertius, et Statii Silvae excuduntur Venetiis 1475. apud Ioann. de Colonia, et Ioann. Manth. de Gher.; et huius Horatii editiones se vidisse duas, adeo similes, ut qui non contulerit attente, unam facile putaverit. In altera Epistolae, in altera Satyrae librum claudunt. Illa est hac longe correctior. Sad pace tanti viri dicam, me contulisse in Corsiniana horum editorum Venetorum *M. Tullii Ciceronis in M. Antonium orationes, quae Philippicae nuncupantur*, anni 1474. in fol.; item in Chisiana *Aristotelis Historiam Animalium*, anni 1476. in fol., nitidas, et optima charta editiones;

easque longe distare ab Horatiana. Illam pariter vidit, et diligentius describit De Burius in sua *Bibliographie instructive, belles lettres*, tom. 1. n. 2751. p. 312. seqq. Quia illam viderat in Bibliotheca ducis de la Valliere compactam cum exemplar editionis Catulli, Tibulli, et Propertii, necnon Silvarum Publii Papinii Statii, anni 1472.; et ob *quamdam* (non *perfectam*, ut male exscribunt Boni, et Gamba) relationem, et affinitatem characterum, quam observare in utroque exemplari sibi videbatur; etiam Horatium ad eumdem impressorem, innominatum, et annum, referri posse coniicit: quae argumenta levia visa sunt Mitscherlichio ad d. annum 1472. pag. LIV. Recte, ut puto. De editione illorum quatuor poetarum disserit Audiffredus p. 123.; ostendens, eam esse Vindelini Spirensis, seu de Spira, impressoris Veneti; non Romanam Udalrici Han, ut putabat P. Laire. Ego vero utramque diligenter contuli in Bibliotheca Corsiniana; easque inveni, prima quidem fronte quamdam exhibere characterum affinitatem; sed revera, non solum in litterarum formis; sed etiam in orthographiae, et compositionis modo omnino diversas. In eadem Bibliotheca pariter contuli Martialem laudati Vindelini Spirensis, sine anno, cum quo Audiffredus, se *exactissime, et scrupulosissime* contulisse asserit editionem praedictam Catulli; et eius iudicium verissimum reperi: illudque confirmant editiones Epistolarum Ciceronis anni 1468. in fol.; Petrarchae Carminum Italicorum, anni 1470. in fol; Opusculorum eiusdem Ciceronis anni 1471. in fol.; Plutarchi Apophthegmatum anni 1471. in fol.; Lactantii operum anni 1472. in fol.; quae omnia sunt in Corsiniana: item editio Sallustii anni 1470. in folio, quae exstat in Chisiana.

Arg. Argentorati. Titulus integer est: *Quinti Horatii Flacci Sermones, seu Satirarum libri duo. Adnotationes nonnullae in calce adiunguntur, in quibus aliquid mutandum ostenditur, vel cur mutatum sit, ratio ostenditur.* T. O.

.c.

In fine Carminum: *Subsequentia Aldus notavit.* In calce totius operis: *Argentorati ex aedibus Matthiae Schu-*

rerii Mense Novembri. Anno M. D. XIIII. *Regnante imperatore Caes. Maximiliano. P. F. Aug. P. P.*

Editio est in 4to parvo, charactere rotundo. Desideratur in Catalogo editionum Horatii ab Iani, et Mitscherlichio confecto: contuli in Bibliotheca Vaticana.

Basil. Basileae.
Cadom. Cadomi.
Flor. Florentina,
Landini.
Frib. Friburgi, Glareani.
Gryph. Gryphii.

Lips. Lipsiae. Haec edito Satyrarum, per Iacobum Thanner Lipsiae 1499. in 4to parvo, non apparet in Catalogo citato, cum aliis operibus ab eodem Thanner editis anno 1498. Ea impressa est sine loco, et anno; sed ego utrumque interpretatus sum ex aliis duobus opusculis eodem omnino charactere Theutonico, seu semigothico, charta, et forma, una compactis; quorum primum est, *Ovidius in Sapho*, cum hac subscriptione in fine: *Impressum Liptzk per Iacobum Thanner, Herbipolensem Anno salutis. nre.* 1. 4. 99. Alterum est, *Senece Cordubensis moralissimi liber de Moribus*, cum eadem subscriptione. Exstat in Bibliotheca Vaticana. Huic editioni ignotae, aliam similem addam, factam Parisiis anno pariter 1498. cum hoc titulo: *Epistole Horatii noviter emendate. M. Antonii Denidel.* In fine: *Paulo accuratius quam prius magister Anthonius Denidel cuius edes ferme e regione scholarum decreti situate sunt: has Horatii epistolas Parisiis (diligenti premissa castigatione) curavit imprimendas. nonnulla carmina in priscis impressionibus omissa recolligens. brevesq. suprascriptiones annectens. quibus et medullam cuiusq. epistole: et personam ad quam scribitur cognoscere est.* XXVI. *octobris. Anno a natali Salvatoris. Mil.* CCCC. XCVIII. Sequitur hexastichon ad Lectorem. Impressa est charactere semigothico in 4to parvo. Exstat in Bibliotheca Angelica.

Lugd. Lugduni. Dionysius ab Harsio edidit omnia Horatii opera in 8., charactere Italico, vulgo *corsivo*, cum hac inscriptione in fine:

DIONYSIVS
AB HARSIO
EXCVDE
BAT
LVGDVNI,
M. D. XXXVIII.

Habent argumenta, et alio charactere minore rotundo postillas in margine. Aeque deest editio in citato Catalogo. Possideo ego.

Med. Mediolani.

Paris. Parisiis. Haec editio Odarum, cura Ioannis Chapuis Biturícensis, facta Parisiis anno 1503. in 4to parva, sumptibus Ioannis parvi Bibliopolae Parisiensis, quam Mitscherlich rarissimam vocat, et a nemine adhuc excitatam, exstat in Bibliotheca Corsiniana.

Ven. Veneta.

Zar. Zarotti. Hanc editionem, principem vocant Gesnerus, Iani, Combe, Wetzel, Mitscherlich, alii. Sine typographi nota, sine anno, sine custodibus ullis, aut registro, ex sola coniectura, quod typi fere conveniant, a Maittaire Annal. typogr. tom. 1. pag. 292., *forte*; ut indubium ab Orlando Orig. e progress. della stampa pag. 101., Saxio Hist. typogr. Mediol. pag. 559., et De Burio loc. cit. pag. 311., addicitur Zarotto Mediolanensi typographo (de quo Saxius infra, et Affò Saggio su la tipogr. Parmense pag. 111.), anno 1470., quo ipse Mediolani excudere coepit. Sed in dubium (quod iam innuerat Gesnerus) revocari hanc opinionem a viro intelligentissimo Iacobo Morellio in Bibliotheca Maphaei Pinelli, num. 4567. tom. 2. p. 324., cum quoad characterem, tum quoad chartae genus, notant Mitscherlich pag. 52. et Panzer Annal. typogr. vol. IV. p. 143.; qui editionem amandat ad incertas sine loco, et anno; et laudati Boni, ac Gamba, qui eam tribuunt Philippo Lavagniae, typographo pariter Mediolanensi, ante annum 1469. In fine insignita est tetrasticho in laudem illius typographi anonymi, cuius iidem Boni et Gamba auctorem credere amant Boninum Mombritium, aliorum similium versuum auctorem in aliis eiusdem

typographi libris. Sub nomine Zarotti, et anno 1470., eam citant Gesnerus, et Combe; et ex illis ego aliquoties. Gesnerus eam describit aliquo modo in sua praefatione; Combe illam se contulisse scribit in Bibliotheca regis Britanniarum, quo pervenit e Bibliotheca Askew; et illa ipsa est editio, et exemplum, quam primo loco adducit Arvood in suo Prospectu. At, quum eam nunc habeam ad manus, illam diligentius describere operae pretium puto. Editio est in folio parvo, non in 4to, ut Orlandus, Saxius, Maittaire, Pinellius, aliique referunt; tot quinternis, ut dixi paullo ante de hisce editionibus priscis. Character *silvius*, ab illo editionis Romanae non multum dissimilis. Paginae lineis 26. constant: separatim omnia opuscula, Odae foliis 73., Ars poetica fol. 10., Satyrae fol. 42., Epistolae fol. 29. Innumeris erroribus typographicis foedata est editio; sine argumentis, sine litteris capitalibus, sine loco, et anno, et sine registro ullo. Odae incipiunt litteris maiusculis, ut et aliorum opusculorum tituli, et finis hoc modo:

QVINTI ORATII FLACCI CAV
MINVM LIBER PRIMRS (*sic*)

In fine Carminis secularis habentur notissimi, et repetiti apud omnes, versus; sed rectius nunc:

FINIS

Hoc quicunq; dèdit Venusini carmen Horatii:
Et studio formis correctum effinxit in istis
Vivat. et aeterno sic nomine saecula vincat
Omnia: ceu nunquam numeris abolebitur auctor:.

QVINTI ORATII FLACCI POĒTRIA
FINIS

QVINTI ORATII FLACCI SERMONVM
LIBER PRIMVS
FINIS

QVINTI ORATII FLACCI EPI
STOLARVM LIBER PRIMVS
FINIS

Collata hac editione cum Virgilii operibus a Zarotto impressis Mediolani anni 1472. in fol., et cum Epistolis Pii II. anni 1473. in fol., (quae editiones exstant in Corsiniana; et secunda etiam in Chisiana) et Cicerone de Officiis anni 1474. in fol. pariter in Chisiana; has omnino, et prima fronte, characteribus, et charta diversas, et politiores inveni. Idem dico de editionibus Philippi de Lavagnia, ad quas provocant Boni et Gamba. Contuli in Corsiniana Iustini Historici opus Mediolani per illum impressum anno M.CCCCLXXIIII. in fol., et opera Spartiani, Capitolini, Lampridii, et Eutropii, anni M. CCCC. LXXV. in fol., quae non solum typis elegantioribus; sed etiam chartae bonitate, et nitore longe distant ab Horatiana: et si cum editionibus primis Zarotti conferantur, ut bene advertit Saxius pag. 97.; non tam illarum elegantiam aemulantur, quam vincunt, indice quovis oculo etiam peregrino. Nec ex tetrastichi praesumpta elegantia aliquid pro Mombritio argui potest; cum huiusmodi versus in laudem typographorum habeantur, et elegantissimi, in editionibus Iansonianis, Vindelini de Spira, aliisque passim illius aevi; ut videre est apud eumdem Saxium pag. 560. seqq.

Ex quibus, huc usque observatis, concludo; nihili, vel pauci facienda esse tot Scriptorum iudicia, qui de priscis editionibus etiam a se visis, et diligenter collatis, Lectoribus imponunt.

Index Editorum, et Commentatorum, et aliorum Scriptorum, qui Horatium illustrarunt, hic nominatorum *.

Acron.
Aldus. v. Manutius.
Anonymus Trai. ad Rhenum 1713. v. Burmannus.
Ascensius Iodocus Badius.
Auratus.
Baden Torkilius.
Batteux.
Baxterus.
Bentleius.
Bersmannus.
Boivinus.
Bond.
Bonfinis.
Bos.
Bowyerus Guil.
Britannicus.
Buonincontri.
Burmannus Petrus senior, qui Horatium edidit anno 1713. Traiecti ad Rhenum, seu Batavorum, suppresso nomine, in 12.
Castellanus.
Catroeus.
Cevallerius.
Chabotius.
Chapuis. v. supra p. LIV.
Clericus.
Combe.
Commentator Cruquianus.
Correea Thomas.
Coste.
Cuningamius.
Dacerius Andreas, Gallice *Dacier*.
Denidel Antonius.
Desprez.
Dionysius ab Harsio. v supra pag. LIII. sequ.
Dorighellus.
Dousa Ianus.
Faber Tanaquillus.
Fabricius Georgius.
Figulus Hermannus.
Frischlinus.
Gale.
Gesnerus Io. Matthias.
Glareanus.
Grifolus.
Gryphius, Sebastianus et Antonius.
Guyetus.
Hare.
Heinsius Daniel.
Iani.
Iohnsonus.
Iones Ioannes.
Iunta.
Iuvencius.
Klotzius Chr. Adolph.
Lambinus.
Landinus.
Lavagnia Philippus.
Laurenbergius.
Laurentius Henricus.
Lignamine Philippus de.
Locherus.
Lotichius.
Lubinus.
Maittaire.
Mancinellus.

* De mss. plurimus, de Editionibus, et de Editoribus fere omnibus, plene agunt Iani, et Mitscherlich.

Manutius Aldus.
Manutius Paulus.
Marcilius.
Marklandus.
Massonus.
Medebach.
Mervillius.
Minellius.
Mitscherlich.
Muretus.
Nannius Petrus.
Nores Iason de.
Oberlinus.
Pagnonius.
Parrhasius.
Paulinus Carolus.
Philippe.
Piccartus.
Pigna Ioannes Baptistă.
Piscator.
Pithoeus.
Pithopoeus.
Plaza.
Porphyrio.
Pulmannus.
Puteanus.
Rappoltus.
Regelsbergerus.
Rodellius.
Rosellus.
Ruaeus.
Rutgersius.
Sanadonus.
Sandby.
Scaliger Iosephus.
Schelle.
Schurerius Matthias.
Sivrius, Gallice Ludovicus *Poinsinet de Sivry*.
Stephanus Henricus.
Stephanus Robertus.
Talbot.
Tarteronus.
Thanner Iacobus.
Torrentius.
Treutzerus.
Turnebus.
Vannettus.
Vascosanus.
Wade Ge.
Wagnerus Henricus.
Wakefield.
Wetzel.
Wielandus.
Withofius.
Xylander.
Zarottus.
Zeunius.

Index Scriptorum veterum ad seculum XIII., qui laudantur, aut emendantur, aut explicantur.

Abacuc.
Accius.
Acta Apostolorum.
Aelianus.
Agellius. v. Gellius.
Albinovanus. v. Caius.
Alcuinus.
Alexis.
Alfenus Varus Ictus.
Ambrosius S.
Ammianus Marcellinus.
Anacreon.
Anastasius Bibliothecarius.
Ancyrana. v. Inscriptio.
Anthologia Graeca.
Anthologia Latina.

Antistius. v. Labeo.
Apollinaris. v. Sidonius.
Apollodorus.
Appianus.
Apuleius. Emendatus tom. I. pag. 2.
Archimedes.
Aristides.
Arnobius.
Arrianus.
Asconius.
Athenaeus.
Attilius Fortunatianus.
Auctor Consolationis ad Liviam.
Auctor fragmenti post Censorinum.
Auctor de morte Drusi.
Auctor Orationis ad Caium Caesarem.
Auctor Rhetoricorum ad Herennium.
Auctores de Limitibus.
Augustinus S.
Augustus Caesar.
Avienus Festus.
Aurelius Victor. v. Sextus.
Ausonius.
Boethius.
Caesar C. Iulius.
Caius Pedo Albinovanus.
Callimachus.
Calphurnius.
Calpurnius.
Cantica Canticorum.
Capella. v. Martianus.
Capitolinus.
Cassiodorus Aurelius.
Cassius Parmensis.
Cato. Em. II. 70. (ed. Rom. B.)
Catullus. Em. II. 171. 320.
Censorinus.
Charisius.
Cicero M. Tullius.
Claudianus.
Claudius Imperator.
Claudius Mamertinus.
Cledonius.
Clemens Alexandrinus.
Columella.
Cornelius. v. Nepos.
Cornelius Gallus.
Cornutus, seu Phornutus.
Curius Fortunatianus.
Cyrillus Alexandrinus S.
David Rex.
Digesta, seu Pandectae.
Dio Cassius.
Diodorus Siculus.
Diomedes.
Dionysius Halicarnassaeus. Em. I. 212.
Diphilus.
Donatus.
Ennius.
Epictetus.
Erinna Lesbia.
Eucherius Lugdunensis Episcopus.
Eumenius.
Euripides.
Eustathius.
Eutropius.
Festus.
Firmicus. v. Iulius.
Flaccus. v Valerius.
Florus Lucius.
Fortunatianus. v. Atilius, et Curius.
Frontinus. Em. II. 221.
Fulgentius.
Galenus.

Gellius Aulus. Em. II. 70.
Genesis.
Germanicus. Em. II. 5.
Gratius Faliscus.
Heliodorus Periegetes.
Hesiodus.
Hesychius.
Hieronymus S. Em. II. 341.
Hildebertus.
Homerus.
Hyginus.
Iavolenus Ictus.
Ieremias.
Inscriptio Ancyrana, seu Monumentum Ancyranum.
Irenaeus S.
Iulius Firmicus.
Iulius Pollux
Iulius Rufinianus.
Iustinus.
Iuvenalis.
Labeo Antistius Ictus.
Lactantius, sive Lutatius.
Lactantius Firmianus.
Laertius Diogenes.
Lampridius.
Livius Titus.
Longus. v. Velius.
Lucanus.
Lucas S.
Lucianus.
Lutatius v. Lactantius.
Macrobius.
Mamertinus. v. Claudius.
Manilius.
Marbodaeus.
Marcellus.
Marcianus Ictus.
Marius Victorinus.
Martialis.
Martianus Capella. Em. I. 272.
Matthaeus S.
Mela Pomponius.
Mimnermus.
Minucius Felix.
Modestinus Ictus.
Monumentum Ancyranum.
Mucius Scaevola. v. Quinctus.
Naevius.
Nepos Cornelius.
Nonius Marcellus.
Nonnus.
Novius.
Oppianus.
Ovidius.
Pacuvius,
Pandectae.
Paterculus. v. Velleius.
Paullus Apostolus S.
Paullus Ictus.
Pausanias.
Persius.
Petronius. Em. II. 205.
Phaedrus.
Philodemus.
Philostratus.
Phlegon Trallianus.
Phornutus. v. Cornutus.
Photius.
Plato.
Plautus.
Plinius Secundus senior. Em. I. 218. II. 306.
Plinius Secundus iunior.
Plotius.
Plutarchus.
Polemon Periegetes.
Polybius.
Pomponius Ictus.
Porcius Latro.
Priscianus.
Proclus.

Proculus Ictus.
Propertius. Em. II. 213. 222. 229. 255. 271. 273. 298. 306. 340.
Prudentius.
Ptolemaeus.
Quinctilianus. Em. II. 343.
QuinctusMuciusScaevola Ictus.
Quinctus Serenus Samonicus.
Ruffinus.
Ruffinus Grammaticus.
Sallustius.
Salomon.
Samonicus. v. Quinctus.
Sarisberiensis, seu Saresberiensis Ioannes.
Scholiastae.
Scribonius Largus.
Seneca L. Annaeus. Male emendatus a Bentleio, defenditur, et exponitur II. 25.
Seneca M. Annaeus.
Servius.
Severus.
Sextus Aurelius Victor.
Sextus Empiricus.
Sidonius Apollinaris.
Silius Italicus.
Solinus.
Sophonias.
Statius. Em. II. 348.
Stobaeus.
Strabo.
Svetonius.
Suidas.
Symmachus.
Synesius.
Tacitus.
Terentianus Maurus.
Terentius.
Tertullianus. Em. II. 200. 355.
Theocritus.
Theophrastus.
Tibullus. Em. II. 203.
Trebatius Ictus.
Tryphiodorus.
Tyrtaeus.
Tzetza.
Valerius.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Valerius Probus.
Varro. Em. II. 203. 303.
Vegetius.
Velius Longus.
Velleius Paterculus.
Verrius Flaccus.
Vibius Sequester.
Victor. v. Sextus Aurelius.
Virgilius.
Vitruvius.
Vlpianus Ictus.
Vopiscus.
Xenophon.

Scriptores recentiores.

Acidalius.
Acta Academiae Cortonensis.
Affò.
Alciatus.
Alvarus Emanuel.
Amadutius.
Anecdota litteraria ex mss. codicibus eruta.
Ansaldus Castus Innoc.
Anthologia Romana.
Aquino de.
Arvood.

Audiffredus.
Averani Benedictus.
Baroinus Caesar.
Barthius.
Bartholinus Caspar.
Bartoli Ioseph.
Bartoli Sante.
Baruffaldus.
Bayfius Lazarus.
Baylius.
Becmannus.
Begerus.
Bellorius.
Bestius.
Bianchi Io. Antonius.
Bianchi Isidorus.
Bianchini Franciscus.
Bisciola.
Blondus Flavius.
Bochartus.
Boissardus.
Bomare Valmont de.
Bonada.
Bonaroti Philippus.
Boni Maurus.
Borionus.
Bosius Simeo.
Bottarius.
Bourdelotius.
Brissonius.
Broukhusius.
Bruckerus.
Buffonius.
Buherius.
Bullarium Romanum.
Buonaroti, v. Bonaroti.
Burmannus Petrus.
Burmannus Petrus Secundus.
Bulengerus Iul. Caesar.
Buxtorfius.
Cabral.
Cange du.
Cannegieterus.
Canterus.
Capmartin de Chaupy.
Carlius Io. Rinaldus.
Carolus a S. Antonio Patavino.
Caryophilus.
Casaubonus.
Casselius Io. Philippus.
Cassini Io. Maria.
Cassius Albertus.
Castalio Ioseph.
Castelioneus.
Cecconus.
Cellarius.
Chaupy. v. Capmartin.
Christius.
Ciacconius.
Clericus.
Cluverius.
Colerus.
Columna.
Cortius.
Cuiacius.
Cuperus.
Danieli Franciscus.
Dausquius.
Dempsterus.
Despauterius.
Diarium Italicum Litteratorum anni 1743. Romae apud Palearinos.
Donati.
Donatus Sebastianus.
Drakenborchius.
Eckhel.
Erasmus.
Ernestus Io. Augustus.
Faber Petrus.
Faber Tanaquillus.
Fabrettus.

Fabricius Georgius.
Felice de.
Ferrarius Octavius.
Fogginius Franciscus.
Forcellinus.
Galeottus.
Galleria Giustiniana.
Gamba Bartholomaeus.
Gambarinius.
Georgius Dominicus.
Gesnerus Conradus.
Gesnerus Io. Matthias.
Gifanius.
Giovenazzius, seu Iuvenatius, Vitus Maria.
Goesius.
Goguetus.
Gorius Ant. Franciscus.
Graevius Georgius.
Gronovius Io. Fridericus.
Grotius Hugo.
Gruterus.
Gualterius.
Guascus Franciscus Eugenius.
Gutbertletus.
Gutherius.
Harduinus.
Harles.
Heinsius Nicolaus.
Heumannus.
Heusingerus.
Heynius.
Horreus.
Huetius.
Kircherus.
Kirchmannus.
Kusterus.
Iannon de S. Laurent.
Ignarra.
Inscriptiones Bas. S. Pauli.
Iulianellus.
Iuvenatius. v. Giovenazzius.
Laire.
Ligorius Pyrrhus.
Lindenbrogius.
Lipsius.
Ludewichus.
Mabillonius.
Maffeius Scipio.
Maittaire.
Malvasia Carolus Caesar.
Marsilius.
Marangonius.
Marklandus.
Marini Caietanus.
Marmora Taurinensia.
Martinus Bernardus.
Martorellus Iacobus.
Matthiolius.
MazochiusAlexius Symmachus.
Mediobarbus.
Meibomius.
Menagius.
Merula Paulus.
Meursius.
Montfauconus.
Morellius Andreas.
Morellius Iacobus.
Muratorius Lud. Antonius.
Museum Herculanense.
Nannius Petrus.
Nardinus Famianus.
Nestor Dionysius.
Nicomedes Sanseverinas.
Nicolai Nicolaus.
Nonnus Ludovicus.
Noodt.
Norisius.
Occo.
Oiselius.
O'Reilly.
Orlandi.

Otto Everardus.
Oudendorpius.
Oudinus.
Paciaudus.
Pallavicinus Caspar.
Panvinius.
Paschalis Carolus.
Passeratius.
Passionei Benedictus.
Paternò Castello.
Patinus.
Peregrinus Camillus.
Petrinius Ios. Antonius.
Pithoeus Petrus.
Pitiscus.
Politianus Angelus.
Pope.
Popma Ausonius.
Re Faustus del.
Reinesius.
Reischius.
Roy le.
Rupertus.
Ryquius.
Sainte Croix de.
Salas Gonzalius de.
Santenius.
Savarus.
Saubertus.
Saxius Ios. Antonius.
Scaliger Ioseph.
Schefferus.
Schradaeus.
Schraderus.
Shaw.
Sigonius.
Smetius.
Solarius Ioseph.
Sponius.
Statius Achilles.
Stuart.
Stuckius.
Taubmannus.
Taurellus Iacobus.
Taylor.
Theupolus Laurentius.
Tilius.
Toaldus.
Tomasinus Iac. Ludovicus.
Tournefortius.
Trotz.
Turnebus.
Turre Philippus a.
Tursellinus.
Vaassen Iacobus van.
Vaillantius.
Valerianus Pierius.
Valmont. v. Bomare.
Vannettus.
Venutus Rodulphinus.
Ughellus.
Ugutio Pisanus ms.
Victorius Franciscus eques.
Victorius Petrus.
Villoison Caspar d'Ansse de.
Visconti Ennius.
Vita de.
Vitalis Thomas.
Vivianus.
Vossius Gerardus.
Vossius Isaacus.
Ursinus Fulvius
Vulpius Io. Antonius.
Vulpius Rocchus.
Waddelus.
Walchius Christianus Guilelmus.
Zinzerlingus.

Q. HORATII FLACCI
CARMINUM
LIBER PRIMUS.

ODE I.

AD CAIUM CILNIUM MAECENATEM.

Alios aliis rebus duci; se lyrici vatis nomen ultro, et gloriam ambire profitetur.

Maecenas atavis edite regibus,
O et praesidium et dulce decus meum!
Sunt, quos curriculo pulverem Olympium
Collegisse iuvat; metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

1 *Maecenas* Ch. A. et inscriptiones servorum eiusdem Maecenatis apud Bianchin. Cam. e iscriz. sep. de' lib. di Aug. n. 7 109-150.; aliae apud Meibom. Vita Maec. Al. *Mecenas*, *Moecenas*, *Mecoenas*, *Mecaenas*. 3 *Olympicum*.

6 *ad Deos*. Id est ad Reges, et Imperatores, qui passim apud poetas Dei vocantur, et domini terrarum; quod fusius probavimus in observationibus Italicis ad Ecl. I. Virgilii anno 1799. p. 4. seqq Dii superi sunt omnium rerum domini, caelestium, et terrestrium. Vid. Od. 12. v. 14. III. od. 4. 45. *Hunc*. Supple *iuvat*, et ita v. 9.

Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus.
Illum si proprio condidit horreo
Quid quid de Libycis verritur areis.
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros Attalicis conditionibus
Numquam demoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta secet mare.
Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium et oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rates
Quassas, indocilis pauperiem pati.
Est, qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit; nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.
Multos castra juvant, et lituo tubae
Permixtus sonitus, bellaque matribus
Detestata. Manet sub Iove frigido
Venator, tenerae coniugis immemor,
Seu visa est catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

11 *findere sarculo.* Scite Horatius, ut terras exiles, et minus culturae aptas indicet, quae aratro scindi nequeunt: pro paupere cultore macri agelli, ut I. sat. 6. 71., quod non viderunt interpretes. Ad rem Apuleius Flor. 2. de Samo insula: *Ager frumento piger, aratro irritus, fecundior olivetis; nec vinitori, nec oleri scalpitur* (ita legendum pro *scalpitur* V. III od. 11. ult.) *Ruratio omnis in sarculo, et sarculo, quorum proventu magis fructuosa insula est, quam fructifera.* Al. *scindere.* 13 *dimoveas. trabe Cypria.* Navi ex cedro. Vid. adnotata ad IV. od. 1. 20.

Te doctarum hederae praemia frontium
Dis miscent superis. Me gelidum nemus,
Nympharumque leves cum Satyris chori
Secernunt populo: si neque tibias
Euterpe cohibet; nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
Quod si me lyricis vatibus inseris,
Sublimis feriam sidera vertice.

ODE II.

AD CAESAREM AUGUSTUM.

Varias calamitates tum physicas, tum civiles Urbis, et Orbis Romani, post mortem Iulii Caesaris, describens, spem omnem restituendae salutis in C. Augusto repositam dicit.

Iam satis terris nivis, atque dirae
Grandinis misit Pater, et rubenti
Dextera sacras iaculatus arces,
Terruit Urbem:
Terruit gentes, grave ne rediret
Seculum Pyrrhae, nova monstra questae;
Omne quum Proteus pecus egit altos
Visere montes;

29 *Te* coniicit Hare, probant Broukhus. Iones, Marckl., Spencius, Sanadon, Wakefield. Al. [in his Bod.] *Me.* Horatius blanda transitione ait Maecenati: Tu totus es in coronandis, tibique devinciendis poetis; illi vero grati animi ergo te inter Deos beneficos in suis carminibus praedicant. Hoc de Virgilio, et Augusto canit Sidon. Apoll. Carm. IV. 8.: *Fecerat hic dominum, fecerat ille Deum.* 35. *inseres.* 36. *Sublimis.* Sublimis factus, ut exponit Porphyrio. Al. *Sublimi.*

Piscium et summa genus haesit ulmo,
Nota quae sedes fuerat palumbis;
Et superiecto pavidae natarunt
Aequore damae.
Vidimus flavum Tiberim, retortis
Littore Etrusco violenter undis,
Ire deiectum monumenta Regis,
Templaque Vestae;

10 *palumbis* mss. apud Bentl. et Valart, vetus Scholiastes, Cuning. Sanad Sunt palumbi, vel palumbes silvestres, quae solae morantur, et nidificant in ramis, et cavis arborum; ut observant Bochart Hieroz. l. 1. c. 3. Buffon, et Bomare; ideo nota sedes: et notat Pitiscus ad Suet. in Aug. 94.; qui locus, et alter Virgilii VI. AE. 203. de columbis in arboribus loquentes, addncendi non erant a Gesnero; quia res erat insolita, et ad auguria capienda. Vid. III. od. 4. 12. II. sat. ult. 91. Al. *columbis*.

13 *retortis violenter undis*. Hoc poetice dictum, ut od. 29. 12.; etsi vulgo creditum hodieque. Sed hoc impossibile esse a tot millibus, et ad 50. pedum altitudinem, satis per sē apparet physicis; et demonstratum est a Castelioneo, et Gambarinio, prae aliis, in opere edito de cursu et inundationibus Tiberis. Ad verum Plinius iunior VIII. ep 17., testis oculatus, Livius, Plutarchus, Capitolinus, Ammianus Marcellinus lib. 29., Anastasius, aliique veteres, et recentiores, huiusmodi inundationes aquarum copiae exuberanti attribuunt, non secus ac in aliis fluminibus, ut de Danuvio fuse Seneca Nat. quaest. III. 27.; et impedimentis in ipso flumine vel casu, vel arte ingestis. Ideo Plinius senior III. cap. 5. ait: *Nusquam magis aquis, quam in ipsa urbe stagnantibus.*

16 *Vestae*. Atrium Regis Numae, et Templum Vestae sita erant ad radices Montis Palatini, ubi nunc Ecclesia S. Mariae Liberatricis: ut probatum ex Latinis scriptoribus, et ex pluribus inscriptionibus Virginum Vestalium Maximarum, quae ibi repertae sunt ineunte seculo XV.

Iliae dum se nimium querenti
Iactat ultorem, vagus et sinistra
Labitur ripa, Iove non probante,
Uxorius amnis.
Audiet cives acuisse ferrum,
Quo graves Persae melius perirent;
Audiet pugnas, vitio parentum
Rara, iuventus.
Quem vocet Divûm Populus ruentis
Imperî rebus? prece qua fatigent
Virgines sanctae minus audientem
Carmina Vestam?
Cui dabit partes scelus expiandi
Iupiter? Tandem venias, precamur,
Nube candenti humeros amictus,
Augur Apollo.

30 *Iupiter* et *Iuppiter* in mss. in nummis, et in inscriptionibus: sed rectius *Iupiter*, quod est Ζεὺς πατήρ, *Iovis pater*, per contractionem *Iupiter*. Contractio vero per se iam longam facit syllabam, ut non opus sit duplici consonante; ut notat Heusingerus Antib. c. 1. p. 334. [Bodon. ubique *Iuppiter*.]

31 *candenti* V. D. a 2. m. Vr. A. E. Ch. B., alii mss. apud Lamb. Torr. Pulm. Iani, Combe, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1490. 1492. 1509. et aliae, Acron, Porphyrio, Commentat. Cruq., Locher. Marcil. Cun. Nullus hiatus est in hac terminatione, ob *h* aspiratam, quae vim habet consonantis; non magis, quam apud Virgil. VII. E. 53; et Deus, quem precabantur serenum et propitium in auxilium, venire debebat in nube lucida visibilis, in nimbo deorum proprio, quo etiam pingebantur amicti; ut docet Servius ad Virg II. *AE.* 616. et III. 582., ubi *proprie nimbus est, qui Deorum, vel Imperantium capita, quasi clarâ nebula, ambire fingitur.* Cl. Mamertinus in Paneg. Maxim.: *Fulgor*,

Sive tu mavis, Erycina ridens,
Quam Iocus circumvolat, et Cupido:
Sive neglectum genus, et nepotes
Respicis auctor,
Heu! nimis longo satiate ludo;
Quem iuvat clamor, galeaeque leves,
Acer et Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem.
Sive mutata iuvenem figura,
Ales, in terris imitaris, almae
Filius Maiae, patiens vocari
Caesaris ultor;
Serus in Caelum redeas, diuque

et illa lux divinum verticem claro orbe complectens. Hinc etiam capita radiata in antiquis imaginibus Imperatorum, aliorumque, et in nostris sacris. Quin et apud S. Matth. XVII. 5: *Et nubes lucida obumbravit eos.* Male ergo alii [in his editores Parmenses] praeferunt *candentes humeros*, id est nube tectos; quod cum aliis contendit etiam Iani ex male intellecto loco Virgilii I. *AE.* 413., qui de Diis loquitur, qui obscuro nebulae amictu se circumfundebant, *Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset, Molirive moram, aut veniendi poscere causas.* Quod plane opponitur invocationi Apollinis nostri. In marmore apud Fabrett. pag. 233. n. 612. Bonad. Carm. ex ant. lap. II. p. 231.: VIDI SIDEREO RADIANTEM LUMINE FORMAM AETHERE DELABI... ARDENTES OCULORUM ORBES UMEROSQUE NITENTES OSTENDENS.

33 *Erycina.* Veneri Erycinae Templum etiam Romae dicatum erat, ad portam Collinam, ubi vulgares pueliae IX. Kal. maias diem festum agebant, nomine Vinaliorum. Vid. Foggin. Fasti Verr. Flacc. p. 66. Eius, renovati cum insigni porticu, Strab. lib. 6. pag. 272., adhuc exstant magnae reliquiae.

Laetus intersis Populo Quirini;
Neve te nostris vitiis iniquum
Ocior aura
Tollat. Hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici Pater, atque Princeps:
Neu sinas Medos equitare inultos,
Te duce, Caesar.

ODE III.

AD NAVEM, QUA VEHEBATUR VIRGILIUS ATHENAS PROFICISCENS.

Virgilio Athenas proficiscenti faustam navigationem precatur. Invehitur, occasione data, in eum, qui nauticam artem invenit; et in temeritatem, audaciamque hominum aliorum.

Sic te Diva potens Cypri,
Sic fratres Helenae, lucida sidera,
Ventorumque regat pater,
Obstrictis aliis, praeter Iapyga,
Navis: quae tibi creditum
Debes Virgilium finibus Atticis,
Reddas incolumem, precor;
Ut serves animae dimidium meae.
Illi robur, et aes triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit praecipitem Africum

4 *Iapyga.* Al. *Iapyga: Navis, q. t. c. d. Virgilium, finibus Atticis reddas incolumem.* 8 * *Ut* Ch. A. Al. *Et.*

Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti;
Quo non arbiter Hadriae
Maior, tollere, seu ponere vult freta.
Quem mortis timuit gradum,
Qui siccis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum, et
Infames scopulos Acroceraunia?
Nequidquam Deus abscidit
Prudens Oceano dissociabiles
Terras, si tamen impiae
Non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Iapeti genus
Ignem fraude mali gentibus intulit:
Post ignem aetheria domu
Subductum, macies, et nova febrium

15 *Hadriae.* Sic ex optimis mss., nummis, et marmoribus scriptis Torrent. Bentl. Cun. San. Vid. et Broukh. ad Propert. I. ep. 6. 1. Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 139. Al. *Adriae.* 23 *dissociabiles terras.* Ita cum Gualterio, Heinsio, Bentleio, aliis, non dissentiente Gesnero. Quod videtur legisse Senec. Med. 341. seq., ubi hunc locum et oden integram imitatus est: *Bene dissepti foedera mundi Traxit in unum Thessala pinus.* Dissociabiles terrae, quae dissociatae stare possunt. Al. [Bod.] *dissociabili. Dissociabile* Cun.

29 *domu.* Ita scribas ex Calendario Verrii Flacci apud Foggin. p. 69., ex aliis lapidibus scriptis, ex mss., et praecipue ex libris iuris; notante Heinsio. Al. [Bod.] domo; et *aetherea.* 30 *Perrupitque.*

Terris incubuit cohors;
Semotique prius tarda necessitas
Leti corripuit gradum.
Expertus vacuum Daedalus aëra
Pennis non homini datis:
Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum est.
Caelum ipsum petimus stultitia; neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Iovem ponere fulmina.

ODE IV.

AD L. SEXTIUM. (A)

Amoenitate veris descripta, et communi moriendi necessitate proposita, tamquam Epicureus ad vitam voluptuosam Sextium hortatur.

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni;
Trahuntque siccas machinae carinas:
Ac neque iam stabulis gaudet pecus, aut arator igni;
Nec prata canis albicant pruinis.
Iam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna;
Iunctae que Nymphis Gratiae decentes
Alterno terram quatiunt pede; dum graves Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto;
Aut flore, terrae quem ferunt solutae.

37 *ardui est.*

(A) *Sextium* ex marmoribus scriptis, et mss. Vid. Marin. Arvali p. 105. Gruter. Th. inscr. p. 290. Al. *Sestium.*

Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agnam, sive malit hoedum.
Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres. O beati Sexti,
Vitae summa brevis spem nos vetat incohare longam.
Iam te premet nox, fabulaeque Manes,
Et domus exilis Plutonia: quo simul mearis,
Nec regna vini sortiere talis,
Nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet iuventus
Nunc omnis, et mox virgines tepebunt.

ODE V.

AD PYRRHAM.

Horatius ex Pyrrhae illecebris tamquam e naufragio enataverat, cuius amore irretitos affirmat esse miseros.

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus
Grato, Pyrrha, sub antro?
Cui flavam religas comam,

12 *agnam-hoedum* ex optimis mss. nostris, aliis apud Iani aliosque. Al *agna hoedo. Agnam-hoedos.* Qui *agna-hoedo* praeferunt, ut Bentleius, abutuntur loco Virgilii III. E. 57. *faciam vitula;* non advertentes, in eo subintelligi *sacrum;* ut apud Columell. I. 2. ult., *nisi prius catulo feceris.* Vide Gruter. p. 228. seq. In inscriptionibus Arvalium, apud Grut. l. c, aliisque marmoribus, et Latinis scriptoribus passim, *immolare agnam, bovem, vitulum;* est enim spargere mola victimam, ut II. sat. 3. 200.; insuper hic *poscat.*

15 *incohare* ex Verr. Flacco apud Diomedem lib. 1. Foggin. p. 91. Vid. et Marin. l. c. p. 363. Al. *inchoare.*

Simplex munditiis? Heu! quoties fidem,
Mutatosque Deos flebit, et aspera
Nigris aequora ventis
Emirabitur insolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea;
Qui semper vacuam, semper amabilem
Sperat, nescius aurae
Fallacis! Miseri, quibus
Intentata nites! Me tabula sacer
Votiva paries indicat uvida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

ODE VI.

AD M. VIPSANIUM AGRIPPAM.

Varius tragoediographus bella ab Agrippa gesta decantabit: Horatius vero conviviis tantum et amoribus describendis aptus et idoneus.

Scriberis Vario fortis, et hostium
Victor, Maeonii carminis aliti,
Quam rem cumque ferox navibus, aut equis
Miles, te duce, gesserit.
Nos, Agrippa, neque haec dicere, nec gravem
Pelidae stomachum cedere nescii,
Nec cursus duplicis per mare Ulyssei,
Nec saevam Pelopis domum,

2 Al. [Bod.] *alite.* 14. *Troio* Heins. ad Ovid. Her. I. 28. Iani, et perpetuo apud Virgilium. Al. *Troico* [ut Bod.]

Conamur, tenues grandia: dum pudor,
Imbellisque lyrae Musa potens vetat
Laudes egregii Caesaris et tuas
Culpa deterere ingeni.
Quis Martem tunica tectum adamantina
Digne scripserit? aut pulvere Troio
Nigrum Merionen? aut ope Palladis
Tydiden superis parem?
Nos convivia, nos proelia virginum,
Sectis in iuvenes unguibus acrium,
Cantamus; vacui, sive quid urimur,
Non praeter solitum leves.

ODE VII.

AD MUNATIUM PLANCUM.

Alii alias laudant civitates, et regiones: Horatius vero reliquis anteponit Tibur, ubi natus est Plancus, quem ad diluendas vino curas cohortatur.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi
Moenia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala Tempe.
Sunt, quibus unum opus est, intactae Palladis urbem
Carmine perpetuo celebrare, et

5 urbem. Vulgata lectio, et omnium fere mss., certe omnium, quos viderim, contra quam insurrexere praesertim Bentleius, Cun. San. Iani, praeferentes alteram *arces*, futilibus plane argumentis. Quamquam enim Heliodorus Periegetes XV. libros de Arce scripserit, et Polemon Periegetes libros IV. de donariis, quae in Arce erant; de quibus Meursius in Cecropia, sive de Arce Athenarum lib. 1.;

Undique decerptam fronti praeponere olivam.
Plurimus, in Iunonis honorem,
Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas.
Me nec tam patiens Lacedaemon,
Nec tam Larissae percussit campus opinae,
Quam domus Albuneae resonantis,
Et praeceps Anio, et Tiburni lucus, et uda
Mobilibus pomaria rivis.
Albus ut obscuro deterget nubila Caelo
Saepe Notus; neque parturit imbres
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam, vitaeque labores
Molli, Plance, mero; seu te fulgentia signis
Castra tenent, seu densa tenebit
Tiburis umbra tui. Teucer Salamina, patremque
Quum fugeret, tamen uda Lyaeo
Tempora populea fertur vinxisse corona,
Sic tristes affatus amicos:

tamen certum est, urbem totam Athenarum laudibus cumulatam fuisse qua late patebat, et in suis etiam agris; ut videre est vel in Oratione Panathenaica Aristidis, qui alios affert scriptores plurimos, laudantes Athenas ab ornamentis publicis, a viris illustribus, a doctrina, a fertilitate agri etc. eamque urbem omnibus aliis anteferentes. Et Minervam de se ipsa Athenas nominasse, testatur Apollodorus lib. 3. Hinc passim apud auctores, et in inscriptione Tyiopea Villae Burghesiae apud Visconti pag. 20 dicitur: Πότνι' Ἀθηνάων ἐπιήρανε, Τριτογένεια, *Venerandа Athenarum praeses*, *Minerva Tritonia.* 11 *percussit.* Vid. adnotata ad epod. 7. 16. 12 Albunea Sibylla Tiburtina, Lact. Firm de falsa Rel. I. 6., cuius Templi, paullo ante hanc oden scriptam a L. Coelio exstructi, adhuc exstant insignes reliquiae forma rotunda. [13. Bod. *ac* Tib.] 27 *Teucri* Vr. C. a 2. m., alii apud Lamb. Iani, Id est Apolline. Al. *Teucro,*

Quo nos cumque feret melior Fortuna parente,
  ibimus, o socii, comitesque.
Nil desperandum Teucro duce, et auspice Teucri:
  Certus enim promisit Apollo,
Ambiguam tellure nova Salamina futuram.
  O fortes, peioraque passi
Mecum saepe viri, nunc vino pellite curas;
  Cras ingens iterabimus aequor.

ODE VIII.

AD LYDIAM.

Iuvenem Sybarin, Lydiae amore perditum, et voluptatibus colliquefactum notat.

Lydia, dic, per omnes
  Te Deos oro, Sybarin cur properes amando
Perdere? cur apricum
  Oderit campum, patiens pulveris, atque Solis?
Cur neque militaris
  Inter aequales equitet, Gallica nec lupatis
Temperet ora frenis?
  Cur timet flavum Tiberim tangere? cur olivum
Sanguine viperino
  Cautius vitat? neque iam livida gestat armis
Brachia, saepe disco,
  Saepe trans finem iaculo nobilis expedito?
Quid latet, ut marinae
  Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Troiae
Funera; ne virilis
  Cultus in caedem, et Lycias proriperet catervas?

2 *Te Deos.* Al. *Hoc Deos.*

ODE IX.

AD THALIARCHUM.

Quo magis saevit hiems, eo magis voluptati indulgendum.

Vides, ut alta stet nive candidum
Soracte; nec iam sustineant onus
Silvae laborantes; geluque
Flumina constiterint acuto?
Dissolve frigus, ligna super foco
Large reponens; atque beni nius
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota.
Permitte Divis cetera: qui simul
Stravere ventos aequore fervido
Deproeliantes; nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni.
Quid sit futurum cras, fuge quaerere: et
Quem sors dierum cumque dabit, lucro
Appone; nec dulces amores
Sperne puer, neque tu choreas;
Donec virenti canities abest
Morosa. Nunc et campus, et areae;
Lenesque sub noctem susurri
Composita repetantur hora:
Nunc et latentis proditor intimo
Gratus puellae risus ab angulo;

9 *cetera*. Hanc veram esse scripturam, non *caetera*. vel *coetera*, quidquid contradicat Heumannus, praeter Norisium, Fabrettum, Cellarium, aliosque, pluribus probat, praesertim ex antiquis marmoribus, Marin. p. 689.

Pignusque dereptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

ODE X.

HYMNUS AD MERCURIUM.

Quem laudat a facundia, a parentibus, a palaestrae et lyrae inventione, a maxima in furando calliditate, atque ab iis, quibus fungitur, muneribus.

Mercuri, facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus, et decorae
More palaestrae:
Te canam, magni Iovis, et Deorum
Nuncium, curvaeque lyrae parentem;
Callidum, quidquid placuit, iocoso
Condere furto.
Te, boves olim nisi reddidisses
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra,
Risit Apollo.
Quin et Atridas, duce te, superbos,
Ilio dives Priamus relicto,
Thessalosque ignes, et iniqua Troiae
Castra fefellit.
Tu pias laetis animas reponis
Sedibus; virgaque levem coerces
Aurea turbam, superis Deorum
Gratus, et imis.

23 *direptum.*

ODE XI.

AD LEUCONOEN.

Hortatur Leuconoen, ut, omissâ futurorum cura, voluptati indulgeat; argumento a vitae brevitate et celeritate ducto.

Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi
Finem Dî dederint, Leuconoe; nec Babylonios
Tentaris numeros. Ut melius, quid quid erit, pati!
Seu plures hiemes, seu tribuet Iupiter ultimam,
Quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum; sapias, vina liques, et spatio brevi
Spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida
Aetas: carpe diem, quam minimum credula postero.

ODE XII.

AD CAESAREM AUGUSTUM.

Collaudatis Dîs, heroibus, virisque aliquot claris, tandem ad divinas Augusti laudes descendit, eumque illis praefert.

Quem virum, aut heroa, lyra, vel acri
Tibia sumis celebrare, Clio?
Quem Deum? Cuius recinit iocosa
Nomen imago,

4 * *tribuet* Vr. B. et A. a 2. m. Al. [Bod.] *tribuit.* 2 *sumes.*

3 *recinit.* Praeter mss. codices, Ascensium, et Baxterum ab Iani adductos, *recinit* iam habent Vr. C. D. E. Ch. A. An. A. Cr. A. Ba. B., meus, et ed. Pr. Med. 1476. Venn.

Aut in umbrosis Heliconis oris,
Aut super Pindo, gelidove in Haemo?
Unde vocalem temere insequutae
Orphea silvae,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus, celeresque ventos,
Blandum et auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid prius? Dicam solitis Parentem
Laudibus, qui res hominum, ac Deorum,
Qui mare, ac terras, variisque mundum
Temperat horis.
Unde nil maius generatur ipso,
Nec viget quidquam simile, aut secundum:
Proximos illi tamen occupabit
Pallas honores.
Proeliis audax, neque te silebo,
Liber; et saevis inimica virgo
Belluis; nec te, metuende certa,
Phoebe, sagitta.

1479. 1486 1490. Flor. 1482 et 1503. Poeta, post Deos, celebriores heroas, et Romanos viros enumerat, quibus Augustum comparet, et anteferat. Al. *recinet*, *recinat*, *resonet*, *resonat*, *retinet*. Vulgatum *recinet* referretur ad laudes poetae, a quibus illi celebriores evaderent; quod falsum.

13 *Quid prius?* Ch. A. Va. A. *Quid prius dicam?* Va. B. ed. Ven. 1479. Al [Bod.] *Quid prius dicam solitis.* 13 *Parentem* Acron, Pulm. 2., probantibus Fabr. Mureto. Al. *Parentis* [Bod.], *parentum.* 14 *laudibus; qui.* Al. *laudibus? qui.*

19 *occupabit* Rob. Steph. Heins. Putean. et Waddel. Anim. crit. p. 42. Non aure Pallas *occupavit*, ut fert vulgata lectio; sunt elocutiones poetae, ut ceteri. [22 Bod. Virgo.]

Dicam et Alciden, Puerosque Ledae;
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulget,
Defluit saxis agitatus humor;
Concidunt venti, fugiuntque nubes:
Et minax, Dî sic voluere, ponto
Unda recumbit.
Romulum post hos prius, an quietum
Pompilî regnum memorem; an superbos
Tarquinî fasces, dubito, an Catonis
Nobile letum.
Regulum, et Scauros, animaeque magnae
Prodigum Paullum, superante Poeno,
Gratus insigni referam Camena,
Fabriciumque.
Hunc, et intonsis Curium capillis

28 * *refulget* Ch. A. Al. [Bod.] *refulsit. Sidera fulgent* Cr. A. a 2. m. ed. Flor. 1482. Venn. 1483. et 1490. 31 *Dî sic* Ch. B. Laurent Torrent. San. *sic Dî* edd Venn. Ascens. Muret. Al. [Bod.] *quod sic*, *quia sic*, *nam sic*. Huc referas illud Libanii epist. 1140. ed Wolf. 1738: *Si pelago se commissurus fuisset Alexander, et ipse Castores invocasset, et nos pro ipso. Tyndaridis enim illis id ab Iove datum est, ut navigantes a periculo tutos praestare possint.* 33 *prius*, *aut* Sanad.

35 *Iunii fasces* coni Cun. San. 41 *intonsis* Val. Cato dicitur *intonsus* H. od. 15. 11. Notum ab Ovidio II. Fast. 30. VI. 264. Tibull. II. 1. 34., avos illos vocari *intonsos*, ab Iuven. V. 30. *capillatos*; et statuas ipsas virorum illustrium aevi illius ita expressas, teste Cicer. Pro M. Coel 14. Varr. de R. R. II. ult. Plin Hist. Nat. VII. 59. Videsis Winkelm. Stor. delle arti del. dis t. II. p. 154. edit. nostrae. Al. *incomptis*.

Utilem bello tulit, et Camillum
Saeva paupertas, et avitus apto
Cum lare fundus.
Crescit, occulto velut arbor aevo,
Fama Marcelli: micat inter omnes
Iulium sidus, velut inter ignes
Luna minores.
Gentis humanae Pater, atque custos,
Orte Saturno, tibi cura magni
Caesaris fatis data; tu secundo
Caesare regnes.
Ille seu Parthos Latio imminentes
Egerit iusto domitos triumpho,
Sive subiectos Orientis orae
Seras, et Indos,
Te minor laetum regat aequus Orbem:
Tu gravi curru quaties Olympum;
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

51 *Caesaris fato.* 53 * *Latio minaces* Vr. A. 55 *Orientis oris.* 57 *laetum* Vr. D. Ch. A C., alii apud Pulm., Talbot, Iani, et Combe, unus apud Oberl.: ita Muret. Vid. od. 2. 46. Al. [Bod.] *latum.* 57 *regat* ed. Flor. 1482. Ven. 1490. Landin. Ascens. Bene: est enim oratio vatis. Vid. carm. sec. 51. Al. *reget.* 58 * *quatiens* Va. A. 60 * *lucis fulmina mittes* V. A.

5 *Tum* V. A. Vr. C. F. a 2. m., alii mss. apud Iani. Al. [Bod.] *Tunc.*

ODE XIII.

AD LYDIAM.

Moleste fert Telephum rivalem sibi a Lydia anteponi.

Quum tu, Lydia, Telephi
Cervicem roseam, cerea Telephi
Laudas brachia, vae! meum
Fervens difficili bile tumet iecur.
Tum nec mens mihi, nec color
Certa sede manet; humor et in genas
Furtim labitur, arguens
Quam lentis penitus macerer ignibus.
Uror, seu tibi candidos
Turparunt humeros immodicae mero
Rixae; sive puer furens
Impressit memorem dente labris notam.
Non, si me satis audias,
Speres perpetuum, dulcia barbare
Laedentem oscula, quae Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit.
Felices ter, et amplius,
Quos irrupta tenet copula; nec malis
Divulsus querimoniis
Suprema citius solvet amor die.

[6. Bod. cum aliis: *manent.*]

ODE XIV.

AD REMPUBLICAM.

Sub imagine navis monet eam, ne nova adeat bellorum civilium pericula.

O Navis! referent in mare te novi
Fluctus? O quid agis? fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus,
Et malus celeri saucius Africo,
Antennaeque gemunt! Iam sine funibus
Vix durare carinae
Possunt imperiosius
Aequor: non tibi sunt integra lintea;
Non Di, quos iterum pressa voces malo.
Quamvis Pontica pinus,
Silvae filia nobilis,
Iactes et genus, et nomen inutile;
Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit. Tu, nisi ventis
Debes ludibrium, cave.

1 *referunt* An. A. Voss. sec. in Quinctil. Inst. Or. VIII. 6. p. 744. ed. Burmanni, cui placet; et ex coniectura San. Val., qui putat iam navim in mari fuisse; quod falsum esse indicat adverbium *fortiter*. Ceteri omnes mss., quos vidi, et aliorum, et Porphyrio, et omnes fere editiones habent *referent*. 6 *Gemunt* plures mss. apud Iani, et Combe, edd. Venn. 1483. 1486. 1490. Cun. San. 6 *Iam sine* ed. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490.: et rectius, ut iungatur sequenti. Al. *ac sine*. 8 *Possunt* Vr. B. Ch. B. Ba. B. Va. B., alii mss. apud Iani, et Combe, ed. Princ. Flor. et Venn. citt. Locher. Cun. Serv. ad Virg. I. AE. 207. et VIII. 577.

Nuper sollicitum quae mihi taedium,
Nunc desiderium, curaque non levis,
Interfusa nitentes
Vites aequora Cycladas.

ODE XV.

NEREI VATICINIUM DE EXCIDIO TROIAE.

Pastor quum traheret per freta navibus
Idaeis Helenen perfidus hospitam;
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, ut caneret fera
Nereus fata. Mala ducis avi domum,
Quam multo repetet Graecia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.
Heu, heu! quantus equis, quantus adest viris
Sudor! quanta moves funera Dardanae
Genti! Iam galeam Pallas, et aegida
Currusque, et rabiem parat.
Nequid tuam, Veneris praesidio ferox,
Pectes caesariem; grataque feminis
Imbelli cithara carmina divides:
Nequidquam thalamo graves

9 *Heu, heu!* V. B. D. Vr. A. B. E. Ch. A. a 2. m. A. An. A. Ba. B. Va. A., meus, alii apud Pulm. Torr. Iani, Oberl. ed. Med. 1476. Venn. 1479. 1483. 1490., et ita Acron, Ascens. Fabr.; itaque legendum docent Cortius ad Sallust. Ing. 14. §. 9. Burm. in Anthol. Lat. II. pag. 528. Ex Graeco *αἰ, αἰ*, ut apud Theocr. Al. [Bod.] *Eheu.* 12. *ac rabiem* V. D. a 2. m.

Hastas, et calami spicula Cnossii
Vitabis, strepitumque, et celerem sequi
Aiacem: tamen, heu! serus adulteros
Cultus pulvere collines.
Num Laertiaden, exitium tuae
Gentis; num Pylium Nestora respicis?
Urgent impavidi te Salaminius
Teucer, te Sthenelus sciens

20 *Cultus* V. B. Vr. C. a 2 m. E. Ch. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Iani. Et recte, ut infra IV. od. 9. 13. seqq. Postquam enim Horatius de caesarie loquutus est v. 14; hìc agit de omni cultu corporis, et ornatu regio, quem adulterum dicit, ut Ovid. Trist. II. el. 1. 499.: *In quibus assidue cultus procedit adulter.* Est enim *adulterium specie exercere*, ut ait Tertull. de Cultu femin. tract. 2.; et paulo post: *Lenones et prostitutores vestitus et cultus ne admiseritis:* et Marbod. p. 25: *Dum veram speciem mentitur adultera forma.* Locum praecipue illustrat Clemens Alexandrinus Paedag. III. 2.: *Quod autem cultus faciat mulieres meretrices, viros autem androgynos, seu effeminatos, et adulteros; testis est nobis Tragicus* (Euripid. in Iphigen.) *sic narrans:* Ex Phrygibus ille cum appulisset, qui Deas Diiudicavit, Graia ut inquit fabula, Lacedaemona, cultu discolore vestium, Et barbarorum textu, et auro splendidus, Amans amantem vi recessit auferens Helenen ad Idae caulam, abesset cum domo Menelaus. *O adulteria concitantem pulchritudinem! Graeciam evertit barbarum sui ornandi studium, et effeminatae deliciae: Laconicam pudicitiam corrupit vestis, et luxus, et pulchra species: barbaricum sui ornandi studium meretricem probavit Iovis filiam.* Et *collines* est ut apud Plautum Most. act. 1. sc. 3. v. 133.: *Pulchrum ornatum turpes mores peius coeno collinunt.* Al. [Bod.] *Crines. Vultus* edd. Venn. 1483. 1490. Flor. 1482. 21-22 * *Num .. num.* Vr. A. Accius in Antigona apud Macrob. Sat. VI. 1.: *Num capti potuere capi? num incensa cremavit Troia viros?* Al. [Bod.] *Non .. non.* 22 *Exitium tuae gentis.* Paris ab

Pugnae; sive opus est imperitare equis,
Non auriga piger. Merionen quoque
Nosces. Ecce furit te reperire atrox
Tydides, melior patre:
Quem tu, cervus uti vallis in altera
Visum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tuae
Iracunda diem proferet Ilio,
Matronisque Phrygum classis Achillei;
Post certas hiemes uret Achaius
Ignis Pergameas domos.

ODE XVI.

AD AMICAM.

Palinodiam canit. Nam veniam petit a puella, quam iambis laeserat; culpamque transfert in iram, cuius vim indomitam describit.

O matre pulchra filia pulchrior,
Quem criminosis cumque voles modum

Apuleio Met. X. sub finem dicitur *electus iudex rusticanus, et opilio . . cum totius etiam suae stirpis exitio.* Et Helena a Seneca Troad., 890.: *Pestis, exitium, lues Utriusque populi.* Al. *Excidium.* 22 *Genti* Vr. F. mss. apud Lamb. Cruq. Bentl. Iani, et sic Cun. [24. Bod.: Teucerque et Sth.] 35 *Achaius* Ch. B. a 2. m. Alt. 2. a 2. m. edd. Venn. 1483. 1486. 1490. Cun. San. Drak. ad Sil. Ital. XV. 306. Heyne ad Virg. II. AE. 462. Al. *Achaicus.*

36 *Pergameas* mss. apud Glarean., et receperunt Cun. San. Schrader Emend. praef. XXII., Iani. Seneca Troad., 887.: *Flagrant strata passim Pergama.* Al. *Iliacas*, etiam contra metrum. Vid. II. od. 4, 12.

Pones iambis; sive flamma,
Sive mari libet Hadriano.
Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius,
Non Liber aeque, non acuta
Si geminant Corybantes aera,
Tristes ut irae; quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec saevus ignis, nec tremendo
Iupiter ipse ruens tumultu.
Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam, et insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.
Irae Thyesten exitio gravi
Stravere; et altis urbibus ultimae
Stetere caussae, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.
Compesce mentem. Me quoque pectoris
Tentavit in dulci iuventa
Fervor, et in celeres iambos
Misit furentem: nunc ego mitibus
Mutare quaero tristia; dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas.

4 *Hadriano.* Al. *Adriano.* Vid. ad od. 3. 15.

8 *Si* Bentl. Cun. San. Val. Iani, Oberlin. Mss. omnes, et aliae edd. [ut Bod.] *Sic.* 13 *Prometheus.* Vid. ad epod. 17. 67.

ODE XVII.

AD TYNDARIDEM.

Invitat eam in Lucretilem, multa ostendens commoda, quae ex eo percipiet,

Velox amoenum saepe Lucretilem
Mutat Lycaeo Faunus, et igneam
Defendit aestatem capellis
Usque meis, pluviosque ventos.
Impune tutum per nemus arbutos
Quaerunt latentes et thyma deviae
Olentis uxores mariti;
Nec virides metuunt colubras,
Nec Martiales haeduleae lupos:
Utcunque dulci, Tyndari, fistula
Valles, et Usticae cubantis
Levia personuere saxa.
Di me tuentur: Dis pietas mea,
Et Musa cordi est. Hic tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Hic in reducta valle Caniculae
Vitabis aestus, et fide Teia
Dices laborantes in uno
Penelopen, vitreamque Circen.

8 *colubras* V. A. B. D. Vr. A. B. D. E. F. Ch. C. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Iani, Combe, et edd. Venn. 1483. 1490. 1492. Rutg. Heins. Bentl. Baxt. Cun. San. Iani. Al. *colubros*. [9 Bod. *hoedilia*.] 14 *Hinc tibi*. 20 *vitreamque Circen*. Circe hic dicitur vitrea, id est fragilis;

Hic innocentis pocula Lesbii
Duces sub umbra: nec Semeleius
Cum Matre confundet Thyoneus
Proelia; nec metues protervum
Suspecta Cyrum, ne male dispari
Incontinentes iniiciat manus;
Et scindat haerentem coronam
Crinibus, immeritamque vestem.

ODE XVIII.

AD P. QUINCTILIUM VARUM (A.)

Vinum moderate sumptum exhilarat animum, et haustum immoderate furorem concitat.

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem
Circa mite solum Tiburis, et moenia Catili:
Siccis omnia nam dura Deus proposuit; neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
Quis post vina gravem militiam, aut pauperiem crepat?
Quis non te potius, Bacche pater; teque, decens Venus?
At ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata: monet Sithoniis non levis Evius;

ut II. sat. 3. 222. *vitrea fama*, et ut Pediatia I. sat. 8. 39. Haec laborabat, nempe conficiebatur amore Ulyssis; cui opponitur Penelope, coniugalis castitatis exemplum illustre, quae *difficilis procis* dicitur III. od. 10. 11. Vid. epist. 2. 23.

(A.) *Quinctilius*, et *Quinctius* scribitur ex marmoribus, et mss. Vid. Marin. Arvali p. 18. 2 *Tiburis*. Eius villae insignes reliquiae adhuc visuntur in regione, quae ab eius nomine etiamnum appellatur *Quintigliolo*.

Quum fas, atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt avidi. Non ego te, candide Bassareu,
Invitum quatiam; nec variis obsita frondibus
Sub divum rapiam. Saeva tene cum Berecynthio
Cornu tympana, quae subsequitur caecus Amor sui;
Et tollens vacuum plus nimio Gloria verticem,
Arcanique Fides prodiga, perlucidior vitro.

ODE XIX.

AD GLYCERAM.

Se illius amore uri.

Mater saeva Cupidinum,
Thebanaeque iubet me Semeles Puer,
Et lasciva Licentia,
Finitis animum reddere amoribus.
Urit me Glycerae nitor
Splendentis Pario marmore purius:
Urit grata protervitas,
Et vultus nimium lubricus adspici.
In me tota ruens Venus
Cyprum deseruit; nec patitur Scythas,
Et versis animosum equis
Parthum dicere; nec quae nihil attinent.

13 *Berecyntio.* Al. *Berecintio*, *Berecynthio*: errores, ut notat Iani: est enim mons Βερέκυντος. 2 *iubent.*

10 *Cypron* Cun 14 *thuraque* cum adspiratione scribendum tum ex optimis mss., tum ex marmoribus scriptis passim; ut apud Grut. p. 268. Fabrett. p. 752. n. 594. Marin. Arvali p. 337. seq.

Hic vivum mihi cespitem; hic
Verbenas, pueri, ponite, thuraque,
Bimi cum patera meri:
Mactata veniet lenior hostia.

ODE XX.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Invitat Maecenatem ad convivium minime sumptuosum.

Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Graeca quod ego ipse testa
Conditum levi, datus in Theatro
Quum tibi plausus,
Care Maecenas eques, ut paterni
Fluminis ripae, simul et iocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
Caecubam, et praelo domitam Caleno
Tu bibes uvam: mea nec Falernae
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

3 *Theatro* Pompeii, sive lapideo, iuxta Vitruvium III. 2., cujus etiamnum reliquiae in domibus a Campo Florae ad Cryptam pictam. 5 *Clare* Bentl. ex mss., Cun. San. Val *Care* est ut *dilecte* II. od. 20. 7.; familiarius, et aptius odario, ubi de vino agitur, et de Populi Romani in eum amore; ut notat Iani.

8 *imago*. Echo ad Ianiculum, collis Vaticani partem, ex adverso Theatri; ut recte exponit Meibom. Vita Maecen. c. 7. p. 56.; quod hodieque notant qui in eo colle, et declivitate versantur, ad vocum strepitum, horologiorum, et nolarum sonum. Ipse expertus sum. 9 *Caecubam* mss. apud Lamb., et primae editt. San. Iani, Oberlin. Al. [Bod.] *Caecubum*.

ODE XXI.

HYMNUS AD DIANAM ET APOLLINEM.

Hortatur virgines et pueros ad canendas eorum laudes.

Dianam tenerae dicite virgines;
Intonsum, pueri, dicite Cynthium,
Latonamque supremo
Dilectam penitus Iovi.
Vos laetam fluviis, et nemorum coma,
Quaecumque aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Silvis, aut viridis Cragi:
Vos Tempe totidem tollite laudibus;
Natalemque, mares, Delon Apollinis,
Insignemque pharetra,
Fraternaque humerum lyra.
Ilic bellum lacrymosum, hic miseram famem,

5 coma V. A. D. Vr. A. B. C. D. E. F. Ch. B. C. Cr A. Va. A. An. A., alii mss. apud Lamb. Torr. Bentl.; et ita legunt Heins. Steph. Fabr. Baxt. San. Iani, Oberlin. et alii. Laeta est Diana coma nemorum, seu nemoribus comatis, spissis nemorum comis, ut III. od. 19 25. Festus Avienus Arat. Phaen. p. 59. edit. 1599.: *Te, Dea, te dura voluit contingere dextra? Quum sacrata Chii nemora, et frondentia late Brachia nucorum; quum sylvae colla, comasque Devotae tibimet manus impia demolita est.* In silvis enim aut Templa habebat, ut in Algido, de quo in carm. secul. v. 69.: aut in illis venationi vacabat. Al. *comam.*

8 *Cragi* e Graeco Κράγος, Heins. Steph. Bentl. Cun. Iani, Oberlin. Al *Gragi.* 13 *Haec bellum* Bentleius, San. Iani, Oberlin. contra omnium mss. fidem, ut sit Diana.

Pestemque, a populo, et principe Caesare, in
Persas atque Britannos
Vestra motus aget prece.

ODE XXII.

AD ARISTIUM FUSCUM.

Vitae integritas ubique tuta est; idque suo exemplo probat.

Integer vitae, scelerisque purus
Non eget Mauris iaculis, neque arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra:
Sive per Syrtes iter aestuosas,
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quae loca fabulosus
Lambit Hydaspes.
Namque me silva lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, et ultra
Terminum curis vagor expeditis,
Fugit inermem:

Hìc vates specialius Apollinem deprecatur, Deum Augusti tutelarem. 14 *a populo, principe Caesare* Ios. Scaliger, Cun. Medebach, Iani Oberlin. contra omnium fere mss., et veterum editt. fidem; acsi princeps ab hisce calamitatibus incolumis evadere potuisset. Notum de Davide, qui ideo pestem elegit II. Reg. 24. 14.

2 *Mauris* V. D. Vr. A. C. E. F. Ch. A. B. C. Cr. A. Ba. B., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Bentl. Val. Combe, et editt. apud Iani. Al. *Mauri.*

10 *Lalagen.* Livia Lalage, Liviae liberta, occurrit inter inscriptiones Columbarii libertorum eiusdem Augustae apud Bianchini, n. 138. 11 Al. *expeditus* V. B. D. Vr. A. B. C.

Quale portentum neque militaris
Daunias latis alit aesculetis,
Nec Iubae tellus generat, leonum
Arida nutrix.
Pone me, pigris ubi nulla campis
Arbor aestiva recreatur aurâ;
Quod latus mundi nebulae, malusque
Iupiter urget;
Pone sub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata:
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

ODE XXIII.

AD CHLOEN. (A)

Non est cur Chloe viros fugiat, quum sit iam aetate matura.

Vitas hinnuleo me similis, Chloe,
Quaerenti pavidam montibus aviis
Matrem, non sine vano
Aurarum et siluae metu.
Nam seu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis, seu virides rubum

D. E. Ch. A. C. D. Va B, alii apud Lamb. Cruq Pulm. Torr. et edit apud Iani. 14 *Daunias latis* V. A. Vr. A. Ch. A. edd. Venn 1483. 1490. Plura dabit Iani. Al. *Daunia*, vel *Daunia in* [Bod.]

(A) Livia Chloe, tres occurrunt inter libertas Liviae Augustae l. c. n. 2 139. 141. Al. *Cloe* passim in mss. et aliquibus aetiquis editionibus.

Dimovere lacertae,
Et corde et genibus tremit.
Atqui non ego te tigris ut aspera,
Gaetulusve leo, frangere persequor.
Tandem desine matrem
Tempestiva sequi viro.

ODE XXIV.

AD P. VIRGILIUM MARONEM.

Deflet Quinctilii mortem.

Quis desiderio sit pudor, aut modus
Tam cari capitis? Praecipe lugubres
Cantus, Melpomene, cui liquidam Pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quinctilium perpetuus sopor
Urget? cui pudor, et iustitiae soror
Incorrupta fides, nudaque veritas,
Quando ullum invenient parem?

10 *Gaetulus*, et *Gaetulicus* cum *ae* scribendos pluribus docet Marin. Arvali p. 66. seq.

1 *desiderio.* Alt. 2. apud Iani, *desideriis. Desiderium* h. l. *egregie pro vulgari dolor, luctus*, exposuit idem Iani; sed luctus est ex desiderio, ut in marmore aevi Augustaei apud Fabrett. p. 169., nunc in Villa Albana, et in eius descriptione mea p. 110., ubi maritus ait uxori defunctae: PRAECUCURRISTI. FATO. DELEGASTI. MIHI. LUCTUM. DESIDERIO. FUI... AD DESIDERIUM. LUCTUMQUE. RESERVATUS. 2. *lugubres cantus.* Al. *lugubris cantus Melpomene;* quod praefert Iani tamquam exquisitius; ut more poetico, ipsa Musa dicatur *lugubris*, dum carmen lugubre canit, vel docet. Sed vide adnotata ad H. od. 1. 38. 5 *Quinctilium.* Vid. adnotata ad od. 18. [Bod. hic et infra: *Quint.*]

Multis ille bonis flebilis occidit:
Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.
Tu frustra pius, heu! non ita creditum
Poscis Quinctilium Deos.
Quod si Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem;
Non vanae redeat sanguis imagini,
Quam virga semel horrida,
Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.
Durum! Sed levius fit patientia,
Quidquid corrigere est nefas.

ODE XXV.

AD LYDIAM.

Insultat ei, quod, iam vetula, merito ab amatoribus spernatur.

Parcius iunctas quatiunt fenestras
Ictibus crebris iuvenes protervi;
Nec tibi somnos adimunt; amatque
Ianua limen,
Quae prius multum facilis movebat
Cardines. Audis minus, et minus iam:
Me tuo longas pereunte noctes,
Lydia, dormis?
Invicem moechos anus arrogantes
Flebis in solo levis angiportu,

15. *Quid? si... num v. r. s. imagini?* [Sic Bod.]
5 *faciles.* [7 Bod.: „Me — dormis?"]

Thracio bacchante magis sub inter-
lunia vento:
Cuum tibi flagrans amor, et libido,
Quae solet matres furiare equorum,
Saeviet circa iecur ulcerosum;
Non sine questu,
Laeta quod pubes hedera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto;
Aridas frondes hiemis sodali
Dedicet Hebro.

[17 Bodon.: *edera.*] 20 *Hebro Hebro*, vel *Ebro*, ut ipse fatetur Iani, fere, qui nunc noti sunt libri mss.; quos vidi, omnes; et editiones veteres; eamque lectionem defendunt multi. Sed ab ea recesserunt, ex coniectura Rutgersii et Huetii, praesertim Ruaeus, Catroeus, Clericus, Bentleius longa argumentatione, et locorum abusu, Cuning., Burmannus ad Virg. I. AE. 317. quisquiliis grammaticalibus multis, Gesn. Iani, Oberlin., aliique [ut Bod.], legentes *Euro;* et probat Heynius ad Virg. l. c. Rationem dat Iani; quod iuvenes Romani non poterant frondes Hebro dedicare; sed debebant Tiberi, aut mari. Quod quam puerile sit, nemo non videt in Horatio, qui rem poetice exornat; et ad Hebrum, flumen Thraciae frigidissimum, pro marito, amandat vetulam, quae iam arida est, ut frondes sunt hiberno tempore: *amnis celeberrimus* dictus a Pomp. Mela II. 2., ob fabulas, tum alias apud ipsum Horatium III. od. 25. 10., I epist. 3 3. et 16. 13; tum apud omnes fere poetas, et mythologos. Dictum Hebrum fabulantur ab Hebro, Haemi et Rhodopes filio, *Boreae* fratre; ut apud Servium ad Virg. l. c. In illum Orphei caput proiectum fuit, ac lyra, quum a Bacchantibus discerptus est, Virg. IV. G. 524. Ovid. XI. Met. 50. Sen. Medea, 630.: Baccho praedilectus, et Orgia ibi celebrata, Ovid. III. Fast. 737. Mela l. c.: Marti etiam: Val. Flacc. VIII. 228. Prudent. Contra Symm. II. 494. Hinc ob frigus filius dicitur montium Haemi, et Rhodopes, quia Odrysiae nives illum complent, Mart. Capella VI. p. 212.

ODE XXVI.

AD MUSAM DE AELIO LAMIA.

Non decet Musarum cultores curis, et moeroribus esse obnoxios Poetam suum Lamiam Musae Pimpleidi commendat.

Musis amicus, tristitiam, et metus
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis: quis sub Arcto
Rex gelidae metuatur orae;
Quid Tiridatem terreat, unice
Securus. O, quae fontibus integris

Lugd. Bat. 1599.; et hiemis sodalis hìc ab Horatio dicitur, ut I. epist. 3. 3. vinctus nivali compede. Hinc etiam ab eius convallibus nasci Boreas dicebatur, Val. Flacc. II. 515. Boream, et Haemum coniungit Claudian. de B Get. 177.; et gelidas Haemi valles cantat Virg. II. G. 488. Quid vero hìc *Euro*, ut rectius hiemis sodalis dici valeat? Quia, inquit Iani cum Bentleio, hiemem advehit in Italiam, seu hieme acrior est: praeclare hoc! et laudant Virg II G. 339. Sed longe uterque a vero. Etenim iuxta A Gellium II 22.: *Qui ventus ab Oriente verno, id est aequinoctiali, venit, nominatur Eurus*; vel ut Plin. H. N. I. 47., L. Flor. II 6., et Sen. N. Q. V. 16.: *Ab Oriente hiberno Eurus exit;* nempe inter Solanum, et Austrum (Sud-Est), ut Vitruvius docuit I. 6. ex Turri marmorea Andronici, quae etiam nunc Athenis exstat, et aere sculpta visitur apud le Roy, et Stuart. Quomodo ergo hic ventus, fere meridionalis, hiemis sodalis dici poterat, qui non hiemem afferebat, et nihil commune habebat cum Septentrione, vel Aquilone; qui Aquilo ab Horatio epod. 13. 3., et ab aliis *Threicius* dicitur, quia a montibus Thraciae nivalibus oriri primario fingebatur? Sensum, quem hìc critici Horatio obtrudunt, invenient in ode sequente v. 2., Nostrum fere in III. od. 10. princ.

Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiae coronam,
Pimplei dulcis. Nil sine te mei
Prosunt honores. Hunc fidibus novis,
Hunc Lesbio sacrare plectro,
Teque, tuasque decet sorores.

ODE XXVII.

AD SODALES CONVIVAS.

Ne inter potandum rixentur, et poculis ipsis pugnent Barbarorum more.

Natis in usum laetitiae scyphis
Pugnare, Thracum est. Tollite barbarum
Morem, verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Vino, et lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat! Impium
Lenite clamorem, sodales,
Et cubito remanete presso.
Vultis severi me quoque sumere
Partem Falerni? Dicat Opuntiae
Frater Megillae, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.
Cessat voluntas? non alia bibam
Mercede. Quae te cumque domat Venus,
Non erubescendis adurit
Ignibus; ingenuoque semper

10 *Possunt.*

13 *voluptas?*

Amore peccas. Quidquid habes, age,
Depone tutis auribus. Ah miser!
Quanta laborabas Charybdi,
Digne puer meliore flamma!
Quae saga, quis te solvere Thessalis
Magus venenis, quis poterit Deus?
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimaera.

ODE XXVIII.

NAUTA ET IMAGO ARCHYTAE TARENTINI.

Inducitur Archytas Philosophus, et Geometra, nautae cuidam, vel potius magistro nuvis, respondens, quod omnibus sit moriendum; petensque ab illo, ne sinat corpus suum iacere in littore insepultum.

N. Te maris, et terrae, numeroque carentis arenae
Mensorem cohibent, Archyta,
Pulveris exigui prope littus parva Matinum
Munera? nec quidquam tibi prodest
Aerias tentasse domos, animoque rotundum
Percurrisse polum, morituro?
A. Occidit et Pelopis genitor, conviva Deorum,
Tithonusque remotus in auras,
Et Iovis arcanis Minos admissus; habentque
Tartara Panthoiden, iterum Orco
Demissum; quamvis clypeo Troiana refixo
Tempora testatus, nihil ultra

19 *laboras Charybdi, laboras in Charybdi.*

6 * *morituro?* Alii [velut Bod.] scribunt sine interrogatione; et alii sermonem nautae protrahunt usque ad v. 20. Male.

Nervos atque cutem morti concesserat atrae;
Iudice te, non sordidus auctor
Naturae, verique. Sed omnes una manet nox,
Et calcanda semel via leti.
Dant alios Furiae torvo spectacula Marti:
Exitio est avidum mare nautis.

14 *iudice me* coniicit vir doctus apud Cuning., contra omnium librorum lectionem: approbat Iani, ea potissimum ratione, quod prope indignum videri queat, Archytam, philosophum de Pythagorae schola, dum magistrum suum extollere, et immortalitate dignum declarare vult, laudem illius, ac merita, non ad suum, sed ad imperiti hominis, nautae, iudicium revocare. Imo, dicam, recte iudicium nautae, sui concivis, non imperiti, Archytas appellat; quippe qui si tanta de ipso praedicat, Pythagorae discipulo; et novisse poterat, Pythagoram in rebus divinis, et humanis, in physica, et ethica celeberrimum fuisse; praesertim in inferiori Italiae parte, etiam apud vulgus, ubi primus scholam aperuerat, a qua secta Italica nomen habuit; et ubi partim ex historia, partim ex fabulis Porphyrii, et Iamblichi constat, Pythagoram, vix Crotonam appulsum, nautis et piscatoribus primum innotuisse, qui eius scientiam in divinando admirati, eam divulgarunt, et ita omnibus cupidinem tanti videndi hospitis iniecerunt. Vid. Brucker. Hist. phil. tom. 1. par. 2. sect. 1. §. 9. pag. 1011. seqq. Cellar. Geogr ant. p. 639. 640 909. 929 Multae praeterea sunt astronomiae et aliarum rerum naturalium notiones, quas aut supponit in navis magistro, aut quas eum docet Festus Avienus in Prognosticis. Mihique potius nautam, quam insignem discipulum decere videtur, ut hic Pythagoras tantum *non sordidus auctor* dicatur. 18 *avidum* V. D. Vr. A. B C. D. F. Ch. C. An A. Ba. A., alii apud Lamb. Cruq. Pulm. Torrent. Bentl Iani, Combe, edd. Venn. 1478. 1492., et sic Ascens. Locher. Cruq. Torr. Fabric. Bentl. Cun. San. Iani, Oberlin; et ante ita legebat Acron. Boethius de Cons. Phil. II. metro 8. v. 9 10: *Ut fluctus avidum mare Certo fine coerceat.* Al. *avidis.* 19 *densentur* V. A. B. Vr. A. B.

Mixta senum, ac iuvenum densentur funera; nullum
Saeva caput Proserpina fugit.
Me quoque devexi rapidus comes Orionis,
Illyricis Notus obruit undis.
At tu, nauta, vagae ne parce malignus arenae
Ossibus; et capiti inhumato
Particulam dare: sic, quodcumque minabitur Eurus
Fluctibus Hesperiis, Venusinae
Plectantur silvae, te sospite: multaque merces,
Unde potest, tibi defluat aequo
Ab Iove, Neptunoque sacri custode Tarenti.
Negligis? immeritis nocituram
Postmodo te natis fraudem committere! Fors, et
Debita iura, vicesque superbae
Te maneant ipsum: precibus non linquar inultis;
Teque piacula nulla resolvent.
Quamquam festinas, non est mora longa: licebit
Iniecto ter pulvere curras.

C. D. Ch. C. D. Cr. A. Ba. A. An. A. Va. A., alii apud Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Bentl. Iani, ed. Ven. 1478. Acron, et ita Lamb. Fabr. Marcil. Bentl. Cun. San. Baxt. Iani, Oberlin.: et *densere* est vocabulum Lucretianum, et Virgilianum, exquisitius. Vid. Gifan. in ind. Lucret. v. *Densere*; N. Heins ad Ovid. XIV. Met. 369., et ad Val. Flacc. III. 207. Vulgata lectio *densantur*, et aliquot mss.

32 * *sepulcri* Ch. B. a 2. m.

ODE XXIX.

AD ICCIUM.

Mirum est, et monstri simile, Iccium Philosophum, studio intermisso, ad militiam transisse divitiarum cupiditate.

Icci, beatis nunc Arabum invides
Gazis; et acrem militiam paras
Non ante devictis Sabaeae
Regibus; horribilique Medo
Nectis catenas. Quae tibi virginum,
Sponso necato, barbara serviet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur unctis,
Doctus sagittas tendere Sericas
Arcu paterno? Quis neget arduis
Pronos relabi posse rivos
Montibus, et Tiberim reverti;
Cum tu coemptos undique nobiles
Libros Panaetî, Socraticam et domum
Mutare loricis Hiberis,
Pollicitus meliora, tendis?

8 *Ad cyathum.* Hoc est officium pocillatoris infundentis vinum, et pocula ministrantis; quod in marmoribus passim dicitur AB ARGENTO POTORIO, Murat. Th. Inscr. 885. 5. 929. 2. AD ARGENTUM POTORIUM, Bianch. Colomb. p. 70. 20. A POTIONE, Murat. 918. 7. 2043. 8. Bianch. p. 69. 4. A BI *Bendo*, Murat. 305. tab. c. A VINIS 899. 6. Pocillatoris figura perelegans, actu ministrantis poculum manu dextra elata, capillis promissis, et fortasse unctis, veste ornata, observatur in picturis e terra erutis prope Lateranum anno 1780.; aere incisis, et vulgatis anno 1783. a Io. M. Cassini. 16 *temnis*.

ODE XXX.

AD VENEREM.

Rogat Venerem, ut in aedem Glycerae, sibi dedicatam, veniat.

O Venus, regina Cnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cypron, et vocantis
Thure te multo Glycerae decoram
Transfer in aedem.
Fervidus tecum Puer, et solutis
Gratiae zonis, properentque Nymphae,
Et parum comis sine te Iuventas,
Mercuriusque.

ODE XXXI.

AD APOLLINEM.

Non divitias petit ab Apolline, sed ut sibi sit mens sana in corpore sano.

Quid dedicatum poscit Apollinem
Vates? quid orat, de patera novum
Fundens liquorem? Non opimae
Sardiniae segetes feraces;

1 *Cnidi* e Graeco Κνίδος, et e marmore reperto a. 1695. ad Aquam transversam extra portam Flaminiam, apud Fabrett. p. 497. 4., in quo FEDIMUS CONDITOR SACRARI VENERIS CNIDIAES. Al. *Gnidi*, quod male defendit Iani.

4 *opimae Sardiniae segetes feraces* omnes fere mss., et sic antiquae edit., item Cruq. Lamb. Torrent. Bentl. Cun.; et ita legas, quidquid contendat Iani, qui praefert

Non aestuosae grata Calabriae
Armenta; non aurum, aut ebur Indicum;
Non rura, quae Liris quieta
Mordet aqua, taciturnus amnis.
Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna, vitem; dives ut aureis
Mercator exsiccet cululis
Vina Syra reparata merce,
Dis carus ipsis: quippe ter, et quater
Anno revisens aequor Atlanticum
Impune. Me pascunt olivae
Me cichorea, levesque malvae.
Frui paratis, et valido mihi,
Latoe, dones; at, precor, integra
Cum mente, nec turpem senectam
Degere, nec cithara carentem.

opimas feracis. Opimae, hoc est uberis, et pinguis, ut *pingues Asiae campi*, I. epist. 3. 5.; *pinguis Phrygiae opes*, II. od 12. 22.; *opima Capua*, Sid. Apoll. carm. V. 144. Sardinia enim *solum habet omnium rerum copia beatum*, ut ait Strabo l. 5.; sed praesertim tritici ferax est, Mela II 7.; *dives ager fruqum*, Claudian. de Bell. Gild. 509.; *propensae Cereris nutrita favore*, Sil. Italic. XII. 375.: ita ut Valer. Maxim. VII. 6 dixerit, *Siciliam, et Sardiniam benignissimas Urbis Romanae nutrices.* Segetes autem cum sint terrae, quae aratae, et consitae sunt, ut Festus scribit, et notant Lambinus, et Torr.; segetes feraces erunt terrae, quae largam frumenti copiam effundant. *Terra ferax Cerere*, Ovid. II Am. 16. 7. *Segetes fecundae, et uberes non solum fruges; verum herbas etiam effundant inimicissimas frugibus*, Cic. in Orat. 15. De Aegypto Plin. in Paneg. 30.: *Tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris quasi numquam cessura, certaret.* Vid. II. ep. 2. 161. 10 *dives et.*

15 *pascant.* 18 *ac precor.* [Bod.: *et pr.*]

ODE XXXII.

AD LYRAM.

Alloquitur lyram, eamque poscit, ut sibi adsit, et secum canere non desinat.

Poscimur. Si quid vacui sub umbra
Lusimus tecum, quod et hunc in annum
Vivat, et plures; age, dic latinum,
Barbite, carmen,
Lesbio primum modulate civi;
Qui, ferox bello, tamen inter arma,
Sive iactatam religarat udo
Littore navim,
Liberum, et Musas, Veneremque, et illi
Semper haerentem Puerum canebat;
Et Lycum, nigris oculis, nigroque
Crine decorum.
O decus Phoebi, et dapibus supremi
Grata testudo Iovis, o laborum
Dulce lenimen, mihi cumque salve
Rite vocanti.

ODE XXXIII.

AD ALBIUM TIBULLUM.

Ne plus aequo doleat, sibi rivalem a Glycera indigne antoponi.

Albi, ne doleas plus nimio, memor
Immitis Glycerae; neu miserabiles

1 *Poscimus.*

Decantes elegos, cur tibi iunior
Laesa praeniteat fide.
Insignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor; Cyrus in asperam
Declinat Pholoen; sed prius Appulis
Iungentur capreae lupis,
Quam turpi Pholoe peccet adultero.
Sic visum Veneri; cui placet impares
Formas, atque animos sub iuga aheuea
Saevo mittere cum Ioco.
Ipsum me, melior quum peteret Venus,
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Hadriae
Curvantis Calabros sinus.

ODE XXXIV.

AD SE IPSUM.

Poenitet se, quod Epicureos sequutus, parum studiose Deos coluerit.

Parcus Deorum cultor, et infrequens,
Insanientis dum sapientiae
Consultus erro; nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictos: namque Diespiter,
Igni corusco nubila dividens
Plerumque, per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum;

12 *Ioco.* Vid. od. 2. 34. 15 *Hadria.* Vid. ad Od. 3. 15.
6 *Igni corusco.* Vid. ad II. od. 10. 12.

Quo bruta tellus, et vaga flumina,
Quo Styx, et invisi horrida Taenari
Sedes, Atlanteusque finis
Concutitur. Valet ima summis
Mutare, et insignem attenuat Deus,
Obscura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit; hic posuisse gaudet.

ODE XXXV.

AD FORTUNAM ANTIATEM.

Obsecrat eam, ut Caesarem Augustum conservet in Britannos iturum.

O Diva, gratum quae regis Antium,
Praesens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit sollicita prece
Ruris colonus; te dominam aequoris,
Quicumque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus asper, te profugi Scythae,
Urbesque, gentesque, et Latium ferox,
Regumque matres barbarorum, et
Purpurei metuunt tyranni;
Iniurioso ne pede proruas
Stantem columnam; neu populus frequens
Ad arma cessantes, ad arma
Concitet, imperiumque frangat.

Te semper anteit saeva Necessitas,
Clavos trabales, et cuneos manu
Gestans ahéna; nec severus
Uncus abest, liquidumque plumbum.
Te Spes, et albo rara Fides colit
Velata panno; nec comitem abnegat,
Utcumque mutata potentes
Veste domos inimica linquis.
At vulgus infidum, et meretrix retro
Periura cedit: diffugiunt cadis
Cum faece siccatis amici,
Ferre iugum pariter dolosi.
Serves iturum Caesarem in ultimos
Orbis Britannos; et iuvenum recens
Examen, Eois timendum
Partibus, Oceanoque rubro.
Heu, heu! cicatricum, et sceleris pudet,
Fratrumque. Quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefasti
Liquimus? unde manum iuventus
Metu Deorum continuit? quibus
Pepercit aris? O utinam nova
Incude defingas retusum in
Massagetas, Arabasque ferrum!

17 *serva necessitas*. 33 *Eheu*. 36 *manus*.

39 *defingas retusum* Vr. D. An. A., quidam alii mss. et vett. editt. Bentl. et Iani, et sic Bentl. et Cun. *defingas recusum* V. D. Alii *defigas retusum*, *defigas recusum*, *defingas recusum*, *destringas*, vel *distringas recusum*, *diffingas refusum*, *recoctum*, *retrusum*. Vulgata *diffingas retusum*, quam praeferunt Baxt. Gesn. Iani, Oberlin. [Bod.]

ODE XXXVI.

IN HONOREM PLOTII NUMIDAE.

Ob ejus ex Hispania reditum gaudio exsultat.

Et thure, et fidibus iuvat
Placare, et vituli sanguine debito
Custodes Numidae Deos;
Qui nunc Hesperia sospes ab ultima,
Caris multa sodalibus,
Nulli plura tamen dividit oscula,
Quam dulci Lamiae; memor
Actae non alio rege puertiae,
Mutataeque simul togae.
Cressa ne careat pulchrâ dies notâ:
Neu promtae modus amphorae,
Neu morem in Salium sit requies pedum:
Neu multi Damalis meri
Bassum Threicia vincat amystide:
Neu desint epulis rosae,
Neu vivax apium, neu breve lilium.
Omnes in Damalin putres
Deponent oculos; nec Damalis novo
Divelletur adultero,
Lascivis ederis ambitiosior.

Sed *diffingas* esset in duas partes fingas, seu formes. *Defingere* est simpliciter fingere, formare; quod pluribus probavi in Observat. ad Georg. Virg. II. p. 87., ubi *definge* restitui; et ibid. 301. *neu ferro laede retuso semina:* retusum ferrum est hebes, obtusum. Sensus Horatii est ut Ennii apud Macrob. Sat. VI. 1.: *Recoquunt patrios fornacibus enses.*

[12 Bod.: *Saliâm.*]

ODE XXXVII.

AD SODALES.

Illos hortatur ad indulgendum genio ob victoriam Actiacam.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus: nunc Saliaribus
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus, sodales.
Antehac nefas, depromere Caecubum
Cellis avitis; dum Capitolio
Regina dementes ruinas,
Funus et imperio parabat
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum; quidlibet impotens
Sperare, fortunaque dulci
Ebria. Sed minuit furorem
Vix una sospes navis ab ignibus;
Mentemque lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores
Caesar, ab Italia volantem
Remis adurgens, (accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis nivalis
Haemoniae) daret ut catenis

4 *erit.* 15 *ad veros timores* coniiciebat Bentl. nulla auctoritate. Veros timores fugientis dicit Horatius, quia *vani quatiunt semper lymphata timores*, Ovid. seu Gratius Haieut. 72. 24 *repetivit* Vr. A. a 2. m. *reseravit* coniicit

Fatale monstrum: quae generosius
Perire quaerens, nec muliebriter
Expavit ensem, nec latentes
Classe cita reparavit oras;
Ausa et iacentem visere regiam
Vultu sereno, fortis et asperas
Tractare serpentes, ut atrum
Corpore combiberet venenum;
Deliberata morte ferocior:
Saevis Liburnis scilicet invidens,
Privata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho.

ODE XXXVIII.

AD PUERUM MINISTRUM.

Vult famulum suum nihil aliud adhibere ad externum convivii apparatum, quam myrtum.

Persicos odi, puer, apparatus;
Displicent nexae philyra coronae;
Mitte sectari, rosa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil adlabores
Sedulus, curo: neque te ministrum
Dedecet myrtus, neque me sub arta
Vite bibentem.

With. *penetravit* Bentl., *repedavit* Titius ad Grat. Fal. Cyneg. 244.

(Duas odas suppositicias vide in calce Annotationum ad hunc librum.)

Q. HORATII FLACCI
CARMINUM
LIBER SECUNDUS.

ODE I.

AD C. ASINIUM POLLIONEM.

Pollionem monet, ut tragoediarum scripturam tantisper intermittat, dum Respublica sit composita. Deinde commendat illius scripta.

Motum ex Metello consule civicum,
Bellique caussas, et vitia, et modos,
Ludumque Fortunae, gravesque
Principum amicitias, et arma
Nondum expiatis uncta cruoribus,
Periculosae plenum opus aleae,
Tractas; et incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.
Paullum severae Musa tragoediae
Desit theatris: mox, ubi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,

10 * *absit* An. A. a 2. m. Musa est Melpomene.

Insigne maestis praesidium reis,
Et consulenti, Pollio, curiae:
Cui laurus aeternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aures: iam litui strepunt:
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumque vultus.
Audire magnos iam videor duces
Non indecoro pulvere sordidos,
Et cuncta terrarum subacta,
Praeter atrocem animum Catonis.
Iuno, et Deorum quisquis amicior
Afris, inulta cesserat impotens
Tellure; victorum nepotes
Rettulit inferias Iugurthae.
Quis non Latino sanguine pinguior
Campus sepulcris impia proelia
Testatur, auditumque Medis
Hesperiae sonitum ruinae?
Qui gurges, aut quae flumina lugubris
Ignara belli? quod mare Dauniae
Non decoloravere caedes?
Quae caret ora cruore nostro?
Sed ne, relictis, Musa procax, iocis,
Ceae retractes munera neniae:

18 *Rettulit* ex mss., et lapidibus, et ex aencis tabulis. Vid. Marin. Arvali p. 2. Al. *Retulit.* 38 *munera neniae* Chabot ex mss. prafert *vulnera:* inepte. Nic. Heinsius ex coniectura *funera. Munerae nenia* sunt extrema officia, laudationes funebres; ut Apelles in epitaphio uxori apud

Mecum Dionaeo sub antro
Quaere modos leviore plectro.

ODE II.

AD C. SALLUSTIUM CRISPUM.

Proculeium laudat ob liberalitatem in fratres. Contemptus pecuniae regem efficit, et beatum.

Nullus argento color est, avaris
Abdito terris, inimice lamnae
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat usu.
Vivet extento Proculeius aevo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes.

Maffeium in Antiq. Gall. ep. 15. p. 70. Bonada Carm. ex ant. lap. II. p 116.: CONIUGIS OFFICIUM TESTATUR CARMINE PARVO EXTREMUMQUE TIBI REFERO MUNUS. Et in alio marmore p. 119. n. 30.: SUPREMUM VERSUS MUNUS DONAMUS ET ARAM. De hisce laudationibus vide Trotz de Mem. prop. I. 6. p. 404. seqq. Kirchm. de Fun. II. 6. 18. Cic. II. de Leg. 24.: *Honoratorum virorum laudes in concione memorantor, easque etiam cantu ad tibicinem prosequuntor, cui nomen neniae: quo vocabulo etiam Graeci cantus lugubres nominant.* Est enim *carmen funebre proprie nenia* etiam apud Quinctil. I. O. VIII. 2., et Festum Simonides autem, Ceo insula oriundus, celebris fuit ob haec carmina; et iuxta Quinctil. X. 1., *praecipua ejus in commovenda commiseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis auctoribus praeferant.* Hinc nenia sine ae, e Graeco νηνία, ut monet Scalig. Poet. I. 50, et Kirchmannus.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam si Libyam remotis
Gadibus iungas, et uterque Poenus
Serviat uni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops;
Nec sitim pellit, nisi caussa morbi
Fugerit venis, et aquosus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri solio Phraaten,
Dissidens plebi, numero beatùm
Eximit Virtus; populumque falsis
Dedocet uti
Vocibus; regnum, et diadema tutum
Deferens uni, propriamque laurum,
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos.

ODE III.

AD Q. DELLIUM.

Moderate ferenda utraque est fortuna, quum omnibus impendeat aequa moriendi conditio.

Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Laetitia, moriture Delli;

[17. Bod. Phraatem.] 18 *beatùm* V. A. B. a 2. m. Va. A. F. Ch. C. Cr. A. a 2. m. An. A. Va. A. a 2. m., alii apud Iani, ed. Princ. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1492. Land. Ascens. Glar. Al, [in his Bod.] *beatorum*, ex glossa.

Seu maestus omni tempore vixeris,
Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni;
Quo pinus ingens, atque populus
Umbram hospitalem consociare amant
Ramis, et obliquo laborat
Lympha fugax trepidare rivo:
Huc vina, et unguenta, et nimium breves
Flores amoenae ferre iube rosae:
Dum res, et aetas, et sororum
Fila trium patiuntur atra.

9 *Quo* vulgata lectio ante Lambinum, qui ei substituit *qua* ex aliis mss. Sed *quo* est quo loco, ubi; quidquid dicat Iani: *qua* per locum, per quem locum, vel ex qua parte. 14 *breves flores amoenae rosae* vulgata lectio, et omnium mss., quos viderim. *Brevis florēs amoenos rosae* legit Cruquius ex aliquot suis, Cun. San Iani, Oberlinus, [Bod.] qui non viderunt, *amoena* proprium esse rosae epitheton: ut apud Apuleium Metam. IV. pag. 64. edit. 1650. Pricaei, dici *rosas teneras, et amoenas;* et XI. p. 247: *Coronam, quae rosis amoenis intexta fulgurabat.* Sic apud Ovid. V. Trist. 2. 27. *amoena rosaria;* et in inscriptione reperta via Salaria anno 1739., apud Marangon. in App post notas ad Acta S. Victor. p. 148., Victorium Diss. glyptogr. p. 115. Murat. Th. inscr. III. p. 1737. n. 2. Bonada Carm. ex ant. lap. II. p. 123.:

HIC SITUS EST ANNIS PLENUS. VITAQUE BEATUS.
ET LAETUS. OMNI. MORE RHODANTHION.
NEC SIT MIRUM QUOD COMIS QUOD DULCIS AMOENUS.
IN VITA. FUERIT. NOMINE, FLORIS ERAT.

Defunctus vocabatur Rhodanthion; nempe Flos rosae; unde amoenus dicitur fuisse ut rosa. Et Ausonius Eidyll. VI. non solum de brevitate rosae; sed et aliorum florum conqueritur v. 41.

Cedes coemtis saltibus, et domu,
Villaque, flavus quam Tiberis lavit;
Cedes; et exstructis in altum
Divitiis potietur heres.
Divesne, prisco natus ab Inacho,
Nil interest, an pauper, et infima
De gente sub divo moreris,
Victima nil miserantis Orci.
Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur urna, serius, ocius,
Sors exitura, et nos in aeternum
Exsilium impositura cymbae.

ODE IV.

AD XANTHIAM PHOCEUM.

Non est, cur Xanthias erubescat, quod Phyllida ancillam amet, quum multis magnis viris idem usu venerit.

Ne sit ancillae tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu! Prius insolentem
Serva Briseis niveo colore
Movit Achillem.
Movit Aiacem Telamone natum
Forma captivae dominum Tecmessae:
Arsit Atrides medio in triumpho
Virgine rapta;
Barbarae postquam cecidere turmae
Thessalo victore, et ademptus Hector,
Tradidit fessis leviora tolli
Pergama Graiis.

23 *sub dio* (Bod.) 28 *exitium.*

Nescias, an te generum beati
Phyllidis flavae decorent parentes:
Regium certe genus, et Penates
Maeret iniquos.
Crede, non illam tibi de scelesta
Plebe dilectam; neque sic fidelem,
Sic lucro aversam potuisse nasci
Matre pudenda.
Brachia, et vultum, teretesque suras
Integer laudo: fuge suspicari,
Cuius octavum trepidavit aetas
Claudere lustrum.

ODE V.

Pulcherrima Lalage est virgo viro immatura; ergo ab eius cupiditate est mens revocanda.

Nondum subacta ferre iugum valet
Cervice, nondum munia comparis
Aequare, nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virentes est animus tuae
Campos iuvencae, nunc fluviis gravem
Solantis aestum, nunc in udo
Ludere cum vitulis salicto
Praegestientis. Tolle cupidinem
Immitis uvae; iam tibi lividos

18 *delectam.* [Bod.]
[4 Bod.: *venerem.*]

Distinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore.
Iam te sequetur; currit enim ferox
Aetas, et illi, quos tibi dempserit,
Apponet annos: iam proterva
Fronte petet Lalage maritum;
Dilecta, quantum non Pholoe fugax;
Non Chloris, albo sic humero nitens,
Ut pura nocturno renidet
Luna mari, Cnidiusque Gyges;
Quem si puellarum insereres choro,
Mire sagaces falleret hospites
Discrimen obscurum, solutis
Crinibus ambiguoque vultu.

ODE VI.

AD SEPTIMIUM.

Optat habere suae senectutis sedem Tibur, et Tarentum, quorum laudat amoenitatem.

Septimi, Gades aditure mecum, et
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra, et
Barbaras Syrtes, ubi Maura semper
Aestuat unda;

13 *velox* Va. A. a 2. m. Mentel. apud Iani. Wakefield ex ingenio legit *fugax:* et transfert *ferox* ad *Pholoe*, v. 17.: audacter more suo, et inscite. Aetas enim ferox iuvencae, est nondum subacta cervice, nondum domita, immansueta; et in puella, quae adhuc viros fugit. [14 Bod. *demserit.*]

[20 Bod. *Cnidiusve.*]

Tibur, Argeo positum colono,
Sit meae sedes utinam senectae;
Sit modus lasso maris, et viarum,
Militiaeque.
Unde si Parcae prohibent iniquae,
Dulce pellitis ovibus Galaesi
Flumen, et regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi praeter omnes
Angulus ridet: ubi non Hymetto
Mella decedunt, viridique certat
Bacca Venafro:
Ver ubi longum, tepidasque praebet
Iupiter brumas, et amicus Aulon,
Fertilis Baccho, minimum Falernis
Invidet uvis.
Ille te mecum locus, et beatae
Postulant arces; ibi tu calentem
Debita sparges lacryma favillam
Vatis amici.

ODE VII.

AD POMPEIUM GROSPHUM.

Ei reditum gratulatur in patriam.

O saepe mecum tempus in ultimum
Deducte, Bruto militiae duce,

19 *Fertili.*

Quis te redonavit Quiritem
Dis patriis, Italoque Caelo,
Pompei, meorum prime sodalium?
Cum quo morantem saepe diem mero
Fregi, coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos.
Tecum Philippos, et celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula;
Quum fracta virtus, et minaces
Turpe solum tetigere mento.
Sed me per hostes Mercurius celer
Denso paventem sustulit aere:
Te rursus in bellum reserbens
Unda fretis tulit aestuosis.
Ergo obligatam redde Iovi dapem;
Longaque fessum militia latus
Depone sub lauru mea; nec
Parce cadis tibi destinatis.
Oblivioso levia Massico
Ciboria exple: funde capacibus
Unguenta de conchis. Quis udo
Deproperare apio coronas,
Curatve myrto? Quem Venus arbitrum
Dicet bibendi? Non ego sanius
Bacchabor Edonis: recepto
Dulce mihi furere est amico.

3 *Quiritum* emendat Heins. et Sivr. Quiritem, id est civem Romanum, seu in iura civis Romani; fuerat enim proscriptus Pompeius.

ODE VIII.

AD BARINEN.

Non est, cur ei iuranti credatur, quum ex periuriis pulchrior exoriatur.

Ulla si iuris tibi peierati
Poena, Barine, nocuisset umquam;
Dente si nigro fieres, vel uno
Turpior ungui;
Crederem: sed tu simul obligasti
Perfidum votis caput, enitescis
Pulchrior multo, iuvenumque prodis
Publica cura.
Expedit, matris cineres opertos
Fallere, et totâ taciturna noctis
Signa cum Caelo, gelidaque Divos
Morte carentes.
Ridet hoc, inquam, Venus ipsa; rident
Simplices Nymphae, ferus et Cupido,
Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.
Adde, quod pubes tibi crescit omnis;
Servitus crescit nova; nec priores
Impiae tectum dominae relinquunt,
Saepe minati.
Te suis matres metuunt iuvencis,
Te senes parci, miseraeque nuper
Virgines nuptae, tua ne retardet
Aura maritos.

ODE IX.

AD VALGIUM.

Ut tandem aliquando mortem pueri sui Mystis deflere desinat.

Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros; aut mare Caspium
Versant inaequales procellae
Usque; nec Armeniis in oris,
Amice Valgi, stat glacies iners
Menses per omnes; aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliis viduantur orni.
Tu semper urges flebilibus modis
Mysten ademptum; nec tibi Vespero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente Solem.
At non ter aevo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum senex
Annos; nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiae sorores,

3 * *Versant* Vr. A.: optime. Sic Virg. III. AE. 196.: *Continuo venti volvunt mare.* Plin. H. N. IX. 3.: *Procellae ab imo vertunt maria.* Vid. II ep. 1. 90. Boethius de Cons. phil. II. metr. 2.: *Si quantas, rapidis flatibus incitus, Pontus versat arenas.* Et metr. 3.: *Saepe ferventes Aquilo procellas verso concitat aequore.* Lucret. VI. 114.: *Aut ubi suspensam vestem, chartasque volantes Verberibus venti versant.* De eo mari Mela III. 5.: *Omne atrox, sine portubus, procellis undique expositum.* Al. [ut Bod.] *Vexant.* Saepe in mss. confunduntur *vexare*, et *versare*.

Flevere semper. Desine mollium
Tandem querelarum: et potius nova
Cantemus Augusti tropaea
Caesaris; et rigidum Niphaten,
Medumque flumen gentibus additum
Victis, minores volvere vertices;
Intraque praescriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

[12 Bod.: *solem.*] 19 *tropaea.* Mss. communiter, tum hic, tum apud alios scriptores, et editiones vulgatae, in nostro saltem ante Lambinum, habent *trophaea.* Sed sine adspiratione scribendum monuerunt eruditiores editores, Cellarius, aliique critici, e Graeco τρόπαιον. TROPAEA etiam legitur in tabula aenea apud Marin. Arvali pag. 457., quae ibi dicuntur esse in Capitolio. 22 *vertices* V. A. B. Vr. A. B. C. Ch. A. C. Cr. A. An. A., alii mss. apud Iani, et Combe, edd. Venn. 1479. 1509. Flor. 1482 Iuntae 1503. Muret. Fabric. Rutg. Torr. Bentl. Al. [Bod.] *vortices. Vertex a vertendo dicitur, vortex a vorando: et vult Plinius verticem, immanem vim impetus habere, ut Ingens a vertice pontus: vorticem vero circumactionem undae esse, ut, et rapidus vorat aequore vortex.* Ita Charis. lib. 1. p. 85. ed. Basil. 1551. Summitas ergo aquarum fluminis, seu undae in mare decurrentes, una super aliam volvuntur, ut II. ep. 2, 176. *unda supervenit undam.* Sen. N. Q. II. 35: *Rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superveniens praecipitat.* Hinc apud Sil. Ital. XVII. 122.: *Turbidus amnis, Qui silvas, et saxa trahens, per devia praeceps volvitur:* et passim apud alios; praesertim cum amnes exundant. Diversus itaque est hic aquarum motus a motu vorticis, de quo Seneca l. c. V. 13.: *Evenire in fluminibus solet, ut quam diu sine impedimento feruntur, simplex, et rectum illis iter sit: ubi incurrere in aliquod saxum ad latus ripae prominens, reborqueantur, et in orbem aquas sine exitu flectant, ita ut circum latae in se sorbeantur, et vorticem efficiant.* Et de utroque III. 27.: *Quanta cum*

ODE X.

AD LICINIUM MURENAM.

Mediocritas in utraque fortuna est ferenda.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urgendo; neque, dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula.
Saevius ventis agitatur ingens

praecipitatione volvuntur, ubi per campestria fluens Rhenus, ne spatio quidem languidus, sed latissime velut per angustum aquas implet? Cumque Danuvius non iam radices, nec media montium stringit; sed iuga ipsa sollicitat, ferens secum madefacta montium latera, rupesque deiectas, et magnarum promontoria regionum, quae fundamentis laborantibus a continente recesserunt. Deinde non inveniens exitum (omnia enim sibi ipsi praecluserat) in orbem redit: ingentemque terrarum ambitum, atque urbium uno vortice involvit. Allegorice ait poeta, Euphraten non amplius exundare; sed modestius, et lenius fluere, domitum se sentientem, et unitum Romano Imperio; pro gentibus, quae flumen accolunt, devictis.

3 *horrescis, nimium.* Wakefield comma ponit post *nimium*, adducens v. 28. de Arte poet. Sed hic locus plane alio sensu discernitur ab illo. In hoc videre poterat impotens criticus, *nimium* pari passu ambulare cum praecedenti *semper;* ut qui semper urget altum, etiam nimium premat littus iniquum. [4 Bod. *Litus.*] 9 *Saevius* ex mss. Sorb. apud Valart: ita in edit. Rothomag. 1701. Cun. San. Sivrius, Iani, [Wak.] et Burm. ad Ovid. Her. XIV. 89. Al. *Saepius;* pro

Pinus; excelsae graviore casu
Decidunt turres; feriuntque summos
Fulmina montes.
Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem bene praeparatum
Pectus. Informes hiemes reducit
Iupiter; idem

qua lectione facere posset Sen. de Prov. 4.: *Non est arbos solida, nec fortis, nisi in quam frequens ventus incursat: ipsa enim vexatione constringitur, et radices certius figit.* Sed hoc alio sensu de quercu dici potest, non de pinu, quae excelsa, radicibus parum firmis, facile a ventis subvertitur, et eradicatur; ut passim videmus in agro Romano, et in villis suburbanis. 10. *et celsae.* [Sic Bod.]

12 *Fulmina* Vr. A. Ch. C. D. Cr. A. An. A. a 2. m., alii mss. apud Lamb. Torr.; quam idem Lambinus appellat vulgatam lectionem in pr. editione: probant Fab. Rutg. Torr Despr. Dac. San. Al. *Fulgura*, et in mss. plurimis, edd. antiquis aliquibus; quam habent Acron, Porphyrio, et tribus in locis S. Hieronymus apud Bentleium; defendunt Lambinus in sec. editione, Bentleius, Cun. Baxt. Iani. Quamquam et verum sit, *fulgur* idem saepe notare quod *fulmen* apud optimos Latinitatis auctores; nihilominus in eo proprie distinguuntur, ut fulmen dicatur, si non tantum ignem coruscum indicare velis; sed insimul naturam, corpus, ictum ipsius fulminis: contra fulgur, vel etiam si absque telo ignis se emiserit; quod non negat Bentleius; et aperte evincitur ex Sen. N. Q. II. 21. seqq. Lucret. VI., ubi v. 297. ait: *Extemplo cadit igneus ille Vortex, quod patrio vocitamus nomine fulmen.* Plinius etiam H. N. XXXV. 15. fulmina, et fulgura distinguit. Ideo puto et hìc proprietatem verbi sequutum Horatium, ut I. od. 3. 40. od. 12. 60. III. od. 3. 6. od. 4. 44. 74. od. 16. 11. IV. od. 4. 1. Adde quod Seneca, omnibus citatis antiquior, nostrum imitatus in Agam. 96. scribit: *Feriunt celsos fulmina colles.*

13 * *Sperat adversis* Ch. C., puto ex glossa; quamvis apud scriptores passim res adversae opponantur secundis,

Summovet. Non, si male nunc, et olim
Sic erit: quondam cithara tacentem
Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.
Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

ODE XI.

AD QUINCTIUM HIRPINUM. (A)

Omissis curis vivendum est hilariter.

Quid bellicosus Cantaber, et Scythes,
Hirpine Quincti, cogitet, Hadria
Divisus obiecto, remittas
Quaerere; nec trepides in usum
Poscentis aevi pauca. Fugit retro
Levis Iuventas, et decor; arida
Pellente lascivos amores
Canitie, facilemque somnum.

ut apud Salust. Cat. 5. Iug. 53. Cic. de Off. I. 26.: *Nam ut adversas res, sic secundas immoderatè ferre, levitatis est:* et pro Sulla, 27. Auctor Orationis Cad. Caesarem de Rep. ord. in pr. post eumdem Sall.: *Comperi semper tibi maiorem in adversis, quam in secundis rebus animum esse.* Liv. XXIV. 22.: *Sciat magnitudinem Populi Romani admirabiliorem prope adversis rebus, quam secundis esse.* Iustin. XXXI. pr. de Hannibale: *Nec minus in secundis adversa, quam in adversis secunda cogitantem.* Vid. II. sat. 2. 136. 8. 74.

(A) *Quinctium.* Vid. ad I. od. 18. 2 *Hadria.* Vid. ad I. od. 3. 15.

Non semper idem floribus est honor
Vernis; neque uno Luna rubens nitet
Vultu: quid aeternis minorem
Consiliis animum fatigas?
Cur non sub alta vel platano vel hac
Pinu iacentes sic temere, et rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo,
Potamus uncti? Dissipat Evius
Curas edaces. Quis puer ocius
Restinguet ardentis Falerni
Pocula praetereunte lympha?
Quis devium scortum eliciet domu
Lyden? Eburna, dic age, cum lyra
Maturet; in comptum, Lacaenae
More, comas religata nodum.

15 *odorata* Ch. C. a 2. m., unus apud Oberlin. Ipsa rosa proprie odorata dicitur. Caius Pedo Albinov. el. 1. in ob. Maec. 94.: *Victor odorata veniat inque rosa.* Plin. H. N. XXI. 4. Sed hic intelligendus esset Horatius de rosaceo unguento, propter sequens *uncti:* quod poetae esset insolens, qui semper de vera rosa naturali loquitur, quum de ea in conviviis agit; ut etiam alii poetae, inscriptiones Fratrum Arvalium, et sepulcrales, quum de rosa loquuntur; et est de coronis roseis. Vid. Pasch. Coron. III. 5.

[21. Bod. *domo.*] 24 *in comptum, Lacaenae more, comas religata nodum* Ch. A. *In comptum* etiam Acron, Porphyrio, Comm. Cruq., alii mss. apud Torr. Bentl. Iani. [Bod.: *in comtum.*] *Incomtam* aliquae editiones recentiores, Bentl. Cun. Val. Wakef. *Comas* etiam Vr. B. D., tres Mus. Brit. apud Combe. *Nodo* aliquae editiones, Bentl. Cun. Val. Wakef. Virginibus totius Graeciae fuit hic mos, comas in nodum colligendi versus occiput; quod Pausanias X. 25.

ODE XII.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Res graves et tragicae carmini lyrico non conveniunt. Horatius praeter Licymniae formam, et res amatorias, nihil canet.

Nolis longa ferae bella Numantiae,
Nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare

advertit de Polyxena in pictura Polygnoti; quod et de puellis et Nymphis videmus in picturis Musei Herculanensis IV. 6. 41. 54., et aliis: quod in canonem constituit ex antiquis monumentis Winkelm. Stor. delle arti del dis. I. 296. II. 63. III. 222. Qui vel *incomtum nodum* (haud Latine sine praepositione *in*), vel *incomtam comam* praeferunt, supponant necesse est, omnes puellas incompto, neglecto crine, ut festinantes, prodiisse in publicum; et harum exemplar proposuisse Horatium puellae, quae etiam ad lyram canere debebat in convivio. Bentleius insuper asserit, *comtum* repugnare poetae menti, qui iubet Lyden *maturare*, neque moram facere in comendis capillis. Sed in hoc errat ipse, et Iani, qui *maturet* exponunt *properet;* quod falsum esse iam docuerat Macrob. Sat. VI. 8., ubi notat, *maturare* et *properare* tamquam plane contraria scitissime separari a Virgilio; et addit: *Mature est, quod neque citius, neque serius, sed medium quiddam et temperatum est.* Poterat ergo Lyde sine mora longa comas religare, colligere in nodum compositum, more puellarum Lacaenarum, seu Spartanarum, quae in primis in palaestra, et venatione agiliores comparebant: eodemque aliis puellis, et Nymphis venustissimis grato, ab omnibus laudato, et in monumentis expresso: modo simplici, et omnium facillimo, qui et Dianam ipsam venatricem decebat; ut de ea Ovid. VIII. Met. 319.: *Crinis erat simplex, nodum collectus in unum.* At in summo vertice, nodo diverso, ad modum Veneris, et Apollinis religatas comas habet Diana, ut ex omnibus eius imaginibus notum. Quod si scivisset Bentleius, ne cogitasset quidem, *Lacaenae* substituere *Dianae.*

2 *dirum Hannibalem* V. D., alii mss. apud Lamb. Cruq.

Poeno purpureum sanguine, mollibus
Aptari citharae modis;
Nec saevos Lapithas, et nimium mero
Hylaeum; domitosve Herculea manu
Telluris iuvenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris: tuque pedestribus
Dices historiis proelia Caesaris,

Vat. Iani; ita edidere Aldus 1501. Iunta 1503. Dionysius ab Harsio Lugd. 1558. Gryphius 1565. Mur. Torr. Steph. Fab. Dacer. Iones, Sivr., aliique. Al. *durum*. Primam lectionem praefero, quod hic non de laudibus ducis Carthaginiensis agebatur, ut celebraretur *durus* ab animi fortitudine, et laborum patientia, ut placet Torrentio; sed potius *dirus* dici debebat, ut *ferae Numantiae;* quae vox efficacissima, ut bene Burm. ad Quinctil. I. O. VII. 2., notat animi quamdam vehementiam cum furore, scelere, crudelitate, et pernicie aliorum coniunctam: sicut *diritas* est feritas quaedam ingenii, atque immanitas. P. Victorius Var. lect. II. c. ult. In hisce qualitatibus eminebat Hannibal, quippe qui *furia, et fax belli Punici* dictus, Liv. XXI. 3.; *praeceps ingenio in iram erat*, XXIII. 4.; *cuius maiore ex parte virtus saevitia constabat*, Val. Maxim. IX. 2. in ext.; Sil. Italic. I. 56. seqq., et apud A. Gell. II. 6., quem exscripsit Macrob. Sat. VI. 7.: *Vexatam Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis, aut saevitiae, aut immanitatis genus reperiri queat, quod eo tempore Italia non perpessa sit. M. Tullius IV. in Verrem: Quae ab isto sic spoliata, atque direpta est, ut non ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem, et consuetudinis iura retineret; sed ut a barbaris praedonibus vexata esse videatur.* Hinc *dirus*, et *perfidus* appellatur IV. od. 4. 42. 49.; *dirus* aeque a Sid. Apollin. Carm. VII. 129., et II. 300.: *Hannibal ille ferox.* Vid. III. od. 6. 36. *Hannibalem*, non *Annibalem*, ex mss. et antiquis monumentis; quod iam monuerunt Cortius ad Sall. I. 5., Drakenb., Cellarius. 6. *domitosque.*

Maecenas, melius; ductaque per vias
Regum colla minacium.
Me dulcis dominae Musa Licymniae
Cantus, me voluit dicere lucidum
Fulgentes oculos, et bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam nec ferre pedem dedecuit choris,
Nec certare ioco, nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus, sacro
Dianae celebris die.
Num tu, quae tenuit dives Achaemenes,
Aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes
Permutare velis crine Licymniae,
Plenas aut Arabum domos;
Dum flagrantia detorquet ad oscula
Cervicem, aut facili saevitia negat
Quae poscente magis gaudeat eripi;
Interdum rapere occupet?

ODE XIII.

IN ARBOREM, CUIUS CASU REPENTINO PAENE OPPRESSUS FUERAT.

Ille et nefasto te posuit die,
Quicunque primum, et sacrilega manu

12 *minacium.* Ut apud Apuleium Met. X. p. 234. de Minerva: *capite, et oculis in adspectum minacibus.* Festus Avienus Aratea Phaen. p. 34. edit. 1599. de Tauro in Caelo: *minaces in terram figens oculos.* Al. *minantium.*

13 *dulces.* 25 *fragrantia.* 28 *occupat.*

Produxit, arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumque pagi.
Illum et parentis crediderim sui
Fregisse cervicem, et penetralia
Sparsisse nocturno cruore
Hospitis: ille venena Colcha,
Et quidquid usquam concipitur nefas,
Tractavit, agro qui statuit meo
Te triste lignum, te caducum
In domini caput immerentis.
Quid quisque vitet, numquam homini satis
Cautum est in horas. Navita Bosporum
Poenus perhorrescit; neque ultra
Caeca timet aliunde fata:
Miles sagittas, et celerem fugam
Parthi; catenas Parthus, et Italum
Robur: sed improvisa leti
Vis rapuit, rapietque gentes.
Quam paene furvae regna Proserpinae,
Et iudicantem vidimus Aeacum,
Sedesque discretas piorum, et
Aeoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus;
Et te sonantem plenius aureo,
Alcaee, plectro dura navis,
Dura fugae mala, dura belli.
Utrumque sacro digna silentio
Mirantur umbrae dicere; sed magis

8 *Colchica.* 14 *Bosphorum.*
23 *descriptas.*

Fugnas, et exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.
Quid mirum ubi illis carminibus stupens
Demittit atras bellua centiceps
Aures, et intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin et Prometheus, et Pelopis parens
Dulci laborum decipitur sono;
Nec curat Orion leones
Aut timidos agitare lyncas.

ODE XIV.

AD POSTUMUM. (A)

Vita brevis, et mori necesse est.

Heu, heu! fugaces, Postume, Postume,
Labuntur, anni; nec pietas moram
Rugis, et instanti senectae
Afferet, indomitaeque morti.
Non, si trecenis, quotquot eunt dies,
Amice, places illacrymabilem
Plutona tauris; qui ter amplum
Geryonen, Tityonque tristi
Compescit unda, scilicet omnibus,
Quicumque terrae munere vescimur,
Enaviganda; sive reges,
Sive inopes erimus coloni.

(A) Ita scribas sine H. Praeter Cellarium, vide Marin. Arvali p. 388. Cannegiet. in Postumo p. 114. 1 *Heu, heu.* Ut I. od. 35. 33. Al. *Eheu.* 8 *Geryonem.*

Frustra cruento Marte carebimus,
Fractisque rauci fluctibus Hadriae;
Frustra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus Austrum.
Visendus ater flumine languido
Cocytus errans, et Danai genus
Infame, damnatusque longi
Sisyphus Aeolides laboris.
Linquenda tellus, et domus, et placens
Uxor; neque harum, quas colis, arborum
Te, praeter invisas cupressos,
Ulla brevem dominum sequetur.
Absumet heres Caecuba dignior
Servata centum clavibus; et mero
Tinget pavimentum, superbis
Pontificum potiore cenis.

14 *Hadriae.* Vid. I. od. 3. 15. 27 *superbis* coniicit Cun. San. Toup. Ep. crit. p. 111. *Superbo* fere omnes mss. nostri, alii apud Cruq. Torr. Bentl. Val. Iani; et ita aliquae editiones veteres, Ascens. Fab. Steph. Dacer. Bentl. Baxt. Gesn. *Superbum* Vr. H., alii apud Lamb. et Iani: et ita legunt Porphyrio, Lamb. Cruq. Heins. Rutg. Cun. Val. Iani Oberl. [Bodon.] *Superbus* coniicit Barth. Advers. XXXVI. 14. *Superbis* V. A., *superbus* a 2. m. Prima est vera lectio: quis enim ignorat splendidissimas Pontificum cenas, etiam in proverbio? ut apud Festum v. *Salio*: *Quia amplae apponuntur cenae, si quae aliae magnae sunt, Saliares appellantur;* et apud Apuleium Met. IV. p. 78. edit. Pric. In Calendario Verrii Flacci apud Fogg. p. 43. *nobiles Pontificum cenae* dicuntur. De cena Metelli Pii, cum reliquis ei accedentibus, refert Macrob. Sat. III. 13.: *Veteres, et sanctos viros superba illa, gravia, indigna Romano Imperio aestimantes;* ubi et cenas Pontificum antiquorum describit, et luxuriae accusat. De Saliarium cenis illis magnificis plura

ODE XV.

IN SUI SECULI LUXUM.

Iam pauca aratro iugera regiae
Moles relinquent: undique latius
Extenta visentur Lucrino
Stagna lacu; platanusque caelebs
Evincet ulmos. Tum violaria, et
Myrtus, et omnis copia narium,
Spargent olivetis odorem,
Fertilibus domino priori:
Tum spissa ramis laurea fervidos
Excludet ictus. Non ita Romuli
Praescriptum, et intonsi Catonis
Auspiciis, veterumque norma.
Privatus illis census erat brevis,
Commune magnum: nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant; oppida publico

dabit Stuck. Ant. conv. I. 18., et Marin. Arvali p. 670. Sid. Apollin. IX. ep. 13. p. 598. col. 2. dixit etiam *epulas superbiores;* et Avienus Fab. XXX. 9. *mensis superbis.* 28 *Cenis.* Haec vox, et aliae *cenaculum*, *cenatio*, *cenatorium*, *cenaticum* sine oe, vel ae scribenda tum ex optimis mss., tum ex marmoribus, tum ex laminis aeneis scriptis, Vid. Marin. l. c. p. 287. [Bod. *coenis.*]

4 *caelebs.* Ita, non *coelebs*, ex antiquis monumentis. Vid. Marin. l. c. p. 448. seq.

10 *aestus. Ignes* coni ap. San. 11 *intonsi.* Vid. I. od. 12. 41.

Sumptu iubentes, et Deorum
Templa novo decorare saxo.

ODE XVI.

AD POMPEIUM GROSPHUM.

Omnes expetunt animi tranquillitatem, quae neque divitiis, neque honoribus potest adquiri; sed cupiditates tantum coercendo.

Otium Divos rogat in patenti
Prensus Aegaeo, simul atra nubes
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis:
Otium bello furiosa Thrace,
Otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis, neque purpura venale, nec auro.
Non enim gazae, neque consularis
Summovet lictor miseros tumultus
Mentis, et Curas laqueata circum
Tecta volantes.
Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum;

19 *Sumptu.* Ad comprobandam hanc orthographiam, praeter notata apud Cellarium, inscriptiones apud Phil. a Turre Mon. vet. Ant. p. 240. De Vita Ant. Ben. p. VIII. XXVII. 3., maxime facit Verrius Flaccus, in cuius Calendario apud Fogg. p. 63. legitur *sumpsit.* Al. [Bod.] *Sumtu.*

2 *Pressus* 3 *lumen* V. A. a 2. m., unus apud Val., alius apud Combe. Non spernenda lectio; et placet Gesnero, sed *Lunam* magis poeticum. [*lunam* Bod.] [8 Bod.: *neque.*] 14 *salinum.* Vid. I. sat. 3. 14.

Nec leves somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.
Quid brevi fortes iaculamur aevo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriae quis exsul
Se quoque fugit?
Scandit aeratas vitiosa naves
Cura; nec turmas equitum relinquit,
Ocior cervis, et agente nimbos
Ocior Euro.
Laetus in praesens animus, quod ultra est
Oderit curare, et amara lento
Temperet risu. Nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem;
Longa Tithonum minuit senectus:
Et mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum, Siculaeque circum
Mugiunt vaccae: tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa; te bis Afro
Murice tinctae
Vestiunt lanae: mihi parva rura, et
Spiritum Graiae tenuem Camenae
Parca non mendax dedit, et malignum
Spernere vulgus.

26 *laeto.*

ODE XVII.

AD C. CILNIUM MAECENATEM AEGROTUM.

Cur me querelis exanimas tuis?
Nec Dîs amicum est, nec mihi, te prius
Obire, Maecenas, mearum
Grande decus, columenque rerum.
Ah! te meae si partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera,
Nec carus aeque, nec superstes
Integer? Ille dies utramque
Ducet ruinam. Non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
Utcumque praecedes, supremum
Carpere iter comites parati.
Me nec Chimaerae spiritus igneae;
Nec, si resurgat, centimanus Gyges,
Divellet umquam: sic potenti
Iustitiae, placitumque Parcis.
Seu Libra, seu me Scorpius adspicit
Formidolosus, pars violentior
Natalis horae, seu tyrannus
Hesperiae Capricornus undae;
Utrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. Te Iovis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucrisque Fati

6 *alteram.* 14 *Gyas* (ut Bod.), *Giges*, *Gigas.* Vid. Iani. 22 *Consensit* V. D. Va. B., et var. lect Ion. 24 *volucresque.*

Tardavit alas; quum populus frequens
Laetum theatris ter crepuit sonum:
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextra levasset, Mercurialium
Custos virorum. Reddere victimas,
Aedemque votivam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

ODE XVIII.

Re tenui se contentum dicit, ubi alii magnificentiis, et divitiis student, quasi perpetuo victuri.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domu lacunar:
Non trabes Hymettiae
Premunt columnas ultima recisas
Africa; neque Attali
Ignotus heres regiam occupavi;

5 *Africa.* Plane desipiunt in notione antiquitatum Gale, Cuning. et Sanadon, qui legunt, *trabes Hymettias premunt columnas ultima recisae Africa;* ut sint *trabes recisae Africa*, quae *premunt columnas Hymettias;* nempe trabes citreae ex Africa pro tectis, lacunaribus, et cubiculis. Trabes Hymettiae sunt epistylia, quae Ital. dicimus *architravi*, ex marmore albicante montis Hymetti, prope Athenas; et columnae recisae ex ultima Africa, sunt columnae e marmore Numidico, seu Libyco, quod vulgo appellamus *giallo antico;* de quibus passim mentio fit apud scriptores. Vid. Caryophil. de Antiq. marm. p. 4. et 43. Eas videmus Romae in Pantheo M. Agrippae, in Arcu triumphali Constantini M., in Ecclesia Lateranensi, et alibi.

Nec Laconicas mihi
Trahunt honestae purpuras clientae.
At fides, et ingeni
Benigna vena est; pauperemque dives
Me petit: nihil supra
Deos lacesso, nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.
Truditur dies die,
Novaeque pergunt interire Lunae:
Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus; et, sepulcri
Immemor, struis domos;
Marisque Baiis obstrepentis urges
Summovere littora,
Parum locuples continente ripa.
Quid, quod usque proximos
Revellis agri terminos, et ultra
Limites clientium
Salis avarus? Pellitur paternos
In sinu ferens Deos
Et uxor, et vir, sordidosque natos.
Nulla certior tamen,
Rapacis Orci fine, destinata
Aula divitem manet
Herum. Quid ultra tendis? aequa tellus
Pauperi recluditur,

7-8. *Laconicas . . . clientae* habet etiam Charisius lib. 1. p. 96. ed. Basil. 1551. Al. *Laconicas*, vel *Laconias . . clientes*. [16 Bod.: *lunae*.] 30 *sede*. * *fine destinato* Va. A. B.

Regumque pueris : nec satelles Orci
Callidum Promethea
Revexit, auro captus. Hic superbum
Tantalum, atque Tantali
Genus coercet; hic levare functum
Pauperem laboribus
Vocatus, atque non vocatus, audit.

ODE XIX.

HYMNUS AD BACCHUM.

Bacchi laudes, eius numine plenus, canit Poeta.

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem, (credite, posteri,)
Nymphasque discentes, et aures
Capripedum Satyrorum acutas.
Evoe! recenti mens trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Laetatur. Evoe! parce, Liber!
Parce, gravi metuende thyrso!
Fas pervicaces est mihi Thyiadas,
Vinique fontem, lactis et uberes
Cantare rivos, atque truncis
Lapsa cavis iterare mella :
Fas et beatae coniugis additum
Stellis honorem, tectaque Penthei
Disiecta non leni ruina,
Thracis et exitium Lycurgi.

15 *non levi.*

Tu flectis amnes, tu mare barbarum:
Tu separatis uvidus in iugis
Nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crines.
Tu, quum Parentis regna per arduum
Cohors Gigantum scanderet impia,
Rhoetum retorsisti leonis
Unguibus, horribilique mala;
Quamquam choreis aptior, et iocis,
Ludoque dictus, non sat idoneus
Pugnae ferebaris; sed idem
Pacis eras, mediusque belli.
Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens
Caudam; et recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitque crura.

ODE XX.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Horatius in cygnum versus, per universum pervolabit orbem; unde sibi promittit suae poeseos immortalitatem.

Non usitata, non tenui ferar
Penna, biformis per liquidum aethera
Vates; neque in terris morabor
Longius; invidiaque maior

23 *Rhoetum* Ch. A., alii apud Cruq. Torr. Bentl. Iani; editiones ante 1550. Al. [ut Bod.] *Rhoevum*, *Rhetum*, *Roethum*.

1 *nec tenui.* [ut Bod.]

Urbes relinquam. Non ego, pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem vocas,
Dilecte Maecenas, obibo;
Nec Stygia cohibebor unda.
Iam, iam residunt cruribus asperae
Pelles; et album mutor in alitem
Superna; nascunturque leves
Per digitos, humerosque plumae.
Iam Daedaleo ocior Icaro
Visam gementis littora Bospori,
Syrtesque Gaetulas, canorus
Ales, Hyperboreosque campos.
Me Colchus, et, qui dissimulat metum
Marsae coliortis, Dacus, et ultimi
Noscent Geloni; me peritus
Discet Hiber, Rhodanique potor.
Absint inani funere neniae:
Luctusque turpes, et querimoniae:
Compesce clamorem, ac sepulcri
Mitte supervacuos honores.

11 *Superna* mss. apud Muret. Bent.: et ita ediderunt Muret. Heins. Fab. Ruig. Steph. Dacer. Cun. San. Lani, Oberlin. Zeun.; et recte; est enim in parte superna corporis, eleganti Graecismo; sicut apud Propertium I. el. ult. 9.: *Proxima supposito contingens Umbria campo;* pro *proxime*. Et apud Claudian. de Raptu Proserp. II. 22.: *Qui, summa peremptus, Ima parte viget, moriens, et parte superstes.* Al. [Bod.] *superne*: quod etiam humile, et prosaicum in Horatio. 15 *Gaetulas*. Vid. ad I. od. 23. 10. 20 *Dicet*. 20 *Hiber* cum adspiratione, ex marmoribus apud Grut. p. 690. *flumen Hiberus*, et apud Bonad. II. p. 372. Passion. p. 100. 11. Paciaud. Diatriba, qua Graeci anagl. p. 19. *Hiberos*. [Bod. *Iber*.] 21 *neniae*. Vid. ad II. od. 1. 38.

Q. HORATII FLACCI
CARMINUM
LIBER TERTIUS.

ODE I.

Vita beata non opibus, aut honoribus, sed animi tranquillitate efficitur.

Odi profanum vulgus, et arceo:
Favete linguis: carmina non prius
Audita Musarum sacerdos
Virginibus, puerisque canto.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iovis,
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta supercilio moventis.
Est, ut viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis; hic generosior
Descendat in campum petitor;
Moribus hic, meliorque fama
Contendat; illi turba clientium
Sit maior: aequa lege Necessitas
Sortitur insignes, et imos;
Omne capax movet urna nomen.

Destrictus ensis cui super impia
Cervice pendet, non Siculae dapes
Dulcem elaborabunt saporem;
Non avium, citharaeque cantus
Somnum reducent. Somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit, umbrosamque ripam,
Non Zephyris agitata Tempe.
Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec saevus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Haedi:
Non verberatae grandine vineae,
Fundusque mendax; arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hiemes iniquas.
Contracta pisces aequora sentiunt,
Iactis in altum molibus: huc frequens
Caementa demittit redemptor
Cum famulis, dominusque terrae
Fastidiosus: sed Timor, et Minae
Scandunt eodem, quo dominus; neque

17 *Destrictus* Vr. H. Ch. A. Cr. A. Va. A. B., alii apud Pulm. Val. Iani, Combe, ed. Princ.; et ita ediderunt Heins. Bentl. Cun. Val. Iani, Oberlin. De verbo *destringo*, eiusque significatione egi in observationibus ad Virg. Il. G. 300., ubi legitur *destringe*, et legendum *definge*, probavi p. 79. seqq. Vid. H. sat. 8. 68. Al. [Bod.] *Districtus*.

[23 Bodon. *umbrosamve*, et similiter 30 *Fundusve*, 44 *Achaemeniumve*. Eadem ed. 28 *Hoedi*.]

35 *redemptor* ex marmoribus scriptis apud Grut. 642. 2. Mazoch. Amph. Camp. pag. 158. Al. [Bod.] *redemtor*.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede Poena claudo.

ODE III.

AD CAESAREM AUGUSTUM.

Constantia viam aperit ad astra. Romanae magnitudini Iuno favet, Troiae cineribus iniqua.

Iustum, ac tenacem propositi virum
Non civium ardor prava iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque Auster,
Dux inquieti turbidus Hadriae,
Nec fulminantis magna manus Iovis:
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae.
Hac arte Pollux, et vagus Hercules
Enisus, arces attigit igneas:
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibet ore nectar.

[1 *ac* Bod. *et.*] 5 *Hadriae.* Vid. I. od. 3. 15. 6 *magna manus Iovis* Ch. A. C. D. Cr. A. An. A. Va. A. B., meus, alii apud Cruq. Pulm. Talb. Bentl. Iani, Combe, edd. Princ. Mediol. 1476. Venn. 1478. 1483. 1490. 1492. 1509. Aldi 1501. Iuntae 1503. Bentl. Cun. Iani, Oberlin. Sic verborum ordo est elegantior. Al. [Bod.] *magna Iovis manus* in ed. Ven. 1486., et recentioribus, paucorum mss. auctoritate. 7 *illabetur.* 10 *Enisus* etiam Vr. B. I. a 2. m. Ch. A. Al. *Inixus*, *Inisus*, *Enixus.* 12 *bibet* Cr. A. Va. B. alii apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Bentl. Val. Iani, Combe; et ita ed. Ven. 1492. et aliae non paucae, Ascens. Heins. Sivr.; probant Masson. in vita Horat. Klotz: et rectius; erit enim virtutum, et meritorum praemium, quum ex hac vita migraverit: tunc recumbet cum aliis Divis. Al. [Bod.] *bibit.*

Hac te merentem, Bacche pater, tuae
Vexere tigres, indocili iugum
Collo trahentes. Hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit;
Gratum eloquuta consiliantibus
Iunone Divis: Ilion, Ilion
Fatalis, incestusque iudex,
Et mulier peregrina vertit
In pulverem, ex quo destituit Deos
Mercede pacta Laomedon, mihi,
Castaeque damnatum Minervae
Cum populo, et duce fraudulento.
Iam nec Lacaenae splendet adulterae
Famosus hospes; nec Priami domus
Periura pugnaces Achivos
Hectoreis opibus refringit;
Nostrisque ductum seditionibus
Bellum resedit. Protinus et graves
Iras, et invisum nepotem,
Troia quem peperit sacerdos,
Marti redonabo: illum ego lucidas
Inire sedes, ducere nectaris

Argutantur Iani, et alii in *ore purpureo*, ut sit *ore insigni*, vultu pulchro, splendido. Non de vultu; sed de ipso ore, vel labiis accipio, quod *poeniceum* dicitur ab Ovidio IV. Met. 728., *roseum* VII. 705., et I. de Ponto 4. 58.; et in marmore laudato p. 5.:

ROSEO REDDIDIT ORE SONOS
ADFINIS MEMORANDE QUID O ME AD SIDERA CAELI
ABLATUM QUERERIS DESINE FLERE DEUM

32 *Troia*. Vid. I. od. 6. 14. [Bod. *Troica*.] 34 *ducere* edd. Ven. 1492. 1509. ut v. 12. *bibet* Augustus: et est vulgata

Decedit aerata triremi, et
Post equitem sedet atra Cura.
Quod si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sidere clarior
Delinit usus, nec Falerna
Vitis, Achaemeniumque costum;
Cur invidendis postibus, et novo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Divitias operosiores?

ODE II.

Pueri a teneris annis ad bellicam fortitudinem, virtutem, et pietatem erga Deos formandi sunt.

Angustam amice pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat, et Parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta;

41 *Phrygius lapis.* Est marmor Docimenum, sive Synadicum, e Phrygia, vulgo *paonazzetto*, inter pulchriora, et pretiosiora; et ex quo praesertim columnae fiebant; quales sunt excelsae in Pantheo M. Agrippae, et in Ecclesia S. Pauli extramuranei. De eo vide Caryophil. de Ant. marm. p. 15. seq.

1 *Augustam amice pauperiem pati* Ch. A. C. D. An. A. Ba. A. B. Va. A. B., meus, et aliorum fere omnes mss. apud Cruq. Torr. Pulm. Talb. Bentl. Val. Iani, edd. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1483. 1486. 1490. 1492. Flor. 1482. Aldi 1501. Iuntae 1503., aliaeque multae seculi XV. et XVI., Heinsius, Talbot, Gesner. Iani, Oberlin., et ita legebat seculo XI. exeunte Hildebertus Mor. Phil. op. col. 982. At Bentleius, Cun. Dacer. San. Sivr. Despr., et hodie vulgati fere omnes, praeferunt lectionem aliquot mss., *amici*, vocativo plurali,

Vitamque sub divo, et trepidis agat
In rebus. Illum ex moenibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens, et adulta virgo,
Suspiret: heu, heu! ne rudis agminum
Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira caedes.
Dulce, et decorum est pro patria mori.
Mors et fugacem persequitur virum;
Nec parcit imbellis iuventae
Poplitibus, timidoque tergo.
Virtus, repulsae nescia sordidae,
Intaminatis fulget honoribus;
Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis aurae.
Virtus, recludens immeritis mori
Caelum, negata tentat iter via;
Coetusque vulgares, et udam
Spernit humum fugiente penna.
Est et fideli tuta silentio
Merces: vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanae, sub isdem
Sit trabibus, fragilemve mecum
Solvat phaselum. Saepe Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum:

debilibus sane argumentis, quae refutat Iani. Aliqui legunt, *amice*, vocativo singulari: aeque male. Amice pati est aequo animo, volenti sustinere. (Bod. *eheu.*) 14 *prosequitur.* 18 *Incontaminatis.*

Succos, et adscribi quietis
Ordinibus patiar Deorum;
Dum longus inter saeviat Ilion,
Romamque pontus; qualibet exsules
In parte regnanto beati:
Dum Priami, Paridisque busto
Insultet armentum, et catulos ferae
Celent inultae; stet Capitolium
Fulgens, triumphatisque possit
Roma ferox dare iura Medis.
Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras; qua medius liquor
Secernit Europen ab Afro,
Qua tumidus rigat arva Nilus:
Aurum irrepertum, et sic melius situm,
Quum terra celat, spernere fortior,
Quam cogere humanos in usus;
Omne sacrum rapiente dextra.
Quicumque mundo terminus obstitit,
Hunc tangat armis; visere gestiens,
Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulae, pluviique rores.
Sed bellicosis fata Quiritibus
Hac lege dico: ne nimium pii,
Rebusque fidentes, avitae
Tecta velint reparare Troiae.

lectio. Iani praefert *discere*. [et sic Bod.] 43 * *Triumphantisque* Vr. I. Ch. C. Sed vulgata lectio aliorum mss., *triumphatisque*, magis poetica, et rectior est. 53 *Quacumque* coniicit Bentl. 53 *mundi*. 54 *tanget*. 60. *Troiae*. Quanta, et mutua gratulatio fuerit inter Ilienses, et Romanos, *Ilien-*

Troiae renascens alite lugubri
Fortuna, tristi clade iterabitur;
Ducente victrices catervas
Coniuge me Iovis, et sorore.
Ter si resurgat murus aheneus
Auctore Phoebo; ter pereat meis
Excisus Argivis; ter uxor
Capta virum, puerosque ploret.
Non haec iocosae conveniunt lyrae:
Quo, Musa, tendis? desine pervicax
Referre sermones Deorum, et
Magna modis tenuare parvis.

ODE IV.

AD CALLIOPEN.

Poeta se a multis periculis Musarum ope ereptum fuisse dicit, et tutum Augustum fore.

Descende Caelo, dic age tibia,
Regina, longum, Calliope, melos;
Seu voce nunc mavis acuta,
Seu fidibus citharaque Phoebi.
Audiris? an me ludit amabilis
Insania? Audire, et videor pios

sibus Aeneam, ceterosque duces a se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus, quum milites Romani ingressi Asiam contra Antiochum Ilion venissent, narrat Iustinus XXXI. in fine. 69 *hoc conveniet, haec convenient.* Vid. I. od. 24. 2.

1 *et dic.* 4 *citharave.* 5 *Audiris?* Vulgata lectio *Auditis?* ut sit ad sodales, de quibus nihil in carmine. Acron, Landinus, et Ascensius *Auditis* referunt ad Calliopen, et

Errare per lucos, amoenae
Quos et aquae subeunt, et aurae,
Me fabulosae Vulture in Appulo,
Altricis extra limen Apulie,
Ludo, fatigatumque somno,
Fronde nova puerum palumbes
Texere: mirum quod foret omnibus,
Quicumque celsae nidum Acherontiae,
Saltusque Bantinos, et arvum
Pingue tenent humilis Forenti;

Musas. *Audistis?* Lips. 1. a m. pr. apud Iani. *Audiri* emendat Barthius Adv. XXXIX. 9. Sed *Audiris?* est eius, qui applicat aurem tamquam auditurus responsionem. Loquerisne? Audione te? et sibi respondet, *audire* mihi *videor*. Ita dedimus in editione Parmensi Bodoniana. Hoc eodem prope sensu Oppianus de Venat. princ.: *Istud mihi Calliope imperat, istud Diana ipsa. Audivi, ut fas est, divinam audivi vocem, et Deae respondi vicissim.* 10 *Nutricis*, fortasse ex glossa. [sic et Bod.] 15 *Saltusque Bantinos.* Quidam mss. apud Torr. et Iani dant *Batinos*, vel *Bathinos;* et *Batinos* habent edd. Flor. 1482. Venn. 1483., Ascens. Loch. Basil. Fabr. Rutg. Sed *Bantinos* Ch. A B. C. D., et aliorum, vera lectio; nam apud Plin. H. N III. 11. sunt *Bantini* in Lucania; apud Livium XXXVII. 25. *Bantia* prope *Venusiam*. Quin et in monumentis Ecclesiasticis occurrit *Bantinum Monasterium* Ordinis S. Benedicti, aedificatum a Normannis in Acheruntino Archiepiscopatu; ut ex privilegio Rogerii Ducis, apud Baron. ad ann. 1090. n. 23.; cuius Basilicam S. Mariae dicavit anno 1088. Urbanus II., teste Mabillon. Ann. Bened. tom. V. lib. 67. p. 249.: et cuius in alio diplomate Urbani II. apud Baron l. c. n. 21. nominatur Urso *Bantinus Abbas.* Aliud privilegium Paschalis II. anni 1103. apud Ughell. Ital. Sacra, tom. VII. col. 30. ed. Ven. 1721., et Bullar. Rom. ed. Rom. 1739. tom. II. p. 123., datum est *Abbati Coenobii S. Mariae, quod apud Bantium situm est.* Vid. infra od. 13. 1. 16 *Forenti* Ch. B. C. D. Cr. A. Va. A., meus, alii apud Cun. Iani, Combe, edd. Flor. 1482.

Ut tuto ab atris corpore viperis
Dormirem, et ursis; ut premerer sacra
Lauroque, collataque myrto,
Non sine Dîs animosus infans.
Vester, Camenae, vester in arduos
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum
Praeneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidae placuere Baiae.
Vestris amicum fontibus, et choris,
Non me Philippis versa acies retro,
Devota non extinxit arbos,
Nec Sicula Palinurus unda.
Utcumque mecum vos eritis, libens
Insanientem navita Bosporum
Tentabo, et urentes arenas
Littoris Assyrii viator.
Visam Britannos hospitibus feros,
Et laetum equino sanguine Concanum:

Venn. 1483. 1486. et aliae veteres apud Cun.; et sic idem, Iani, Oberlin. Plinio H. N. III. 11. *Forentani. Florenti* Ch. A. Farn. apud Iani. Vulgo *Ferenti.* Hodie *Forenzo:* oppidum longe diversum, et dissitum a Ferento in Etruria, de quo Vitruvius II. 7.; et a Ferentino, de quo I. epist. 17. 8.

31 *urentes arenas* Vr. B. Ch. A. Cr. A. An. A. Ba. B. Va. B., meus, alii apud Pulm. Lamb. Cruq. Iani, Oberlin. Ita legit Acron, et exponit calentes; et ita edidere Locher. Fabr.: praefert Barthius Adv. XXXIX. 9. Recte: est enim *Syria perusta* Manilio IV. 622. Horatius hìc imitatur Virgilium I. E. 65. seqq., ubi *sitientes ibimus Afros;* quae sunt *arenae Libyae anhelantis* apud Martianum Capellam IV. princ. pag. 95.; et apud Claudian. in Eutrop. II. 511. *calidae arenae.* Al. [ut Bod.] *arentes;* quod frigidum, et vulgare est, si comparetur reliquis *insanientem, feros,* et loco Virgilii.

Visam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inviolatus amnem.
Vos Caesarem, altum militia, simul

37 *Vos Caesarem, altum militia, simul.* Ita interpungendum est; non cum Aldo in editione anni 1501., quem deinde sequutum esse anno 1503. Iuntam, et inde alios omnes editores, vere miror, scribentes, *Caesarem altum, militia simul fessas cohortes;* ut *altus* cum Acrone, Mancinello, et Ascensio sit *inclitus, sublimis;* cum aliis *magnus, excelsus:* et cohortes sint *fessae militia:* quod quidem *eleganter!* ut stupet Iani. At potius, quam inepte! Quid enim opus est addere, quo laborum genere cohortes sint fessae? Satisne erat dicere labores cohortium; ut labores militiae intelligerentur? Aliis scriptoribus, et vulgo etiam sufficiebat; ut apud Eumenium in Paneg Constant. Aug. 21.: *Quando fessum reducit exercitum?* Quidni etiam Caesari laus deberetur, ut et ipse fessus militia quaereret, suos simul et cohortium finire labores? Et quare Musae recreabant Caesarem, si fessus et ipse non erat? Forte quia ipse excelsus, quia Deus? Hoc Gesnerus non curavit, divina ubique eructans: quod liberalior sensus sit, Caesarem *Deum fessas cohortes* otio tradere, quam ipsum esse *fessum.* Cui responderet Horatius noster, ut de Arte poet. 191. *Altus militia* est educatus, innutritus militia: quia a teneris annis Augustus militiae fuit addictus; vix *toga virili sumpta, militaribus donis triumpho Caesaris Africano donatus est; quamquam expers belli propter aetatem,* ut scribit Suetonius in vita 8; et ut Augustus ipse ait in Inscriptione Ancyrana, princ.: ANNOS VNDEVIGINTI NATUS EXERCITUM PRIVATO CONSILIO ET PRIVATA IMPENSA COMPARAVI: quod Tacitus confirmat A. I. 10.: deinde fere toto vitae tempore bellis occupatus fuit; ut fuse Suetonius, aliique, et passim Horatius. Non aliter de Traiano loquitur Plinius in Paneg. 14. et 15., ubi postquam dixit: *Nonne incunabula haec tibi, Caesar, et rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augens, nomenque Germanici iam tum mereretur? . . . Tribunus vero disiunctissimas terras, teneris adhuc annis, viri firmitate lustrasti:* addit.: *Sed*

Fessas cohortes reddidit oppidis;
Finire quaerentem labores,
Pierio recreatis antro.
Vos lene consilium et datis, et dato
Gaudetis, almae. Scimus ut impios

tanto magis praedicanda moderatio tua, quod innutritus bellicis laudibus pacem amas. 38 *reddidit* Vr. I. H. a sec. m. Ch. A. C. D. An. A. Ba. A. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Val. Iani, edd. Flor. 1482. Venn. 1486. 1495. Aldi 1501. Iuntae 1503. Bentl. San., probat Barthius Adv. XXXIX. 9. Al. [Bod.] *abdidit*, quod multi defendunt, et Iani inter recentiores, tamquam aptius, et doctius: ut sit, ad hiemandum cohortes in oppidis collocavit. Sed quomodo milites *fessi militia*, H. od. 7. 8., id est, ut I. sat. 1. 4., graves annis, et multo iam fracti membra labore, dici possunt finire labores, per oppida in hiberna divisi, ut inde paucos post menses iterum in campum prodeant? Quomodo et hoc de Augusto dici poterat militia innutrito? et cur Augustus *abdidit* cohortes, quae de more in hiberna collocabantur? Haene *latere* tunc temporis dici poterant, ut gladiator rude donatus, *abditus agris*, I. epist. 1. 5.; quem locum ridicule huc trahunt interpretes? Ergo simplicius, et verius dicemus, milites finitis bellis in patriam quosque dimissos fuisse, *redditos* propriis Laribus; quod verbum prope sollemne est in hac re; ut apud L. Florum III. 6. de Pompeio victos piratas agris quasi obligante: *Usum maris navibus recuperavit, et terrae homines suos reddidit.* De Vitellio Tacitus H. II. 69.: *Reddita civitatibus Gallorum auxilia:* et A. I. 30.: *Suis quisque hibernis redderentur.* Claudianus IV. Cons. Honor. 57.: *Extinxitque faces, agrisque colonos Reddidit.* Et in marmore scripto, de quo ad I. od. 24. 1.: *Me patriae redditum.* Quin et Augustus ipse, apud eumdem Tacitum A. I. 17., statuit, *ut praetoriae cohortes, quae binos denarios acceperint, post sexdecim annos Penatibus suis reddantur.* Quid plura?

Titanas, immanemque turmam
Fulmine sustulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, et urbes, regnaque tristia,
Divosque, mortalesque turbas
Imperio regit unus aequo.
Magnum illa terrorem intulerat Iovi
Fidens iuventus, horrida brachiis;
Fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.

43 *turbam.* 44 *corusco* Bentleius. 47 *turmas.* 50 *Fidens iuventus, horrida brachiis.* Qui aliter locum interpungunt: *Fidens, iuventus horrida, brachiis*, [in Bod. nulla interpunctio.] et cum Iani exponunt: *iuventus horrida*, immani corpore, et adspectu; *brachiis*, virium robore: aut cum Savaro ad Sid. Apollin. I. ep. 2. p. 12.: *horrida brachiis*, id est, setis aspera, et atrox; poetam non intelligunt, nec quid sit *horrere*. Iam de huius verbi significatione pluribus egi in observationibus ad Virg. p. 62. 141. *Horrere*, vel *horrescere* dicuntur animalia, quum pilos, setasve erigunt, ut epod. 5. 27. 28. Eodem modo Lucret. VI.: *Ferreus hastis Horret ager:* de quo Macrobius Saturnal. VI. 2.: *Mire se habet. Sed et Ennius in quartodecimo:* Horrescit telis exercitus asper utrimque: *Et in Erechtheo:* Arma arrigunt: horrescunt tela. Sparsis hastis longis campus splendet, et horret. Vid. II. sat. 1. 13. De Titanis autem scimus, tres ex illis multis brachiis fuisse praeditos, ut hic v. 69. *centimanus Gyges.* Ovid. V. Fast. 37. (quamquam de Gigantibus loquitur): *Mille manus illis dedit, et pro cruribus angues.* I. Met. 183.: *Centum quisque parabat Inicere anguipedum captivo brachia Caelo.* Sidon. Apollin. carm. XV. 27. seqq.: *Plurimus hic Briareus populoso corpore pugnat, Cognatam portans aciem, cui vertice ab uno Cernas ramosis palmas fruticare lacertis.* Tot brachiis pugnando erectis, iuventus illa horrebat, ut exercitus hastis; ideoque magis audax, et fidentior.

Sed quid Typhoeus, et validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion statu,
Quid Rhoetus, evulsisque truncis
Enceladus iaculator audax,
Contra sonantem Palladis aegida
Possent ruentes? Hinc avidus stetit
Vulcanus; hinc matrona Iuno, et
Numquam humeris positurus arcum,
Qui rore puro Castaliae lavit
Crines solutos; qui Lyciae tenet
Dumeta, natalemque silvam,
Delius et Patareus Apollo.
Vis consilî expers mole ruit sua:
Vim temperatam Dî quoque provehunt
In maius: idem odere vires
Omne nefas animo moventes.
Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum; notus et integrae

55 *Rhoetus.* Vid. II. od. 19. 23. [Bod. *Rhoecus.*]

64 *Apollo.* Quum ex hoc loco, et ex aliis auctoribus constet, Titanas Deorum omnium armis confossos fuisse; videre est in fragmento anaglyphi marmorei, olim villae Matthaeiorum in Coelio monte, nunc, me curante, in Museo Vaticano, Dianam arcu, Hecatem face in utraque manu, quas forte ex Aetnae ignibus inflammaverat, eorum impietatem castigare. Verisimile est in hoc integro anaglypho Divinitates omnes exsculptas fuisse. Eius imaginem habes apud Amadutium Monum. Mathaeior. III. tab. 19. fig. 1. Gigantes, qui licet diversi a Titanis, vid. Banier tom. III. l. 1. c. 1. p 275., hic, ab Ovidio citato, aliisque, usu veterum, permutantur, sculpti pariter visuntur in sarcophago eiusdem Musei Vaticani, apud Visconti Tom. IV. tab. X., ubi ipsi saxis, et truncis pugnant.

69 *Gyges.* Vid. II. od. 17. 14. [Bod. *Gyas.*]

Tentator Orion Dianae,
Virginea domitus sagitta.
Iniecta monstris Terra dolet suis;
Maeretque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum: nec peredit
Impositam celer ignis Aetnam:
Incontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiae additus
Custos: amatorem trecentae
Pirithoum cohibent catenae.

ODE V.

IN LAUDEM CAESARIS AUGUSTI.

Augustum laudat, quod armorum suorum metu Britannos, maxime vero Parthos, subegerit, et restituerit; milites Crassi vituperat, et inde fortitudinem Reguli exaltat.

Caelo tonantem credidimus Iovem
Regnare: praesens Divus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, gravibusque Persis.
Milesne Crassi coniuge barbara
Turpis maritus vixit? et hostium,
Pro Curia, inversique mores!
Consenuit socerorum in arvis,
Sub rege Medo, Marsus, et Appulus,

[7. Bod. *Proh.*] 8 *arvis* ms. apud Iani; et ita T. Fab. Nic. Heinsius, Bentl. Cun. San. Gesn. Iani, Oberlin. Al. *armis*. Vid. infra v. 23.

Anciliorum, et nominis, et togae
Oblitus, aeternaeque Vestae,
Incolumi Iove, et urbe Roma?
Hoc caverat mens provida Reguli,
Dissentientis conditionibus
Foedis; et exemplo trahentis
Perniciem veniens in aevum,
Si non periret immiserabilis
Captiva pubes. Signa ego Punicis
Adfixa delubris, et arma
Militibus sine caede, dixit,
Derepta vidi: vidi ego civium
Retorta tergo brachia libero;
Portasque non clausas, et arva
Marte coli populata nostro.
Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit? Flagitio additis
Damnum: neque amissos colores
Lana refert medicata fuco;
Nec vera virtus, quum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata densis
Cerva plagis; erit ille fortis,

15 *trahentis.* Contra omnium mss. fidem, et editiones veteres, ex mera Canteri coniectura recentiores emendant *trahenti;* [sic et Bod.] ut sit, *exemplo*, quod *trahebat.* Sed quanto elegantius, et Latinum est, *Reguli trahentis ab hoc exemplo perniciem!* Nempe qui praevidebat, arguebat futurum, ut ab hoc exemplo derivaret pernicies in posteros. Sunt exempla huiusmodi locutionis vel apud ipsum Forcellinum in v. *Traho.* 21 *Direpta.* Vid. IV. od. 15. 7., et Iani. 23 *clusas.* Vid. ibid. 9.

Qui perfidis se credidit hostibus;
Et Marte Poenos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners, timuitque mortem.
Ilic, unde vitam sumeret, inscius,
Pacem duello miscuit: o pudor!
O magna Carthago, probrosis
Altior Italiae ruinis!
Fertur pudicae coniugis osculum,
Parvosque natos, ut capitis minor,
Ab se removisse; et virilem
Torvus humi posuisse vultum:
Donec labantes consilio Patres
Firmaret auctor numquam alias dato;
Interque maerentes amicos
Egregius properaret exsul.
Atqui sciebat, quae sibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen
Dimovit obstantes propinquos,
Et populum reditus morantem;
Quam si clientum longa negotia,
Diiudicata lite, relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedaemonium Tarentum.

37 *aptius* An. A., aliqui alii mss. apud Bentl. et Iani. [Bodon.: *mortem Hic, unde* etc. sine distinctione post *mortem.*]

ODE VI.

AD ROMANOS.

Corruptelam morum, et contemptum Deorum illis exprobrat.

Delicta maiorum immeritus lues,
Romane, donec Templa refeceris,
Aedesque labentes Deorum, et
Foeda nigro simulacra fumo.
Dis te minorem quod geris, imperas:
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Di multa neglecti dederunt
Hesperiae mala luctuosae.
Iam bis Monaeses, et Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros; et adiecisse praedam
Torquibus exiguis renidet.
Paene occupatam seditionibus
Delevit Urbem Dacus, et Aethiops:
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.
Fecunda culpae secula nuptias
Primum inquinavere, et genus, et domos:
Hoc fonte derivata clades
In patriam, populumque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, et fingitur artibus

3 * *Sedesque labantes* An. A. 22 *fingitur artibus.* Mire variant hìc codices scripti, ut notat Bentl.; alii enim habent *fingitur artibus*, vel *artubus*, alii *frangitur artibus.*

Iam nunc, et incestos amores
De tenoro meditatur ungui.
Mox iuniores quaerit adulteros
Inter mariti vina; neque eligit,
Cui donet impermissa raptim
Gaudia, luminibus remotis:
Sed iussa coram, non sine conscio
Surgit marito; seu vocat institor,

Variant etiam editores; sed recte cum aliis mss. multis, quos recensent Lamb. Pulm. Torr. Bentleius, Iani, hi editores, D. Hems. Torr. Cun. San., praetulerunt *fingitur artibus;* quod habet etiam Ch. A. a pr. m. Nam aliarum lectionum sensus iam continebatur in praecedentibus *Ionicis motibus;* nempe in saltationibus Ionum, quae erant admodum delicatae, et lascivae, libidinosa gestuum petulantia insignes. Nec Latine dicebant *fingitur artubus*, sed *artus;* ut apud Manilium IV. 795.: *Iuvenis nudos formatur mollior artus.* Contra quis fingitur, seu formatur artibus. Colum. XI. 1. ante med.: *Villicus complurium agrestium formatus artibus.* Artes vero non erunt artes bonae, et ingenuae, ob quas Cynthiam laudat Propert. I. el. 4. 13., ubi eadem varietas in mss. *artibus*, et *artubus;* et passim laudantur puellae in antiquis marmoribus, apud Gruter. p. 607. 4. 655. 1. 908. 1. Fabrett. p. 80. n. 96. Bonad. I. 440. II. p. 102. 305. 374. seq. Marin. Iscriz. Alb. p. 78.; sed artes malae, meretriciae, quibus puellae instituuntur, praesertim a matribus; de quibus Ovid. II. Amor. 10. 5. I. de Arte am. 242., et Apuleius in Apol. edit. Pric. p. 86. Sext. Aur. Victor Epit. XVII. in Comm.: *Marcia forma, meretriciisque artibus pollens.* Plin. in Paneg. 46.: *Nunc in pantomimis quoque aversatur, et damnat effeminatas artes, et indecora studia.* Hinc ea, de quibus prosequitur Horatius. Locum varietatibus lectionum *artibus*, vel *artubus*, et interpretationum, fortasse dedit veterum aliquorum scribendi ratio, qui in dativo, et ablativo plurali *artibus*, et *artubus* promiscue usurpabant; ut colligitur ex Vel. Longo de Orthogr. ap. Putsh. c. 2229., et Terent. Scauro c. 2260.

Seu navis Hispanae magister,
Dedecorum pretiosus emptor.
Non his iuventus orta parentibus
Infecit aequor sanguine Punico;
Pyrrhumque, et ingentem cecidit
Antiochum, Hannibalemque durum:

36 *Hannibalemque durum* Vr. I. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Torr. Bentl. Val. Iani, ed. Princ. Med. 1476. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. Locher. Al. [Bod.] *dirum*, solita manuscriptorum, et editionum variatione, ut II. od. 12. 2. *Dirum* praeferunt Lamb. Muret. G. Fabr. Steph. Bentl. Baxt. Cun. San. Gesn. Val. Iani, Oberlin. Nos aliud, praesertim e contextu. Agitur hic ab Horatio de prole illa rusticorum militum *mascula*, id est robusta, dura, non infracta vel parentum mollitie, vel sua, procreata a fortibus militibus; ut bene exponit Iani. Columella lib. 1. in praef.: *Vera illa Romuli proles assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis praevaluit corporibus, ac militiam belli facile sustinuit, durata pacis laboribus.* Quae cecidit Hannibalem. Sed qualem? *Dirum?* Non hic sermo de eius feritate, non de inhumanitate, ut alio mox citato loco: sed *durum;* id est, etiam ipsum *robustum*, *duratum laboribus;* de quo T. Livius XXI. 1. praedicat inter ceteras alias egregias dotes, quod *nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat: caloris, ac frigoris patientia par.* Seneca epist. 51: *Vim Hannibalis hiberna solverunt, et indomitum illum nivibus, atque Alpibus virum, enervaverunt fomenta Campaniae.* L. Florus II. 6. Prudent. Contra Symm. II. 740.: *Baianis resolutus aquis durissima luxus Robora destituit, ferrumque libidine fregit.* Sidon. Apollin. carm. V. 343. seqq.: *Non sic Barchaeus opimam Hannibal ad Capuam periit, quum fortia bello Inter delicias mollirent corpora Baiae.* Et Sext. Aur. Victor de Caes. 37. pr., de Probo loquens: *Ingenti belli scientia, exercitandisque varie militibus, ac duranda iuventute prope Hannibalem alterum.* Ergo *durus* dux *duro* militi convenit; ut citata

Sed rusticorum mascula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Versare glebas, et severae
Matris ad arbitrium recisos
Portare fustes; Sol ubi montium
Mutaret umbras, et iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.
Damnosa quid non imminuit dies?
Aetas parentum, peior avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

ODE VII.

AD ASTERIEN.

Consolatur eam de viri sui absentia moestam, eique ut fidem servet, monet.

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent vere Favonii,
Thyna merce beatum,
Constantis iuvenem fide,
Gygen? Ille Notis actus ad Oricum,
Post insana Caprae sidera, frigidas
Noctes non sine multis
Insomnis lacrymis agit.

od. 12. 2. bene conveniunt *dirus Hannibal*, et *fera Numantia*; prout apud Sen. Herc. fur. 19. *dira, ac fera Thebana Tellus.* 43 *Bubus.*

4 *fidei.* Vid. Iani.

Atqui sollicitae nuncius hospitae,
Suspirare Chloen, et miseram tuis
Dicens ignibus uri,
Tentat mille vafer modis.
Ut Proetum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus, nimis
Casto Bellerophonti
Maturare necem, refert.
Narrat paene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens;
Et peccare docentes
Fallax historias movet;
Frustra: nam scopulis surdior Icari
Voces audit adhuc integer. At, tibi
Ne vicinus Enipeus
Plus iusto placeat, cave:
Quamvis non alius flectere equum sciens
Aeque conspicitur gramine Martio;
Nec quisquam citus aeque
Tusco denatat alveo.
Prima nocte domum claude; neque in vias
Sub cantu querulae despice tibiae;
Et te saepe vocanti
Duram, difficilis mane.

20 *monet.*

ODE VIII.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Ad Matronalia hilariter celebranda, vitae servatae memor, ipsum invitat.

Martiis caelebs quid agam Calendis,
Quid velint flores, et acerra thuris
Plena, miraris, positusque carbo in
Cespite vivo,
Docte sermones utriusque linguae.
Voveram dulces epulas, et album
Libero caprum, prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies, anno redeunte, festus
Corticem adstrictum pice demovebit
Amphorae, fumum bibere institutae
Consule Tullo.
Sume, Maecenas, cyathos amici
Sospitis centum; et vigiles lucernas
Perfer in lucem: procul omnis esto
Clamor, et ira.
Mitte civiles super Urbe curas:
Occidit Daci Cotisonis agmen:

1 *caelebs*. Vid. II. od. 15. 4. 1 *Calendis* ex Calendario Verrii Flacci apud Foggin. p. 2., ubi in voce *Calendae* bis utitur littera C.; littera vero Kubi solum per primam litteram *Calendas* indicat: quod etiam e Terentio Scauro, et Terentiano Mauro, aliisque Grammaticis constat. Ita et apud Murator. Th. Inscript. p. 552. 2. 555. 2. 582., et passim apud alios inscriptionum collectores. [Bod.: *Kal.*]
10 *dimovebit*. 15 *Profer*.

Medus infestus, sibi luctuosis
Dissidet armis:
Servit Hispanae vetus hostis orae
Cantaber, sera domitus catena:
Iam Scythae laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Negligens, ne qua populus laboret,
Parce privatus nimium cavere:
Dona praesentis cape laetus horae, et
Linque severa.

ODE IX.

AD LYDIAM.

Dialogus est de praeteritis amoribus, eisdemque renovandis.

HOR. Donec gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidae

19 *Medus infestus, sibi.* Ita distinguas: infestus nempe Romanis. Sensum pervertunt vel illi, qui legunt *Medus, infestus sibi, luctuosis;* vel Heinsius, Bentleius, Iani, Oberlinus, et inde Forcellinus, qui legunt ex coniectura, et uno ms.: *Medus infestis sibi luctuosus.* Quid hoc ad Maecenatem, et ad diem festum Horatii, nisi timor ante fuisset a Medis infestis; et qui tunc se ipsos lacerabant? *Dissidet* simpliciter, ut apud Ciceronem Pro M. Marc. 10.: *Non consiliis solum, et studiis; sed armis etiam, et castris dissidebamus:* hinc *luctuosus sibi.* Quod Cl. Mamertinus in Paneg. 16. Maximiano Aug. laudi vertebat, ei dicens: *Tantam esse Imperii vestri felicitatem, ut undique se Barbarae nationes vicissim lacerent, et excidant; alternis dimicationibus, et insidiis clades suas duplicent, et instaurent..... ruunt omnes in sanguinem suum populi.* Ceterae nationes, de quibus hìc Horatius, vel aeque fuerant, vel adhuc erant Romanis infestae. Vid. I. od. 2. 51. 27 *rape laetus horae, ac.* [Bodon.: cavere; Dona p. rape l. h., et L. s.]

Cervici iuvenis dabat;
Persarum vigui rege beatior.
LYD. Donec non alia magis
Arsisti, neque erat Lydia post Chloen;
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.
HOR. Me nunc Thressa Chloe regit,
Dulces docta modos, et citharae sciens:
Pro qua non metuam mori,
Si parcent animae fata superstiti.
LYD. Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornyti:
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata superstiti.
HOR. Quid si prisca redit Venus,
Diductosque iugo cogit aheneo?
Si flava excutitur Chloe,
Reiectaeque patet ianua Lydiae?
LYD. Quamquam sidere pulchrior
Ille est, tu levior cortice, et improbo
Iracundior Hadria;
Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

ODE X.

IN LYCEN.

Lycen monet, ut posita duritie sibi supplici parcat.

Extremum Tanain si biberes, Lyce,
Saevo nupta viro; me tamen asperas

23 *Hadria.* Vid. I. od. 3. 15.

Porrectum ante fores obiicere incolis
Plorares Aquilonibus.
Audis, quo strepitu ianua, quo nemus
Inter pulchra satum tecta remugiat
Ventis? et positas ut glaciet nives
Puro numine Iupiter?
Ingratam Veneri pone superbiam;
Ne currente retro, funis eat, rota.

6 *satum* Ch. A., alii Mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Bentl. Valart, Iani, Combe. Ita. Acron, Comm. Cruq., Bentl., Cun. San. Baxt Iani, Oberlin. Item vindicant. Heins. ad Sil. Italic. X. 533. Brouckh. ad Prop. I. 14. 5. et Burm. ed. Sant. p. 140. Propertius: *Et nemus omne satas intendat vertice silvas.* Sen. epist. 122.: *Non vivunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt? Quorum silvae in tectis domorum, ac fastigiis nutant; inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent?* De huiusmodi Romanorum luxu plura dabunt ad hunc locum Torrentius, aliique, et Lipsius ad Senecam l. c. Al. *situm.* 10 *Ne currente retro, funis ea, rota.* Ita interpungo, ut clarior sensus evadat in re non obscura; sed indigesta apud Interpretes. Bentleius ex aliquibus mss. legit, *Ne currente rota funis eat retro;* quam inversionem inveni quoque in Va. A.; et eam sequuntur Baxt. Cun. ex edit. 1477., Sivr. Oberl. [Bod.] et Iani; qui tamen ait, ad sensum nihil interesse, utro ordine legatur. Ego contra multum interesse contendo; non enim, ut ipse Iani exponit, sensus est, ut *funis retro eat;* sed *rota currente retro, funis eat*, et ideo *retro* propius *currente* iungendum. Quod ut intelligas, finge Fortunam ipsam quemquam in sublime extollere, velut pondus, rota, vel fune in trochlea; deinde ex abrupto manum retrahere a manubrio: rotam retro agi necesse est vi ponderis, quod in praeceps descendit. Quod vidit Porphyrio. Et est solitus Fortunae ludus in proverbio, ex omnium rerum tum moralium, tum physicarum natura, quae tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant; et ut Plin. II. N. II. 16.: *Progrediuntur modii violentia, et retro ire cogit vapor repercussus.*

Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamvis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus viola pallor amantium,
Nec vir Pieria pellice saucius
Curvat; supplicibus tuis
Parcas, nec rigida mollior aesculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc semper erit liminis, aut aquae
Caelestis patiens latus.

ODE XI.

AD MERCURIUM.

Mercurium rogat, ut cantus sibi dictet, quibus animum Lydes flectat in eius amorem, proposita Danaidum fabula.

Mercuri, (nam te docilis magistro
Movit Amphion lapides, canendo)

Quod de Fortuna in specie tradit idem VII. 44.: *Quos non honores, currusque illa sua violentia Fortuna retro egit, per mediam Urbem Censore tracto in Capitolium illud, in quod triumphus ipse captivos traxerat?* Multa hìc de Fortunae potestate, et favore, vel aversione adduci possent, quae omittuntur, quia obvia sunt, praesertim apud poetas. Sufficiet Ovid. V. Trist. 14. 29. seq., de eo, quem non amplius Fortuna protegat. et gubernet: *Rara quidem virtus, quam non Fortuna gubernet; Quae maneat stabili, quam fugit illa, pede:* id est, quae a Fortuna derelicta non retrocedat. Apud Mythologos tunc Fortuna fit Nemesis, Dea ultrix, quae nominatim *contra superbiam colitur*, ut ait Macrobius Sat. I. 22.: cui ideo etiam rota tribuitur a Nonno Dionys. LXVIII. 378. Vid. Averani Diss. in Eurip. XVIII. Bonar. Medagl. p. 222. 17 *aesculo* cum *ae* ex Serv. ad Virg. II. Georg. 291., et lapide apud Grut. p. 207.

Tuque, Testudo, resonare septem
Callida nervis,
Nec loquax olim, neque grata, nunc et
Divitum mensis, et amica Templis;
Dic modos, Lyde quibus obstinatas
Applicet aures;
Quae, velut latis equa trima campis,
Ludit exsultim, metuitque tangi;
Nuptiarum expers, et adhuc protervo
Cruda marito.
Tu potes tigres, comitesque silvas
Ducere, et rivos celeres morari:
Cessit immanis tibi blandienti
Ianitor aulae,
Cerberus; quamvis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus teter, saniesque manet
Ore trilingui.
Quin et Ixion, Tityosque vultu
Risit invito; stetit urna paullum
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde scelus, atque notas
Virginum poenas, et inane lymphae
Dolium fundo pereuntis imo,
Seraque fata,
Quae manent culpas etiam sub Orco.
Impiae, nam quid potuere maius?

[18 Bodon.: Muniunt a. caput, eius atque S. t. s. manat O. t.] 27 *Dolium*. Hanc fabulam sculptam videas in marmore Musei Vaticani apud Visconti tom. IV. tab. 36.

Impiae sponsos potuere duro
Perdere ferro.
Una de multis, face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
Splendide mendax, et in omne virgo
Nobilis aevum:
Surge, quae dixit iuveni marito;
Surge, ne longus tibi somnus, unde
Non times, detur; socerum, et scelestas
Falle sorores:
Quae, velut nactae vitulos leaenae,
Singulos, heu, heu! lacerant: ego illis
Mollior, nec te feriam, neque intra
Claustra tenebo.
Me pater saevis oneret catenis,
Quod viro clemens misero peperci,
Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget.
I, pedes quo te rapiunt, et aurae,
Dum favet nox, et Venus: i secundo
Omine; et nostri memorem sepulcro
Sculpe querelam.

42 *eheu* [Bod.] 43 *nec intra*. 52 *Sculpe*. Vr. B. I. Ch. C. D. B. a 2. m. Va. A. B. Cr. A. Au. A., meus, alii apud Lamb. Cruq. Pulm. Talbot, Iani, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1486. 1490. 1509. Flor. 1482. 1503. Aldus 1501. Gryphius 1566. Locher. Ascens. Lamb. Steph. Fab. Fabric. Heins. Ion. Sivr.; et ante omnes Acron, et Comment. Cruq.; defendit etiam Heins. ad Ovid. XIV. Her. 128. Aliam aliorum mss. lectionem *scalpe* propugnant, cum recentioribus, praesertim Muret. Cruq. Torrent. Rutgers. Bentl. Baxt. Cun. Iani, qui ait, eam praestare auctoritate

ODE XII.
AD NEOBULEN.

Neobule, Hebri adolescentis amore capta, vitam agit inertem et desidiosam.

Miserarum est, neque amori dare ludum, neque dulci
Mala vino lavere; aut examinari, metuentes

codicum, et esse doctiorem; tum probari auctoritate Diomedis Grammatici, qui l. 1. p. 574. Putsch. *sculpo* non agnoscit; sed tantum eius composita *insculpo*, *exsculpo*, quae derivat a *scalpo*. Sed haec omnia facile refutantur: sive auctoritas codicum, quae per se nulla est, aut in simplici *sculpo*, aut in eius compositis *exsculpo*, et *insculpo*, quae cum *exscalpo*, et *inscalpo* aeque perpetuo confunduntur in mss., ut observat Burm. ad Lactant. el. de Phoenic. v. 153. post Claudian. p. 1069.: sive quod apud plurimos scriptores bene legitur *sculpo*, cum aliis derivatis; ut apud; Vitruv. I. 2.: *Triglyphi sculpentur*. Tacit A. IV. 43.: *Monumenta sculpta saxis*. Suet. in Ner. 46.: *Gemmae sculptura*. Solin. 6.: *Formicas ex ebore sculpsit*. Petron. c. 71.: *Amphoram unam licet fractam sculpas, et super eam puerum plorantem*. Macrob. Sat. VII. 13.: *Imprimebatur sculptura materiae annuli*. Ovid. IV. ex Ponto 9. 28.: *Numidae sculptile dentis opus*. X. Met. 248.: *sculpsit ebur*: et ad sensum Horatii, Her. l. c.: *Sculptaque sint titulo nostra sepulcra brevi*; ut rectius ex suis mss. et primis editionibus legit Heinsius pro *scripta*. Item de sepulcro Avienus Fab. XXIV. 14.: *Sculperet ut docili pollice saxa leo*. Et evincitur praecipue ex marmoribus scriptis, aberrationibus amanuensium non obnoxiis, in quibus passim *sculpo*, et derivata occurrunt; ut apud Bonad. II p. 97.: HIC ACCUMBENTEM SCULPI GENIALITER ARTE: et p. 119. n. 30.: ET. GRATAM. SCULPSIT. DOCTA. PEDANA. CHELYM. Sed in marmoribus, aliisque monumentis *inscriptio*, aut *scriptura* dicebatur; et haec aut ita simpliciter, aut *sculpta*, vel *exsculpta*, vel *incisa*. Ad rem nostram in marmore apud Ignarram de Pal. Neap. p. 51.: TITULI. HEIC ORDINANTUR. ET. SCUL-

Patruae verbera linguae. Tibi qualum Cythereae
Puer ales, tibi telas, operosaeque Minervae

PUNTUR. AEDIBUS. SACREIS. CUM. OPERUM PUBLICORUM: et in inscriptione Sertii Polensis parasiti, apud Brissonium de Form. lib. 7. pag. 698. Francof. 1592.: HOC. SCRIPTUM. VAH. QUID. LOQUOR. IMMO. SCULPTUM. Quin immo in aliis marmoribus haec sculptura inscriptionum distinguitur a scalptura, sive opere alio lapidarii, seu marmorarii; ut scalptura proprie sit opus ipsius marmorarii praeter inscriptionem, figuras, et ornatus quoscumque. Ita accipi potest inscriptio lapidaria Musei Vaticani apud Marin. Arvali pag. 693. col. 1.: TITULOS SCRIBENDOS VEL SI QUID OPERIS MARMORARI OPUS FUERIT HIC HABES. Et in tab. 42. Arvalium de marmorea inscriptione apposita, legitur: SCRIPTURAE. ET. SCALPTURAE. MARMORIS . . . SCRIPTURAE. ET. SCALPTURAE. OPERIS. PERFECTI. Et 43.: SCRIPTURAE. ET. SCALPTURAE. MARMORIS. CAUSA . . . SCRIPTURAE. ET. SCALPTURAE. ET. OPERIS. PERFECTI: ubi *scriptura* est sculptura, seu incisio characterum inscriptionis; *scalptura* autem reliquum opus marmorarii sine ornatu. *Scalpere* item sensu plane diverso a *sculpere* usurpari ab Horatio I. sat. 8. 26., et ab aliis, legenti statim apparebit. Non solum ergo hìc legas *sculpe;* sed et apud Plin. H. N. XXXV. 12. *sculpturae*, ubi ait: *Laudat et Pasitelem, qui plasticen matrem statuariae, sculpturae, et caelaturae esse dixit;* pro vulgato *scalpturae:* meoque periculo etiam apud omnes Scriptores, et Lexicographos verbum *sculpo*, derivata, et composita substituas verbo *scalpo*, derivatis, et compositis, ubicumque sermo est de operibus, in quibus inscriptiones, vel imagines hominum, et animalium, aut ornatus, aliaeve res notantur, sive in aere, marmore, ebore, vel in gemmis etc., praeter lineas; et merum lapicidae opus mechanicum; Diomedis grammaticali scoria insuper habita, cum aliis, quae effutiit Sanadon, qui legendum contendit *insculpe;* eo quod numquam legerit in bonis auctoribus nec *scalpere*, nec *sculpere*, sepulcro, aere, saxo, marmore; sine praepositione *in*. Vid. infra od. 24. 48.

Studium aufert, Neobule, Liparei nitor Hebri,
Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,
Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno,
Neque segni pede victus: catus idem per apertum
Fugientes agitato grege cervos iaculari, et
Celer arto latitantem fruticeto excipere aprum.

4 *Minervae studium.* Artes huiusmodi Minervae; quae lanificium spectant, cum omnibus instrumentis, hodieque sculptae observantur in zophoro antiqui aedificii, quod Forum Palladium nuncupatur, prope Forum Nervae; et aere incisae sunt a Sancte Bartoli in Admir. Rom. Antiq. tab. 63. et seqq. Horatium simul, et hoc anaglyphum illustrabit Manilius IV. 130. seqq.: *Nunc glomerare rudes, nunc rursus solvere lanas: Nunc tenuare levi filo, nunc ducere telas: Nunc emere, et varias in quaestum vendere vestes, Quis sine non poterant ullae subsistere gentes, Vel sine luxuria: tantum est opus! Ipsa suismet Asseruit Pallas manibus, dignumque putavit, Seque in Arachnea magnum putat esse triumphum. Haec studia, et similes ducet nascentibus artes.* Lanificium, quod opus Minervae etiam praedicatur ab Hesiodo Oper. et diер. 63. Virgil. V. Ae. 284. VII. 805., apud Romanos semper laudi fuit matronis primis, et honestissimis, ut Lucretiae apud T. Livium I. 22., Liviae Augusti, sorori, filiae, et neptibus eius, apud Sueton. in Aug. 73., et aliis feminis, quae ab Ausonio Parent. XVI. 3., et in sepulcralibus inscriptionibus passim laudantur; et praecipue in illa, quam dedi in Winkelm. Storia delle arti del dis. tom. III. pag. 202., in qua dicitur, quod MURCIA MODESTIA. PROBITATE. PUDICITIA. OBSEQUIO. LANIFICIO. DILIGENTIA. FIDE. PAR. SIMILISQUE CETERIS. PROBEIS. FEMINIS. FUIT. NEQUE. ULLI. CESSIT. Huc etiam referri posse videtur elogium Homonoeae apud Grut. p. 607. 4. Bonad. II. 375., QUAM PALLAS CUNCTIS ARTIBUS ERUDIIT.

10 *arto latitantem fruticeto* Vr. B. H. I. Ch. C. D. Va. A. B. An. A. Cr. A., alii apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Iani, Combe; *arcto* ed. Ven. 1492. Loch. Asc.

ODE XIII.

AD FONTEM BANDUSIAE.

Sacrificium fonti Bandusino promittit, eiusque amoenitatem summopere commendat.

O fons Bandusiae, splendidior vitro,
Dulci digne mero, non sine floribus

Lamb. Fabr.; *arto* Bentl. Cun. Artum, id est spissum, densum, inaccessum; quod probandum, patet vel ab ipsa fruticeti significatione; nempe locus fruticibus plenus, arbusculis sese implicantibus impeditus. Colum III. 11.: *Ager fructetis, aut arboribus obsessus*, Prudent contra Symm. II. 872.: *Tenebrosis tecta frutetis Semita.* Volutabrum etiam dicebatur. Virg. III. G. 411.: *Saepe volutabris pulsos silvestribus apros.* Et lustrum. Festus: *Lustra significant lamas lutosas, quae sunt in silvis aprorum cubilia.* Hinc apud Varron. de L. L. IV. aper versari dicitur in asperis locis, senticetis, et montibus intonsis. Ovid. VIII. Met. 376. seq.: *Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas Nec iaculis isset, nec equo loca pervia silvas.* Macrob. Sat. I. 21.: *Aper hispidus, et asper gaudet locis humidis, et lutosis.* Oppian. de Venat. III. 364. seqq.: *Aper autem Martius multum praestat inter ceteras feras. Cubilia quidem amat ultimis in recessibus praecipitiorum, et mirifice odit strepitum tumultuosum ferarum.* Artum ergo fruticetum magis illius indoli congruit, quam nemus altum: *alto fruticeto*, ut alii legunt, qui huc referunt illud Virgil. VI. Ae. 179. *stabula alta ferarum;* quod de aliis feris accipiendum. Quoniam vero fruticeta equis erant impervia, circa illa in locis angustis tendebantur retia, in quae aper a canibus excitus impingebat; et a venatoribus lancea, aut venabulo trucidabatur: quam venationem describunt Xenophon Cyneg. X. Apuleius Met. VIII. p. 154. seq. ed. Pric. Vide etiam I. od. 1. 28. epod. 2. 31. II. sat. 3. 234. Bochart. Hieroz. III. 29. Conrad. Gesnerum Hist. anim. de Quadrup. lib. 1. pag. 1039. seqq. Hinc intelligitur *excipere.*

1 *Bandusiae* Vr. B. I. Ch. A. Va. B. An. A. Ba. A., ali

Cras donaberis hoedo,
Cui frons turgida cornibus
Primis, et venerem, et proelia destinat;
Frustra: nam gelidos inficiet tibi
Rubro sanguine rivos
Lascivi suboles gregis.

mss. apud Lamb. Cruq. Bentleium, Val. Iani, Oberlin. Combe; et ita legunt Acron mss. apud Bentleium, vetus Scholiastes, idem Bentleius, Sanad. Sivr. Iani, Oberlin. Atque ita legendum, non *Blandusiae*, ut fert vulgata, quoque convincimur ex privilegio Paschalis II., de quo supra ad od. 4. 15. In eo legimus memoratum *Beatae Mariae Coenobium, et omnia, quae ad illud pertinent . . . videlicet Ecclesiam S. Salvatoris, cum aliis Ecclesiis* DE CASTELLO BANDUSII . . . *Ecclesiam S. Anastasiae apud Acheruntiam, cum Ecclesiis ad eam pertinentibus, Ecclesiam SS. Martyrum Gervasii, et Protasii* IN BANDUSINO FONTE APUD VENUSIAM. Locus hic etiam indicatur, ubi quaerendus fons est; ut recte notat Capmartin de Chaupy Mais. d'Horace, tom. III. pag. 364. 518. 537., postquam et fontem invisit, sexto circiter milliario Venusia, Horatii patria; frustra contradicente Vannetto oper tom. III. pag. 45., qui cum aliis fontem supponit in Sabinensi agro. Numquid Horatius non potuit etiam hunc fontem prope suam patriam celebrare, qui et patriae ipsius toties meminit, et aliorum locorum prope eamdem, ut cit. od. 4. 14. seqq.? Quanti autem semper faciendae sint denominationes locorum per secula etiam barbara traductae, et memoratae in monumentis publicis, unus ignorat Vannettus. Denique advertas contra Cuningamum, qui legit *Bandusie*, Bandusiam, vel Bandusium esse nomen oppidi, non fontis, qui inde Bandusinus dicitur; et apud Horatium recte *fons Bandusiae*. 4 *frons horrida*. 8 *suboles* Ch. A. Cr. A. Va. A. B. Lamb. Torr. Bentl. Cun. Baxt. Iani, Oberlin. Quod iam praestiterunt Vossius in Etym. v. *Suboles*, Cellarius, Heusingerus, aliique, ut *suboles* legatur, non *soboles*; multo melius probatur ex antiquis inscriptionibus, quarum aliquae videri possunt apud Fabrett. p. 323. 418. 686. 91. 742.

Te flagrantis atrox hora Caniculae
Nescit tangere : tu frigus amabile
Fessis vomere tauris
Praebes, et pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis impositam ilicem
Saxis, unde loquaces
Lymphae desiliunt tuae.

ODE XIV.

AD POPULUM ROMANUM.

Haec Ode laudes continet Augusti ex Hispania, devictis Cantabris, revertentis; et Vates ad festum celebrandum, populum, et se excitat.

Herculis ritu modo dictus, o plebs,
Morte venalem petiisse laurum,
Caesar, Hispana repetit penates
Victor ab ora.

Bonad. I. p. 117. 188. II. 377. seq. 508. Murat. Th. Inscr. pag. 1889. 2. Gori Symb. litt. Flor. tom. VI. p. 208. Marin. Arvali p. 282. et 828.

1 *Herculis ritu modo dictus.* Non probo comma Iani, *ritu, modo dictus;* ut sensus sit: Caesar modo dictus, seu qui nuper dicebatur Romae, ac narrabatur laurum, victoriam de Cantabris, petiisse, atque adeptus esse morte venalem; hoc est, copia poetica, morte emisse, seu redemisse; is nunc ritu, hoc est instar, Herculis, ab Hispania victor domum revertitur. Non ad reditum Herculis alludit Horatius; verum ad XII. eiusdem labores, quibus assimilat expeditionem Cantabricam Augusti, ob summam difficultatem, et periculum mortis vel ipsimet Herculi. Confer II. od. 6. 2. od. 11. 1. 12. 1. III. 8. 22. IV. 14. 41. I. epist. 12. 26. ep. 18. 55. [Bod.: *o Plebs.*]

Unico gaudens mulier marito
Prodeat, iustis operata Divis;
Et soror clari ducis, et decorae
Supplice vitta
Virginum matres, iuvenumque nuper
Sospitum. Vos, o pueri, et puellae
Iam virûm expertes, male ominatis
Parcite verbis.
Hic dies vere mihi festus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Caesare terras.

11 *puellae iam virûm expertes.* Optime Iani sic legit cum Cuningamo, et Iones; et alias aliorum opiniones fuse discutit. Puellae iam virorum expertes, sunt adhuc, nunc, innuptae; ut supra od. 10. 11. *nuptiarum expers;* II. ep. 1. 132. *cum pueris ignara puella mariti:* et Ovid. I. Met. 479. *expers viri.* Pueri, innuptaeque puellae semper coniunguntur, ut III. od. 1. 2., carm. sec. 6., et apud Virg. IV. G. 476. Vulgata lectio *iam virum expertae*, esset ut illa Petronii c. 147.: *Si non fastidis, inquit, feminam ornatam, et hoc primum anno virum expertam, concilio tibi.* Sed sensu a mente Horatii plane alieno. Interpretes, qui eam defendunt, decepti sunt particula *iam*, quam non viderunt et praeteritum, et praesens, et futurum tempus significare; ut probant exempla a Forcellino allata. Fuse etiam agit Iani de variantibus in *male ominatis;* aliis legentibus *male nominatis*, *maled ominatis* [Bod.: *male-om.*] aliis aliter; sed bene *male ominatis;* id est sinistri ominis; quod esset infandum, alienum, infaustum, impium; quo vel turbaretur, ac profaneratur res sacra, vel portendi malum videretur; iussit contra populum vel tacere, vel fari verba bona, sancta, boni ominis; ut od. 1. cit. v. 2., et ibi Porphyrio, *bona omina.* Sic iuventus, quae facile per temeritatem peccare possit, monetur, ut suppli- cationibus pia, castaque mente intersit. Vid. Ios. Castalion. Observ. II. 10.

I, pete unguentum, puer, et coronas,
Et cadum Marsi memorem duelli;
Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.
Dic et argutae properet Neaetae
Myrrheum nodo cohibere crinem:
Si per invisum mora ianitorem
Fiet, abito.
Lenit albescens animos capillus
Litium, et rixae cupidos protervae.
Non ego hoc ferrem, calidus iuventa,
Consule Planco.

ODE XV.

IN CHLORIM.

Ut, iam vetula, petulantiae, et libidini modum constituat.

Uxor pauperis Ibyci,
Tandem nequitiae fige modum tuae,
Famosisque laboribus:
Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines,
Et stellis nebulam spargere candidis.
Non, si quid Pholoen satis,
Et te, Chlori, decet: filia rectius
Expugnat iuvenum domos,
Pulso Thyias uti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi

[Bod. in inscript.: *In Chlorin.*] 2 *pone.*
[7 Bod.: *Pholoën*, et sic passim in similibus.]

Lascivae similem ludere capreae:
Te lanae prope nobilem
Tonsae Luceriam, non citharae, decent;
Nec flos purpureus rosae;
Nec poti, vetulam, faece tenus cadi.

ODE XVI.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Exsecratur insanum divitiarum amorem, seque parvo beatum ostendit.

Inclusam Danaen turris aenea,
Robustaeque fores, et vigilum canum
Tristes excubiae munierant satis
Nocturnis ab adulteris;
Si non Acrisium, virginis abditae
Custodem pavidum, Iupiter, et Venus
Risissent: fore enim tutum iter, et patens
Converso in pretium Deo.
Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo. Concidit auguris
Argivi domus, ob lucrum
Demersa exitio: diffidit urbium
Portas vir Macedo, et subruit aemulos

16 *Sed poti, vetula.*

6 *ac Venus* Cun. San. 7 *Risisset* coni. Bentl.

13 *Demersa exitio* Vr. B. Ch. A. B., meus, alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Talb. Bentl. Iani, Combe, laudat Priscianus p. 890.; sic edd. Med. 1476. Venn 1478. 1479. 1486. 1490. 1492. Loch. Asc. Mur. Bentl. Baxt. Cun. San. Iani, Oberl. Praeter haec, ut bene adnotant Bentl. et Iani,

Reges muneribus: munera navium
Saevos illaqueant duces.
Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumque fames. Iure perhorrui
Late conspicuum tollere verticem,
Maecenas, equitum decus.
Quanto quisque sibi plura negaverit,
A Dîs plura feret. Nil cupientium
Nudus castra peto; et transfuga divitum
Partes linquere gestio;
Contemptae dominus splendidior rei,
Quam si, quidquid arat impiger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Purae rivus aquae, silvaque iugerum

demergi, et *excidium* minime inter se conveniunt. Alii mss. nostri, alii apud Iani, et editiones habent *excidio*, vel *exscidio*. Eadem varietas notata I. od. 15. 22. 22 *A Dîs* Ch. A. B. C. D. Cr. A. Va. A. B. Ba. A., meus, edd. Med. 1476. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1492. 1509. Ald. 1501. Iunta 1503. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur. Cruq. Torr. Heins. Talbot, Baxt. Gesn. *Ab Dîs* multi mss. et editiones: praeferunt Bentl. et Iani, qui addit, ceteros *ab* in codicibus neglexisse. 25 *Contentae*. 26 *impiger* Vr. B. H. I. Ch. A. B. C. D. Cr. A. Va. A. B. An. A., meus, alii multi apud Lamb. Cruq. Torr. Pulm. Bentl. Val. Iani, ed. Princ. Med. 1476. Ven. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492. Flor. 1482. Zar. Asc. Heins. Baxt. Bentl. Cun. Gesn. Iani, Oberl. *Non piger* pauci Mss. apud Lamb. Iani, ed. Ven. 1492. Aldus 1501. Iunta 1503. Basil. Muret. Cruq. Steph. T. Fab. Torr. Rutg. Fabr. Dacer. Talbot, Iones, Valart [Bodon.] Solus timor de metro, ut bene Iani, protulit hoc *non piger*, ex glossemate; sed is in caesura vanus. Vid. I. od. 13. 6., et Canter. Nov. lect. IV. 2.

Paucorum, et segetis certa fides meae,
Fulgentem imperio fertilis Africae
Fallit sorte beatior.
Quamquam nec Calabrae mella ferunt apes,
Nec Laestrygonia Bacchus in amphora
Languescit mihi, nec pinguia Gallicis
Crescunt vellera pascuis:
Importuna tamen pauperies abest;
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
Contracto melius parva cupidine
Vectigalia porrigam,
Quam si Mygdoniis regnum Alyattei
Campis continuem. Multa petentibus
Desunt multa. Bene est, cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

ODE XVII.

AD AELIUM LAMIAM.

Eius nobilitatem laudat; deinde admonet, ut diem crastinum, pluvium forsan, hilariter exigat.

Aeli, vetusto nobilis ab Lamo,
(Quando et priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, et nepotum
Per memores genus omne fastos,
Auctore ab illo ducis originem:)
Qui Formiarum moenia dicitur
Princeps, et innantem Maricae
Littoribus tenuisse Lirim,

[2-5. omissi in Bodon.] 8 *Lirin, Lyrin.*

Late tyrannus; cras foliis nemus
Multis, et alga littus inutili
Demissa tempestas ab Euro
Sternet; aquae nisi fallit augur
Annosa cornix. Dum potes, aridum
Compone lignum: cras genium mero
Curabis, et porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.

ODE XVIII.

AD FAUNUM.

Deum silvestrem precatur, ut per suos transiens agros sibi, suisque sit propitius.

Faune, Nympharum fugientum amator,
Per meos fines, et aprica rura
Lenis incedas, abeasque parvis
Aequus alumnis;
Si tener pleno cadit hoedus anno,
Larga nec desunt Veneris sodali
Vina craterae; vetus ara multo
Fumat odore.
Ludit herboso pecus omne campo,
Quum tibi Nonae redeunt Decembres:
Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus:

11 *Emissa* coniicit Cun. [14 Bod.: Genium.] 15 *porca* Cun., nulla data ratione, Forte, ait Iani, ob III. od. 23. 4. Sed hìc non agitur de sacrificio; verum de epulis, quibus etiamnum sunt in deliciis porci teneri, et bimestres, lactentes.

4 *Laetus.* 7 *cratere, crateri.* 12 *pardus.*

Inter audaces lupus errat agnos:
Spargit agrestes tibi silva frondes:
Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

ODE XIX.

AD TELEPHUM.

Reprehendit eum iocose, quod, veteres historias describens, ea negligat, quae ad iucunde vivendum spectant.

Quantum distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras, et genus Aeaci,
Et pugnata sacro bella sub Ilio:
Quo Chium pretio cadum
Mercemur, quis aquam temperet ignibus,
Quo praebente domum, et quota
Pelignis caream frigoribus, taces.
Da Lunae propere novae,
Da Noctis mediae, da, puer, auguris
Murenae: tribus, aut novem
Miscentur cyathis pocula commodis.
Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia,

1 *distat.* 2 *non timidus pro patria mori* Vr. I. Ch. C. D. Va. A. An. A., alii apud Iani. 11 *Murenae* e nummis, et marmoribus scriptis; item a Graeco Μουρήνας. Al. *Muraenae.* 12 *Miscentor.*

Nudis iuncta sororibus.
Insanire iuvat: cur Berecyntiae
Cessant flamina tibiae?
Cur pendet tacita fistula cum lyra?
Parcentes ego dexteras
Odi: sparge rosas! audiat invidus
Dementem strepitum Lycus,
Et vicina seni non habilis Lyco.
Spissa te nitidum coma,
Puro te similem, Telephe, Vespero,
Tempestiva petit Rhode:
Me lentus Glycerae torret amor meae.

ODE XX.

AD PYRRHUM.

Ne formosum Nearchum a sua puella abstrahat.

Non vides, quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Gaetulae catulos leaenae?
Dura post paullo fugies inaudax
Proelia raptor;

18 *Berecyntiae.* Vid. I. od. 18. 13. 20 *pendent.* Cun. 27 *Rhode* Ch. A. Cr. A. a 2. m., alii optimi mss. apud Cruq. Fabr. Pulm. Bentl. Ian., Combe; ita Acron, ed. Princ. Basil. 1555. Bentl. Cun. Bos, Iani, Oberlin. Rhode, ut notat Bentleius, libertinarum nomen, saepius occurrens apud Comicos, et in marmoribus scriptis, apud Grut. p. 475. 5716. 6. Malvas. Marm. Felsin. p. 415. Marin. Arvali p. 583., et Act. Apostol. XII. 13. Alii mss. apud Lamb. et Bentl. *Rhoda.* Editiones primae, et mss. multi, ut vulgo nunc, *Chloe.* Sed Chloe, de qua I. od. 23. 1. III. 9., unde huc irrepsit, amabatur ab Horatio; Rhode a Telepho.

1 *Num.* 2 *Gaetulae.* Vid. 1. od. 23. 10. 3 *post paullum.*

Quum per obstantes iuvenum catervas
Ibit insignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi praeda cedat
Maior, an illi.
Interim, dum tu celeres sagittas
Promis, haec dentes acuit timendos:
Arbiter pugnae posuisse nudo
Sub pede palmam
Fertur; et leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa
Raptus ab Ida.

ODE XXI.

AD AMPHORAM.

Iocose eam admonet, ut vinum vetustum in Corvini gratiam effundat.

O nata mecum consule Manlio,
Seu tu querelas, sive geris iocos,
Seu rixam, et insanos amores,
Seu facilem, pia testa, somnum;
Quocumque lectum nomine Massicum
Servas, moveri digna bono die;
Descende, Corvino iubente,
Promere languidiora vina.
Non ille, quamquam Socraticis madet

10 *acuit superbos* ms. Alt. apud Iani. 15 *Nereus.*

1 *Mallio.* 2 *genis* Cun. 5 *Numine* Vr. B. a 2. m., quod coniecerant Bentleius, et Sivrius.

Sermonibus, te negliget horridus:
Narratur et prisci Catonis
Saepe mero caluisse virtus.
Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro: tu sapientium
Curas, et arcanum iocoso
Consilium retegis Lyaeo:
Tu spem reducis mentibus anxiis,
Viresque; et addis cornua pauperi,
Post te neque iratos trementi
Regum apices, neque militum arma.
Te Liber, et, si laeta aderit, Venus,
Segnesque nodum solvere Gratiae,
Vivaeque producent lucernae,
Dum rediens fugat astra Phoebus.

ODE XXII.

AD DIANAM.

Ei pinum villae suae imminentem consecrat, verris sanguine quotannis tingendam.

Montium custos, nemorumque, Virgo,
Quae laborantes utero puellas

10 *negleget*, *negligit* Bentleius ex duobus mss., et argutiis ineptis: eum sequitur Cun. 12 *incaluisse* Bentleius, spreta omni librorum auctoritate, e Mario Victorino Grammatico ap. Putsch. p. 2606. 13 *amoves* Vr. B. a 2. m. Va: A., alii apud Glarean. et Iani. Horatius imitatus est Diphilum Comicum, apud Stobaeum, ex versione Hug Grotii in Excerpt. ex Trag. et Com. p. 796. Paris. 1626.: *O vere sapiens, ac merito sapientibus Amicum, Liber, numen, quam multum iuvas! Tu namque solus cornua addis pauperi:*

Ter vocata audis, adimisque leto,
Diva triformis;
Imminens villae tua pinus esto,
Quam per exactos ego laetus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

ODE XXIII.

AD PHIDYLEM.

Dii puris manibus, et conscientia vitae bene actae sunt colendi.

Caelo supinas si tuleris manus
Nascente Luna, rustica Phidyle;
Si thure placaris, et horna
Fruge Lares, avidaque porca;
Nec pestilentem sentiet Africum
Fecunda vitis, nec sterilem seges

Ingenio duro lene tormentum admoves, Suppeditas arma inermi, timido audaciam. Vid. I. ep. 5. 17.

3 *letum.* 5 *tua pinus esto.* Ut hìc pinus dedicatur Dianae custodi nemorum, sive etiam quia pinus propria erat Isidi, quae eadem cum Diana, teste Plut. de Iside p. 372. D.; ita in marmore apud Donat. Suppl. Mur. II. p. 38. n. 5, ex Sponio sect. III., T. Pomponius Victor Procur. August. Silvano vovet in haec verba:

TU ME MEOSQUE REDUCES ROMAM SISTITO
DAQUE ITALA RURA TE COLAMUS PRAESIDE
EGO IAM DICABO MILLE MAGNAS ARBORES

4 *porca.* Vid. ad II. ep. 1. 143.

Robiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.
Nam, quae nivali pascitur Algido,
Devota, quercus inter, et ilices;
Aut crescit Albanis in herbis
Victima, Pontificum secures
Cervice tinget. Te nihil attinet
Tentare multa caede bidentium
Parvos coronantem marino
Rore Deos, fragilique myrto.
Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollivit aversos Penates
Farre pio, et saliente mica.

7 *Robiginem* Ch. A., alii apud Iani: vera, et antiqua scriptura, quam hic sequuntur Cruq. Bentl. Cun. Iani, Oberlin.; probat Cellar. Orthogr. Lat. I. p. 34. Ita Virgilius Carpensis, notante Pierio: sed praesertim est indubium ex antiquis marmoribus scriptis apud Donat. Suppl. Murat. I. col. 210. Phil. a Turre Mon. vet. Ant. pag. 317., et ex Calendario Verrii Flacci, aevi Augustaei, apud Fogg. p. 63., ubi *robigo*, et *robigalia*. 8 *Pomifero anno*, pro in autumno. Marklandus ad Stat. Sylv. I. 3. 8. p. 35. ex ingenio emendat, *Pomiferi anni:* indocte. Vid. II. sat. 6. 19. 11 *in hortis*. 12 *securim* mss. apud Bentleium, quos ipse sequitur, et Cun.; sed hos confutat Iani.

19 *Mollivit* Ch. A. B. a 2. m., alii apud Cruq. Pulm. Bentl. Iani, Combe; Acron ms. apud Bentl., ed. Princ. Medd. 1476. 1477. 1502, Venn. 1478. 1479. Bentl. Gesn. Val. Iani, Oberlin. Praeteritum tempus *mollivit*, ut bene notat Iani, ut ante *tetigit*, pro praesenti: venusta, et poetis solemni enallage. Confer Heyne ad Tibull. I. el. 4. 27. *Mollirit* Cun ex ms. Gogav., et inde San.: ita etiam meus. Al. *Mollibit*, suffragantibus mss. multis, et editoribus. *Adversos*.

ODE XXIV.

IN AVAROS.

Seculi sui vitia insectatur, et eorum remedium proponit.

Intactis opulentior
  Thesauris Arabum, et divitis Indiae,
Caementis licet occupes
  Tyrrhenum omne tuis, et mare Apulicum;
Si figit adamantinos
  Summis verticibus dira Necessitas
Clavos; non animum metu,
  Non mortis laqueis expedies caput.
Campestres melius Scythae,
  Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Vivunt; et rigidi Getae,
  Immetata quibus iugera liberas
Fruges, et Cererem ferunt,
  Nec cultura placet longior annua;
Defunctumque laboribus
  Aequali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus
  Privignis mulier temperat innocens:

4 *mare Apulicum* Va. A. B., alii apud Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Talb. Bentl. Val. Iani; et probant iidem Lamb. Torr. Bentl. Baxt. Cun. San. Gesn. Iones, Iani, Oberlin. Apulia opposita Campaniae; Mare Apulicum Tyrrheno. Al. *Ponticum*, *Punicum*, *Publicum*. 6 *dura* Bentl. Cun. San. ex ingenio, contra mss. omnes, et editiones. Necessitas perpetuo dicitur *dira*, ut a Val. Maximo II. 10. 6., et *saeva* I. od. 35. 17., et ab omnibus.

Nec dotata regit virum
Coniux, nec nitido fidit adultero.
Dos est magna parentium
Virtus, et metuens alterius viri
Certo foedere castitas;
Et peccare nefas, aut pretium est mori.
O quisquis volet impias
Caedes, et rabiem tollere civicam;
Si quaeret, Pater urbium
Subscribi statuis, indomitam audeat

21 *parentum* Ch. A. B. An. A., aliqui mss. apud Bonfin. et Iani. Necessitate quidem metri hìc legendum *parentium*, ut habent ceteri. Et hanc vocem communi usu adhibitam fuisse, etiam ex marmoribus scriptis probat Fabrett. p. 99. n. 221. Marin. Arv. p. 21. 24 *pretium est mori.* Ita mss. quos vidi, omnes, praeter Va. A. B., qui habent *pretium mori*, ut etiam aliqui alii apud Bentl. Iani [Bodon.]; ita Porphyrio, Comm. Cruq. Asc. Heins. Unus Pulm. *pretium emori*, quem sequuntur Baxt. Gesn. Cun. San. Iani, Oberlin. Sed prima lectio est aliorum mss., Acronis, et vulgata.

26 *Caedes, aut rabiem* Vr. B. I. Ch. C. D., alii apud Pulm., et ita admittunt Iunta 1503. Basill. Fabr. Mur. Cruq. Torr. Rutg. Cuning.; et erat Lambini tempore vulgata lectio. Sed *caedes, et* omnes alii nostri, omnes Lambini, Bentl. Pulm. Iani, edd. Venn. 1. 3. 4. Locher. Ascens. Fab. Steph. Dacer. Bentl. San. Val. Iani, Oberl. Pater urbium recte vocabitur, qui tollet impias caedes, id est, contra pietatem patriae debitam patratas; et rabiem civicam, intestina odia, factiones in patria, et contra eamdem, e quibus Roma paullo ante emerserat; et quibus denuo affligi eam posse videbant oculati cives. Caussam, et effectus avertere debebat qui bene de patria mereri, et Pater eius dici publico decreto cupiebat: *Pater patriae*, ut Cicero, Augustus, alii. *Belli civilis rabies* dicitur a Valer. Max. V. 8. 5., et Cl. Mamert. Paneg. III. Maxim. 16.: *Tandem bella civilia ad gentes illa vesaniae dignas transtulistis; omnemque illam rabiem*

Refrenare licentiam,
Clarus postgenitis; quatenus, heu nefas!
Virtutem incolumen odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.
Quid tristes querimoniae,
Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges, sine moribus
Vanae, proficiunt? si neque fervidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Boreae finitimum latus,
Durataeque solo nives
Mercatorem abigunt? horrida callidi
Vincunt aequora navitae?
Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quidvis et facere, et pati,
Virtutisque viam deserit arduae?
Vel nos in Capitolium,
Quo clamor vocat, et turba faventium;

extra terminos huius Imperii in terras hostium distulistis. 27 *Si quaerit.* 30 *Carus.* [Bodon.: *post-genitis.*] 32 Vid. H. ep. 1. 13. 39 *gelu nives* Bentleius ex ingenio. 44 *deserere* Bentleius, et Iani longis rationibus nullius momenti. 46 *turba faventium.* Horatium hic alludere puto ad tertium Pompeii M. triumphum, quo ille gemmas, et aurum Romam attulit enormis valoris: et cui omnes initium immodicae luxuriae, in gemmis praesertim, attribuerunt. De illo in primis ad sensum Horatii queritur Manilius V. 513. seqq.: *Hinc Pompeia manent veteris monimenta triumphi; et Mithridateos vultus induta tropaea; et quod erat Regum decus, id fuit una malorum Non extincta lues, semperque recens ea flammis. Hinc lenocinium formae, cultusque repertus Corporis, atque auro quaesita est gratia frontis: Perque caput ducti lapides, per colla, manusque: Et pedibus niveis fulserunt aure*

Vel nos in mare proximum
Gemmas, et lapides, aurum et inutile,

rincla. Quid potius matrona velit tractare creatum, Quam factum revocare suos quod possit ad usus? Plinius vero, qui H. N. XXXVII. 1. triumphum describit, aurum, et gemmas enumerat; illum veriorem luxuriae triumphum; atque margaritas, prodigam rem, et feminis repertam dicit; additque: *Victoria illa Pompeii primum ad margaritas, gemmasque mores inclinanit.* Recens hoc publicum vulnus honestatis, et morum, detestatur Horatius ut summi materiem mali; et ni vellent cum adulatoribus faventibus plaudere Pompeio triumphanti in Capitolio; gemmas, lapides, et aurum proiicerent in proximum mare Tyrrhenum, ne redirent in usum, et eorum etiam memoria aboleretur. Marcilius, aliique putant, velle Horatium, ut omne aurum Iovi Capitolino consecretur.

48 *Gemmas, et lapides, aurum et inutile.* Quamquam ab antiquis scriptoribus promiscue usurpentur hae voces *gemma*, et *lapis*, de lapidibus pretiosis cuiuscumque naturae, et speciei, atque etiam de unionibus, seu margaritis; ut notant Drakenb. ad Sil. Ital. XII. 231., et Brouckh. ad Tib. I. el. 9. 39.; non tamen hìc confundendae sunt; aut distinguendae cum Iuvencio, ut gemmae pellucidae sint, ac perspicuae, ut adamas; lapides vero dicantur aliae quaelibet gemmae non perspicuae, ut iaspis etc. Gemmae hìc sunt omnes lapides pretiosi, onyx, sardonyx, chalcedonius, chrysolithus, iaspis, smaragdus, achates, amathystus, sapphirus etc., ex quibus singulis annuli fiebant, et de quibus Theophr. Plinius, Marbodaeus, Galeottus in praef. ad Mus. Odesc., aliique; praesertim si sculptura erant insignes; cava ad signandum, Ital. *intaglio;* vel protuberante, aut exstante, ectypa, *cameo*, ad solum ornatum; aut etiam maiori forma, quibus matronarum torques, et armillae contexerentur; vel fibulae, quibus circa humeros hominibus, vel ante pectus feminis vestium partes obfirmarentur. Magno eas in pretio fuisse veteribus, constat praesertim ex Plinio H. N. XXXIII. 1., ubi inter alia scribit: *Multis hoc modis, ut cetera omnia, luxuria variavit; gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuque opimo digitos one-*

Summi materiem mali,

Mittamus. Scelerum si bene poenitet, 50

rando... Mox et effigies varias caelando; ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. Sen. N. Q. VIII. 31.: *Exornamus annulis digitos, et in omni annulo gemma disponitur.* Mart. V. ep. 11. 3.: *Multas in digitis, plures in carmine gemmas Invenies.* Lampridius de Antonio Helagabalo: *In calceamentis gemmas deferebat, et quidem sculptas; quod risum movebat omnibus: quasi sculpturae nobilium artificum videri possent, quae in gemmis adhaerebant.* Sunt vero *lapides*, vel *lapilli*, uniones, margaritae, baccae, Ital. *perle*, quae praesertim inauribus, vel monilibus aptabantur. Manil. V. 519.: *Perque caput ducti lapides, per colla, manusque.* Ovid. I. de Art. amand. 434.: *Elapsusque cava fingitur aure lapis?* Sen. Hipp. 391.; *Nec virens lapis Diducat aures, Indici donum maris.* Plin. IX. 35. Vid. et Bartholin. de Inaur. vet. cap. 3. Adde nostrum Hor. epod. 8. 14. I. sat. 2. 80. II. sat. 3. 241. Et gemmae huiusmodi, atque lapides erant in deliciis Romanis mulieribus, quarum in sepulcris saepe inveniuntur; et ideo materies summi mali quoad mores, quos hìc carpit Poeta. De hac mulierum vanitate omnes fere auctores. Ovid X. Met. 264.: *Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo; Aure leves baccae, redimicula pectore pendent.* De Med. fac. 20. seq.: *Conspicuam gemmis vultis habere manum: Induitis collo lapides Oriente petitos.* De Arte am. III. 129.: *Vos quoque non caris aures onerate lapillis, Quos legit in viridi discolor Indus aqua. Nec prodite graves insuto vestibus auro: Per quas nos petitis, saepe fugatis, opes.* Mart. XI. ep. 50. 4.: *Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis.* Sil. Ital. XII. 230.: *Miro candoris honore Lucet in aure lapis, rubris advectus ab oris.* Prudent. Hamartig. 261. seqq.: *Ac velut artificis Domini manus imperfectum Os dederit, quod adhuc res exigat aut hyacinthis Pingere sculptilibus redimitae frontis in arce; Colla vel ignitis sincera incingere sertis, Auribus aut gravidis virides suspendere baccas.*

49 *materiam.* 50 *Mittamus. Scelerum.* Contra omnes fere editiones, Gesnerus, Schmid, Iani, atque alii, inter-

Eradenda cupidinis
Pravi sunt elementa; et tenerae nimis
Mentes asperioribus
Formandae studiis. Nescit equo rudis
Haerere ingenuus puer,
Venarique timet; ludere doctior,
Seu Graeco iubeas trocho,

pungunt: *Mittamus, scelerum si bene poenitet.* Ut referatur ad ea, quae praecedunt. Sed contextus aliter suadet. *Bene* ad *eradicanda elementa*, et *teneras mentes* refertur: nempe si principiis tot malorum efficax remedium afferre volumus, educationi puerorum serio instandum est; ut eorum mentes ab ipsis teneris unguiculis recte instituantur, formentur, ut ab eis radicitus elementa ipsa cupidinis divitiarum, luxusque immodici, quae Romanorum mores corruperant, evellantur. Nam etiam iuxta Apostolum Paullum I. ad Timoth. 6. 10.: *Radix omnium malorum est cupiditas.* Si igitur eradicanda sunt elementa; asperioribus studiis *formandae* erunt puerorum mentes, non *firmandae*. [ut legit Bentl.] Horatium videtur imitatus Iuvenalis XIV. 173. seqq: *Inde fere scelerum caussae, nec plura venena Miscuit, aut ferro grassatur saepius ullum Humanae mentis vitium, quam saeva cupido Immodici census.* Et 215.: *Parcendum est teneris: nondum implevere medullas Naturae mala.* 52 *Pravae.* 54 *Firmandae* Bentleius, argutationibus; quem sequuntur Cun. San. Sivr.: item Gesnero placet emendatio, nec laude ingenii carere videtur Iani. At pueri sunt formandi dictis, ut I. sat. 4. 121. Et est verbum technicum in educatione, ut I. od. 10. 2. 3. II. ep. 1. 128. de Art. poet. 108. 307.: seu fingendi, alio verbo simili, ut III. od. 6. 22. I. ep. 2. 64. de A. p. 366. 367. Val. Maxim. V. 4. 5.: *Solida virtus nascitur magis, quam fingitur:* et VIII. 7. 2. in extr.: *Magorum exactissimae prudentiae se formandum tradidit.* Vid. et Ovid. III. Met. 288. Plin. I. epist. 14. Paneg. 47. Stat. I. Achill. 477. Quinctil. Inst. Or. I. in prooem. Denique prius puer debet discere, ut supra od. 2 princ.

Seu malis vetita legibus alea;
Quum periura patris fides
Consortem, socium fallat, et hospitem;
Indignoque pecuniam
Heredi properet. Scilicet improbae
Crescunt divitiae: tamen
Curtae nescio quid semper abest rei.

ODE XXV.

AD BACCHUM.

Caesaris Augusti laudes, Baccho auspice, exsequi meditatur.

Quo me, Bacche, rapis tui
Plenum? Quae nemora, aut quos agor in specus,

60 *Consortem, socium fallat, et hospitem.* Recte iam viderant Bentleius, Dacerius, et Cuningamus, consortem distinguendum a socio, ut iam distinxerat Porphyrio; sed primus amabat supplere *et; Consortem, et socium:* Dacerius *Consortem, socium;* Cuningamus *Consortes, socium.* Consortem, et socium diversa significare, indubium est; quidquid argutentur Iani, et alii interpretes ex iure civili. Cicero ipse distinxit de cl. Orat. I.: *Socium, et consortem gloriosi laboris amiseram.* Sen. de Benef. VII. 12. Consors de fratribus etiam, et sororibus dicitur ab Ovid. XI. Met. 346. III. ex Ponto 2. 47. Her. XIII. 61. Tibull. II. el. 5. 24,: praesertim si eorum patrimonium, vel hereditas sit indivisa; cf. Fest. v. *Sors*, Cicer. V. in Verr. 23. T. Liv. XLI. 27. Plin. VIII. ep. 18., ubi de Domitio Tullo ait: *Consors frater in patria potestate ... quem socium etiam in liberis habuit.* Sensus ergo erit, patrem periurum nullo discrimine fallere sanguine coniunctum, fratrem etiam condominum, socium, et hospitem: quod quam criminosum, et detestabile haberetur apud veteres, notum est. Vid. II. ep. 1. 122.

2 *Quae in nemora, et quos.* Iani ex paucis mss. praefert

Velox mente nova? Quibus
Antris egregii Caesaris audiar
Aeternum meditans decus
Stellis inserere, et consilio Iovis?
Dicam insigne, recens, adhuc
Indictum ore alio. Non secus in iugis
Exsomnis stupet Evias,
Hebrum prospiciens, et nive candidam
Thracen, ac pede barbaro
Lustratam Rhodopen; ut mihi devio
Ripas, et vacuum nemus
Mirari libet. O Naiadum potens,

nemora quos. Recepit Oberlinus. 6 *consilio Iovis* Ch. A. B., alii mss. apud Cruq. Torrent. Iani, Comment. Cruq., edd. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1486. 1492. Flor. 1482. Loch. Basil. 1555. 1580. Land. Cruq. Torr.; et revocavit Iani iam fere obliteratam ab alia vulgata *Concilio*, ut doctiorem, et sublimiorem. Consilium enim est Senatus Iovis, designans supremos illos Caelestes, qui in administratione assessores sunt, et consiliarii: quae notio in *concilio* non inest. Vid. Forcellin. et Gesner. in Lex., et Ernestum Clav. Ciceron. v. *Consilium*.

9 *E somnis* edd. Princ. Flor. 1482. Ven. 1486. Land. Cuning. San. *Exsomnis* etiam occurrit apud Virg. VI. Ae. 556. Vellei. Paterc. II. 88. et 127. Sil. Ital. IX. 5. Graece ἔξυπνος. Nocturna erant Bacchi sacra, et ad Lunam.

12 *Lustratum Rhodopen; ac mihi.* Iani, et cum eo Oberlinus, post *Rhodopen* punctum ponunt, ut inde novam sententiam constituant; quod iam fecerant Lamb. Torr. Baxt. San. Ion., nulla adducta ratione; immo contra sensum comparationis cum Baccha. 13 *Rupes* legit primus Muretus contra fidem mss., atque editionum; et eum sequuti sunt Lamb. Steph. Fab. Dacer. Despr. Heins. Cun. San. Ion., plurimique alii; quod nusquam simpliciter *ripa* ponatur, sine mentione fluminis, aut aquae. Hoc falsum esse patet vel ex III. od. 1. 23. Deinde ex comparatione

Baccharumque valentium
Proceras manibus vertere fraxinos!
Nil parvum, aut humili modo,
Nil mortale loquar. Dulce periculum est,
O Lenaee! sequi Deum
Cingentem viridi tempora pampino.

ODE XXVI.

AD VENEREM.

Senectute iam confectus, lyrae, et rebus amatoriis valedicit: Chloe poenam imprecatur, ut amet.

Vixi puellis nuper idoneus,
Et militavi non sine gloria:
Nunc arma, defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit,
Laevum marinae qui Veneris latus
Custodit. Hic, hic ponite lucida

cum Baccha prospiciente Hebrum, de quo I. od. 25. 20., arguimus, etiam Horatium scripsisse circa nemus, et ripas dilecti sui Tiburis; ut IV. od. 2. 31. Bentleius ex ingenio legit *rivos*. 18 *est* reiecit Iani ex uno mss. et edit. Ven. 1478. [Reiecerunt etiam editores Parm.]

20 *Cingentem*. Turbae hìc Interpretum, ad quem referatur *cingentem*. Baxt. et Gesn. non referunt ad Deum; sed ad illum, qui sequitur Deum. Alii *Deum cingentem* iungunt; sed dubitant cum Acrone, et Porphyrione, sibine dicatur Deus cingere tempora; an his, qui ipsum sequuntur. Sed bene Iani, ut sit Deus cingens sibi, seu cinctus viridi tempora pampino, ut IV. od. 8. 33. Item decidit Sen. Med. 69. seq., qui nostrum imitatur: *Huc incede gradu marcidus ebrio Praecingens roseo tempora vinculo.*

Funalia, et vectes, et arcus
Oppositis foribus minaces.
O, quae beatam, Diva, tenes Cyprum, et
Memphin carentem Sithonia nive,
Regina, sublimi flagello
Tange Chloen semel arrogantem.

ODE XXVII.

AD GALATEAM.

Abeuntem et votis prosequitur, et de periculis monet, Europesque fata docet.

Impios parrae recinentis omen
Ducat, et praegnans canis, aut ab agro
Rava decurrens lupa Lanivino,
Fetaque vulpes:

7 *Vectes, et harpas* Cuning. San. *Securesque* Bentleius. 10 *Memphin* Ch. B. C. D., alii mss. apud Iani, edd. Princ. Venn. 1478. 1479., Fab. Dac. Bentleius, Cun. San. Iani Oberl.; doctiori forma. Al. *Memphim. Sythonia*, *Scithonia*, *Scythonia*, errores. *Sithonia* solitum apud poetas nivis epitheton, ad ornatum ab insigniori genere; nam Thracia frigore nobilis, ut bene adnotat Iani. Vid. ad I. od. 25. 20. Hinc apud Ovid. III. Amor. 7. 8 : *Brachia Sithonia candidiora nive.* Quem si vidissent Torrentius, et Fab. Dacer. et Brouckhus. ad Prop. III. el. 11. 6., non graviter reprehendissent nivem Sithoniam in Horatio.

2 *Ducit, aut* Cun. San. 4 *Lanivino.* Varietas in mss. et editionibus. *Lanvino* Ch. A. Ba. A. Va. A. ed. Princ. Flor. 1482. Ven. 1486. *Lanubino* Ch. A. C. ed. Ven. 1478. *Lanibino* ms. apud G. Fabr. *Lanuvino* Ven. 1479. Naevius in fabula Ariolo apud Macrob. Sat. II. 14. *Lanuvini hospites:* Cloatius apud eumdem 15. *Pirum Lanuvinum*, et idem Macrob. I. 3. *Lanuvii.* Propertius IV. el. 8. 3. ed. Sant.

Rumpat et serpens iter institutum, 5
Si per obliquum similis sagittae
Terruit mannos. Ego cui timebo,
Providus auspex,

Lanuvium; inde *Lanuvino* hìc Lambinus, et vulgo alii. [ut Bod.] *Lanivino* Va A. edd. Ven. 1492. Aldi 1501. Eadem varietas in marmoribus scriptis. IUNO LANUMVIANA apud Fabrett. p. 603. n. 37. IUNO LANUMVINA in basi statuae Musei Capitolini apud Bottar. III. 5. In marmore apud Marin. Arvali p. 561. LANVINORUM. Fragmentum inter Marm. Taurin. II. p. 73., et apud Donat. Suppl. Mur. p. 338. 6. LANUVINO; apud Murat. p. 1098. 1.: C. SALLIO C. F. PROCULO SACERDOTI LANUVINORUM IMMUNI.; apud Vulp. Lat. vet. tom. V. p. 69.: P. SEXTILIO ... SODALI SACRORUM LANUVINORUM. Sed Mancinellus legendum putavit *Lanivino*, ex marmore, quod viderat in urbe olim, nunc oppido eodem *Civita Lavinia* nuncupato; quodque habes etiam apud Grut. p. 330. 3. Vulp. p. 31., ubi S. P. Q. LANIVINUS. Et rectius: ita enim legitur etiam in aliis marmoribus ad eamdem urbem spectantibus, ibique repertis; ut in illo sub Claudio Imp., nunc Musei Vaticani, apud eumdem Marin. pag. 224. similiter habetur SENATUS P. Q LANIVINUS. In alio apud Vulp. p. 23. S. P. Q. LANIVINUS. Item p. 85., et Murat. II. p. 1052. 6.: REDEMPTOR OPERUM PUBLICORUM LANIVINORUM. In alio denique apud Grut. p. 381. 1. *C. Caesonius* dicitur CUR. RP. LANIVINORUM. Hinc ex nomine *Lanivium* potius, quam *Lanuvium*, ortam puto confusionem mssrum, et variationem pro *Lavinium*, et viceversa, una syllaba postposita; ut saepissime accidit scribentibus, et typographis: de quibus vocibus restituendis passim agunt critici. Vid. Sigon. ad Liv. VIII. 13. Interpretes ad Suet. in Aug. 72. Heins. ad Ovid. III. Fast. 60., et cum Drakenb. ad Sil. Ital. XIII. 364. Burmann. ad Propert. I. c. Cluver. Ital. ant. p. 936. seq. Eckhel Doctr. vet. numm. vol. V. p. 268. 273. 5 *Rumpit* Bentl. Cun.

6 *Ego quid, Ego cur.* Recte *cui.* Praeter auctoritatem mss. et editionum; ita Ovid. II. Amor. II. 9. ad amicam

Antequam stantes repetat paludes
Imbrium divina avis imminentum,
Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.
Sis licet felix, ubicumque mavis;
Et memor nostri, Galatea, vivas;
Teque nec laevus vetet ire picus,
Nec vaga cornix.
Sed vides, quanto trepidet tumultu
Pronus Orion. Ego, quid sit ater
Hadriae, novi, sinus; et quid albus
Peccet Iapyx.
Hostium uxores, puerique caecos
Sentiant motus orientis Austri, et
Aequoris nigri fremitum, et trementes
Verbere ripas.

aeque navigantem: *Quid tibi, me miserum, Zephyros, Eurosque timebo?* 14 *At mem.* Cun. San. 18 *Pronus Orion.* Cum Iani interrogandi signum aufero, quod alii plurimi apponunt: melius enim convenit monitoris affectui simplex punctum. Eadem ratione sine interrogativo dedimus I. od. 24. 15. Quum Orion pronus esset, nempe vergens ad occasum; occidit autem sub finem Novembris; Galatea facile per se cognoscere poterat, tunc mare clausum, et navigationi tempus periculosum esse.

19 *Hadriae.* Vid. ad I. od. 3. 15. 22 *Austri.* Hic ventus est comes Orionis, ut I. od. 28. 21.; hinc maxime furit eo occidente. Virg. I. Ae. 556. (?) Perperam igitur primus Muretus ex ingenio, et deinde Lambinus, pro *Austri* dederunt *Haedi* ex III. od. 1. 28.; quos refutarunt Bentl. et Iani. Haedi, duae stellae in laeva manu Aurigae, pridie Non. Octobr. oriuntur vespere. Colum. XI. 2. 73.

23 *et gementes* coni. Bentleius.

24 *Verbera ripas* Baxt. *verbere rupes* Cun.

Sic et Europe niveum doloso
Credidit tauro latus, et scatentem
Belluis pontum, mediasque fraudes
Palluit audax.
Nuper in pratis studiosa florum, et
Debitae Nymphis opifex coronae,
Nocte sublustri nihil astra praeter
Vidit, et undas.
Quae simul centum tetigit potentem
Oppidis Creten; pater! o relictum
Filiae nomen, pietasque! dixit
Victa furore.

26 *latus*, *at* Bentl. 36 *Victa furore.* Varie tentatur locus, atque emendatur a Bentleio, et Cuningamo: qui cum pluribus aliis Interpretibus conveniunt, ut nomen patris relictum dicatur a filia, et pietas furore victa intelligatur. In eamdem sententiam ivit Iani. Sed nulla emendatione opus est. Ipsa Europe, *victa furore* contra taurum, in se reversa *dixit*, seu exclamavit, ex naturali affectu vocans patrem, quem reliquerat quidem decepta amore tauri; sed cuius saltem nomen, utpote naturae, sibi *relictum* erat; ut de Iunone Sen. Herc. fur. 1: *Soror Tonantis; hoc enim solum mihi Nomen relictum est.* Quo titulo denuo poterat se ad illum convertere, culpam suam accusans, et veniam petens, ducta *pietate*, quae est iustitia, cultus, et debitum amoris, et benevolentiae officium in parentes. Hanc pietatis ideam excitat in se Europe per exclamationem naturalem, et communem filiis non adeo degeneribus, ut etiam nomini et patris, et filii renunciaverint. *Pietas! Pater!* Puellam innocentem, a Patre numinum amoris illecebris illectam, (*monstri multum amati*), *victam furore* libidinis dicere, et exaggeratam, et indecens videtur; atque Lydiae potius, ac matribus equorum relinquendum in I. od. 25. 14. Ad summum, iuxta M. Tullium IV. Tuscul. 6.: *Libido ad id, quod videtur bonum, illecta,*

Unde? quo veni? Levis una mors est
Virginum culpae. Vigilansne ploro
Turpe commissum? an vitiis carentem
Ludit imago
Vana, quae porta fugiens eburna
Somnium ducit? Meliusne fluctus
Ire per longos fuit, an recentes
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuvencum
Dedat iratae! lacerare ferro, et
Frangere enitar modo multum amati
Cornua monstri.
Impudens liqui patrios Penates;
Impudens Orcum moror! O Deorum
Si quis haec audis, utinam inter errem
Nuda leones!
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas, teneraeque succus
Defluat praedae, speciosa quaero
Pascere tigres.

et inflammata rapitur. Contra, si decepta ab amatore sibi ignoto, facinus illius, et suum insimul agnoscens, ira excandescat; furore incitata, in asperrima verba prorumpat; nil mirum in femina; et *victa furore* dici poterit, ut apud Virg. in Cul. 109.: *Quo quondam victa furore, Venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agave.* Et certe ex hoc furore sunt repetenda, quae et exsecrato amanti, ac sibi deinde imprecatur Europe; et monitum Veneris ridentis, ut abstineat irarum, et calidae rixae. 39. *ut vitiis* Vr. I. Ch. C. ed. Basil. 1527. *an vitio* Bentl. Cun. ex ingenio. 41 *quam porta* San. Sivr. ex coniectura. 48 *Cornua tauri* aliqui mss. et editiones ex glossa.

Vilis Europe! pater urget absens:
Quid mori cessas? Potes hac ab orno
Pendulum zona bene te secuta
Laedere collum:
Sive te rupes, et acuta leto
Saxa delectant, age; te procellae
Crede veloci: nisi herile mavis
Carpere pensum,
Regius sanguis, dominaeque tradi
Barbarae pellex. Aderat querenti
Perfidum ridens Venus, et remisso
Filiius arcu.
Mox, ubi lusit satis: abstinetò,
Dixit, irarum, calidaeque rixae,
Quum tibi invisus laceranda reddet
Cornua taurus.
Uxor invicti Iovis esse nescis:
Mitte singultus: bene ferre magnam
Disce fortunam: tua sectus Orbis
Nomina ducet.

60 *elidere collum.* Vid. Iani. 63 *Crede veloci.* Vid. epod. 17. 70. seqq. 73 *nescis*, sine interrogatione Baxt. San. Iani. Blandius, et convenientius subridenti, agit Venus cum puella, quae ignorabat arcanum, ut illud sciat, et gaudeat.

ODE XXVIII.

AD LYDEN.

Hortatur illam, ut diem Neptuno sacrum in potu, et cantu hilariter simul transigant.

Festo quid potius die
Neptuni faciam? Prome reconditum,
Lyde, strenua Caecubum;
Munitaeque adhibe vim sapientiae.
Inclinare meridiem
Sentis; ac, veluti stet volucris dies,
Parcis deripere horreo
Cessantem Bibuli consulis amphoram.
Nos cantabimus invicem
Neptunum, et virides Nereidum comas:
Tu curva recines lyra
Latonam, et celeris spicula Cynthiae:
Summo carmine, quae Cnidon,
Fulgentesque tenet Cycladas, et Paphon
Iunctis visit oloribus:
Dicetur merita Nox quoque nenia.

2 *facias* Bentl. et San. ex coniectura, quam laudat Cun., at non sequitur. 7 *diripere*. 9 *in vices* Ch. C. Va. A. B. An. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Steph. Iani, Combe; ex glossa alicuius Grammatici: nam in Ch. A. adnotatur *per vices*. 12 *Cnidon*. Vid. I. od. 30. 1.: et lapis apud Reinesium pag. 127., et Donat. Suppl. Mur. p. 33. 3. ex Sponio: BONAE DEAE VENERI CNIDIAE, Fabrett. p. 709. n. 311. CNIDUS. Al. *Gnidon*. 14 *Paphum* aliquot mssrum. et editionum defendunt Bentl. Cun. San. Apuleius Met. IV. p. 44. ed. Aldi 1521.: *Paphon nemo*, *Cnydon nemo*.
16 *nenia* Vid. II. od. 1. 38.

ODE XXIX.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Ad frugales epulas in Sabinum suum vocat Urbis Praefectum; petitque, ut publicas curas omittat, Deoque sinat futura.

Tyrrhena regum progenies, tibi
Non ante verso lene merum cado,
Cum flore, Maecenas, rosarum, et
Pressa tuis balanus capillis,
Iamdudum apud me est. Eripe te morae:
Ne semper udum Tibur, et Aesulae
Declive contempleris arvum, et
Telegoni iuga parricidae.
Fastidiosam desere copiam, et
Molem propinquam nubibus arduis:

1 *regum progenies.* Vid. I. od. 1. 1. I. sat. 6 1., et Meibom. in eius vita cap. 2. *Tyrrhena*, pro regum Tyrrhenorum; ut apud Virg. VIII Ae. 526.; *Tyrhenus tubae clangor*, pro *Tyrrhenae tubae.* 6 *Aesolae*, *Asule*, *Esulae*, *Essulae*, item *Aefulae*, *Ephule*, *Efulae*, *Effulae*, varietates. Praestat cum Iani, e libris antiquis scribi Aesulae; de qua vide Cluver Ital. ant. p. 967. Vulp. Vet. Lat. X. p. 555. 6 *Nec*, *Non. Neu* Cun. San. 10 *Molem.* Vid. ep. 9. 3. Maecenas e domo sua alta, in colle Exquilino sita, e conspectu videbat Tibur, Aesulam, et Tusculum. Ne contempleris semper has urbes, pro, noli semper Romae commorari. *Turris Maecenatiana* dicitur domus haec a Suetonio in Ner. 38., e qua Nero Romae incendium adspexit: non quod a domo esset diversa; sed quia in magnificis aedibus hinc, et inde partes erant solidiores, et eminentiores, quae turres dicebantur; ut in Laurentino Plinii, II. ep. 17., et apud Horatium I. od. 4. 14. Notat luxum domus eiusdem, et supellectilis in ea, Seneca epist. 114. Hodierni Antiquitatum

Omitte mirari beatae
Fumum, et opes, strepitumque Romae.
Plerumque gratae divitibus vices,
Mundaeque parvo sub lare pauperum
Cenae, sine aulaeis, et ostro,
Sollicitam explicuere frontem.
Iam clarus occultum Andromedae pater
Ostendit ignem: iam Procyon furit,
Et stella vesani Leonis,
Sole dies referente siccos.
Iam pastor umbras cum grege languido,
Rivumque fessus quaerit, et horridi

curiosi scrutatores certant, ubinam sita esset: aliis eam collocantibus in extremo Quirinali colle; aliis prope Thermas Diocletiani; Donato de Urbe Roma III. 23. Nardino Roma ant. IV. 2. in Exquiliis a Templo, circiter, S. Martini in Montibus, Orientem versus, ultra S. Antonii Abbatis aedem. Eam potius ibi fuisse puto, ubi postea Titus aedes suas, et Thermas aedificavit, prope Templum S. Petri ad Vincula, ad quam statim e Carinis, ac Pompeiana domo Romam reversus transmigravit Tiberius, iuxta Sueton. in Tib. 14. Sed dicam fusius alibi. Domui adhaerebant horti Maecenatis aeque celebres, versus Castellum Aquae Claudiae, Tropaea Mariana, et nunc aedem S. Antonii. De iis Donatus; Nardinus, Meibomius in vita Maecen. c. 28., et alii multi. De iis etiam Horatius I. sat 8. Locus ille domus in extremo Exquiliarum urbi universae imminebat. Hinc videas, cur Horatius in vita a Suetonio scripta dicatur *humatus, et conditus in extremis Exquiliis iuxta Maecenatis tumulum.*

15 *Cenae.* Vid. II. od. 14. 28.

17 *Andromedae* omnes mss. codices, ut notat Iani, quibus consentiunt nostri: item omnes editiones antiquae ante Muretum, qui primus perperam induxit *Andromedes;* unde fere sic editiones sequutae.

Dumeta Silvani; caretque
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu, civitatem quis deceat status,
Curas; et Urbi sollicitus times,
Quid Seres, et regnata Cyro
Bactra parent, Tanaisque discors.
Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus;
Ridetque, si mortalis ultra
Fas trepidat. Quod adest, memento
Componere aequus: cetera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare; nunc lapides adesos,
Stirpesque raptas, et pecus, et domos
Volventis una; non sine montium
Clamore, vicinaeque, silvae,
Quum fera diluvies quietos
Irritat amnes. Ille potens sui,
Laetusque deget, cui licet in diem
Dixisse; vixi. Cras vel atra
Nube polum pater occupato,

25 *qui* Fabr Cun. 26 *Orbis* San. *Urbis* Cun.: male; sensus enim est, *times Urbi*. Vid. supra od. 27. 7.

28 *Tanaisve* Cun San 32 *trepidet* mss. duo Mus. Brit. apud Combe. 34 * *ferentur* Vr. E. H. 34 *medio aequore* V. C. E. Vr. B., alii apud Lamb. Bentl. Iani; et ita Cuning., absurde. 37 *Stirpesque ruptas* Sivr. contra omnes mss. et editiones, quibus addo Charis. lib. 1. p. 106. ed. 1551.

42 *Degit* Cn A a 2. m., mss. duo apud Val., Canter. e mss., Cun. San. Sivr.; et ita legebat Hildebert. Mor. phil. oper. col. 990. 42 * *cui libet* Vr. I.

Vel Sole puro: non tamen irritum
Quodcumque retro est, efficiet; neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit:
Fortuna saevo laeta negotio, et
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem: si celeres quatit
Pennas, resigno quae dedit, et mea
Virtute me involvo; probamque
Pauperiem sine dote quaero.
Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere; et votis pacisci,
Ne Cypriae, Tyriaeque merces
Addant avaro divitias mari.
Tunc me, biremis praesidio scaphae,

47 *Diffringet* nonnulli mss. apud Lamb.; *diffindet* Lips. 4. apud Iani; solita variatione, etiam apud alios, de qua diximus in observationibus ad Virg. p. 87. 49 *negotio*, *et*. *Et* abest e mss. Mentl. Helmst. Lips. 4. apud Iani; et ita legit Hildebertus l. c. col. 992. 52 * *Non mihi*, *nec alii* Vr. I. 53 *manentem*. In nummis Imp. Commodi, apud Vaill. tom. I. p. 97. ed. Rom. 1743., Eckhel. Doctr. vet. num. tom. VII. p. 11., unus describitur rarus, in quo figura muliebris sedet, dextra capistro equum retinens, sinistra cornucopiae, cum epigraphe: FORTUNAE MANENTI. Quod iam notaverat Desprez. 55 * *involvam* Vr. I.

62 *Tunc* V. B. D. Vr. C. D. E. Vp. A. D. Ch. A.; et ita Lamb. Cruq Torr., sed sine mentione codicum mss.; omninoque fere editiones, ut notat Iani. Ceteri mss. nostri, meliores Bentl., alii apud Iani, edd. Venn. 1478. 1492. Loch.

Tutum per Aegaeos tumultus
Aura feret, geminusque Pollux.

ODE XXX.

AD MUSAM MELPOMENEN.

Famae perennitatem Poeta sibi a suis versibus pollicetur.

Exegi monumentum aere perennius,
Regalique situ pyramidum altius;
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, et fuga temporum.
Non omnis moriar; multaque pars mei
Vitabit Libitinam. Usque ego postera
Crescam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine Pontifex.
Dicar, qua violens obstrepit Aufidus,
Et qua pauper aquae Daunus agrestium
Regnavit populorum, ex humili potens

Asc. Bentl. Cun. Val. Iani, Oberl. *Tum. Dum* San. Sivr. 63 *Nudum* San. Sivr., inepta audacia. *Tutum* respondet *praesidio*. 63 *Aegaeos*. Vid. II. od. 16. 2. 64 *Pollux*. Vid. I. od. 3. 2. od. 12. 25. seqq.

12 *Regnavit populorum* Vp. A. F. Vr. C. a pr. m. D. Ch. A., alii mss. apud Cruq. Pulm. Talb. Val. Iani, Combe; et ita Acron, Porphyrio, Serv. ad Virg. XI. Ae. 126. et 280., Scholiastes apud Baxt., ed. Basil. 1555. Lamb. Torr. Cruq. Fabric. Heins. Fab. Dac. Talb. Bentl. Cun. San. Ion. Baxt. Batteux, Sivr. Val. Iani, Oberl. Wakef. Graecismus; antiptosis, nempe genitivus loco dativi, more Graeco, Horatio familiari; ut *desinere querelarum*, *abstinere irarum*, *decipi laborum*. Daunus, priscus Dauniae, Apuliae

Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. Sume superbiam
Quaesitam meritis; et mihi Delphica
Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

partis, rex, regnavit, imperavit populis agrestibus, asperis, et per agros sparsis. Grammatici veram lectionem, glossando, in *regnator* mutarunt.

16 *volens* Verbum sollemne in precibus: *volens, propitius*, tum apud auctores: Liv. VII. 18.: *Precatus deinde, si Divus, si Diva esset, qui sibi praepetem misisset, volens, propitius adesset:* et XXII. 22.: tum in marmoribus scriptis. Vid. Brissonium de Form. lib. I. p. 68. seq. Grut. p. 249. col. 2. Marin. Arvali p. 705. Et ut Servius ad Virg. I Ae. 737 notat: *Secundum Hetruscam disciplinam loquutus est: sic enim dicunt:* Volens, propitiusque sis.

Q. HORATII FLACCI
CARMINUM
LIBER QUARTUS.

ODE I.

AD VENEREM.

Aetate sua, se iam rebus amatoriis, et carminibus ludicris haud esse idoneum: Deam ideo precatur, ut hanc provinciam Paullo Maximo, ornatissimo iuveni, tradat.

Intermissa, Venus, diu,
Rursus bella moves. Parce, precor, precor!
Non sum qualis eram bonae
Sub regno Cinarae. Desine, dulcium
Mater saeva Cupidinum,
Circa lustra decem flectere mollibus

1 * *diu Venus* Vr. I. 2 *moves. Parce.* Rectius cum Lamb. Cruq. Torrent. Steph. Heins. Cun. Valart, Iani, Oberlino, sine interrogativo post *moves*. Est enim, ut bene Iani, querela potius, seu exclamatio, quam interrogatio, ad Venerem ut Deam, quod moveat rursus bella diu intermissa.

4 *Cinarae* V. B. D. E. Vr. B. a 2. m. C. E. L. Vp. A. B. E. H. Ch. A. Bentl. Cun. Gesner. Val. Iani, Oberlin. Graece Κινάρα. *Cynarae*, *Cinerae*, *Citarae*, errores aliorum mssrum; et editionum.

Iam durum imperiis: abi,
Quo blandae iuvenum te revocant preces.
Tempestivius in domum
Paulli, purpureis ales oloribus,
Comissabere Maximi,
Si torrere iecur quaeris idoneum.
Namque et nobilis, et decens,
Et pro sollicitis non tacitus reis,
Et centum puer artium,
Late signa feret militiae tuae.
Et quandoque potentior
Largis muneribus riserit aemuli,

8 *revocent* Vr B. 9 *Tempestivior* Cun. *in domum* V. A. C. E. Vr. B F. I Ch. B. C. D. An. A., alii mss. apud Lamb Palm. Bentl. Iani; et ita Bentl. Cun. Baxt. Gesn. Ion. Iani, Oberl: doctius, et exquisitius: ut sit, comissatum ire in domum. *domo* al. 10 *Paulli Maximi.* Hunc fuisse Consulem A. V. C. DCCXLIII, iam notarunt Interpretes, et Iani in argumento odes. Is idem est PAULLUS FABIUS. Q. F MAXIMUS, Arvalis apud Marin. tab. 1. sub Tiberio.

11 *Comissabere* mss apud Cruq.: probat ex Plauto, Varrone, et Festo Lambinus in sec. edit.: quem sequuntur Cruq. Torr. Heins Rutgers. Bentl Cun. Baxt. Gesn. Val. Iani, Oberl *Comissabere*, non *Comessabere*, ut putat vulgus, existimans a comedendo, aut comesse ductum esse, mutuati sunt Latini a Graecis, apud quos κωμάζειν est ebriorum, aut intemperantium more se gerere, lascivire; ut ex Theocrito Idyl. 3. probat Lambinus, cui Anacreontem VI. 11-16. addit Iani. Horatius dicit: Venerem tempestivius, et opportunius suis artibus, suoque iure usuram in domo Paulli, quam in sua, id est Horatii. *Comitabere* V. A. Vr B. C. F. *Commissabere* V. C. a 2. m. *Committabere* V. C. a 1 m. Aliter in mss. et editis *Commessabere*, et *Comessabere*. 18 *Largis muneribus* V. B. Vr. B. D. Ch. A. a pr m. B C D. Cr. A. An. A. Va. A. B., Porphyrio, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1486. 1490. 1492. 1509. Aldi

Albanos prope te lacus
Ponet marmoream sub trabe Cypria. 20

1501. Iuntae 1503., et aliae fere omnes. Pauci mss. nostri, et apud Torr. Bentl. Valart, Iani, *largi;* et sic Bentl. Cuning. Boethius de Cons. II. metr. 2. 17. seq.: *Largis cum potius muneribus fluens Sitis ardescit habendi?*

20 *sub trabe Cypria.* Ita habent, confitente Iani, duo mss. Vatic., et nonnulli Lamb., duo Bersm., multi Cruq. Torr., et aliorum, aliique apud ipsum Iani, Talbot, et Valart; item ex nostris V. A. D. Vr. B. C. a 2. m. F. K. Vp. A. B. E. F. G. H. L. Ch. B. An. A. Va. A B, Acron, et Porphyrio; sic ed. Princ. Mediol. 1476. Venn. 1478. 1479. 1490. 1492. Land. Aldus 1501. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Locher. Basill. Ascens. Muret. Gryphius, Torr. Fabr. Heins. Rutg. Bond, Vascos. Baxt. Gesn. Praefert Turn. Adv. XXVIII. 10. *Cytrea* V. C. a 2. m. Ch. A. C. D. Cr. A. *Cyprea* V. C. F. Vr. E. I. Cr. A. a 2. m. ed. Flor. 1482. *Citrea* Vr. C. H. a 2. m., mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Bentl. Val. Iani, Combe; et ita Comment. Cruq. Iunta 1503. Lamb. Cruq. Fabr. Steph. Dacer. Bentl. Cun. Iones, San. Sivr. Sandby, Val. Iani, Oberlinus, aliique ex recentioribus. [in his Bodon.] Sed hos editores speciosae arboris nomine, non rei cognitione ductos, ac proin deceptos videbimus, praesertim Iani, qui pluribus lectionem fulcit. *Citrus* arbor est odorata, et summi pretii, nascens in Africa, maxime in Mauritania prope Atlantem montem, et in Cyrenaica; Graecis *thyia* vocata, θύα, θυία, item θύον. Ad luxum eam pertinuisse, fatetur Iani; ex eius enim radice tuberosa, et crispa, vitio naturae, colorum, et macularum varietate conspicua, fiebant opera varia pretiosa; iuxta Theophrastum Hist. pl. V. 5.: *Radice huius arboris nihil crispius, ex eaque pretiosa opera conficiunt.* Ianuae Templi Iovis Triphylii, in insula Oceani e regione Arabiae sita, mirando artificio constructae, argento, auro, necnon ebore, et citro erant concinnatae, referente Diod. Sic V. n. 46. p. 368. ed. Amst. 1746. Ianuae Templi Veneris, in navi Hieronis Syracusarum regis, erant ebore, et thyia ornatae, Athen. V. 9. p. 207. Varro apud Non. Marcell. v. *Citrus: In quibus Libyssa citrus fasciis cingit fores.* Stat. Sylv. I. 3. 35. *Mauros postes.* Simulacrum

Illic plurima naribus
Duces thura; lyraeque, et Berecyntiae

Mercurii Cyllenii, in eius Templo in vertice Cyllenes montis, ex citro sculptum, octo circiter pedum altitudine, narrat Pausanias VIII. 17. Lecti triclinares e citro memorantur a Persio I. 53. Sed praecipue ex ea mensae rotundae, seu orbes celebrabantur, teste Cicer IV. in Verr. 37. Plin. H. N. V. 1. XIII. 15. Sen. de Benef. VII. 9. de Tranq. an. c. 1. Petron. c. 119. v. 29. Lucan. IX. 426. Martial. II. ep. 43. 9. IX. 23. 5. 60. 10. XIV. 90. Tertull. de Pall. c. 5. Paullus in l. 29. § 2. ff. de Action. empti. Eae maximi pretii dicuntur a Plin. cit. XIII. 15., *mensarum insania, quas feminae viris contra margaritas regerunt.* Et Mart. XIV. 89.: *Accipe felices, Atlantica munera, silvas: Aurea qui dederit, dona, minora dabit.* Eas etiam raras fuisse, idem scribit XII. 67. 6.: *Et Maurusiaci pondera rara citri.* Et Cornutus ad Pers. l. c.: *Citrum Romanis antea pretiosum notabatur, et auro comparandum.* Vide etiam Ferrar. Elect. II. 17. Ciacc̃on. de Triclin. p. 20. et Ursin. in app. p. 277 et 292. In tanta raritate, et pretio, nemo dixerit, contignationem fieri potuisse a Fabio Maximo in aede Veneris ex hac radice. Sed neque ex ramis, ex quibus etiam tubera secabantur, quia eodem radicum vitio laborabant; neque ullo modo ad trabes idonea erant; sive quia distorta, sive quia exiguae altitudinis, et crassitiei; nam amplitudo, ac radices aestimari poterant ex orbibus, quorum maximi quatuor pedum diametrum non excedebant, iuxta Plinium. Narrat quidem Theophrastus, et ex eo Plinius, 13. 16. contignationes alicubi factas ex thyia; sed notandum, Plinium, qui Romae scribebat, id referre ex Theophrasto, qui *magnum huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens Templorum veterum contignationes.* Ergo huiusmodi Romae non erant in usu. Sed et illas Theophrasti ἐροφὰς intelligere possumus non de trabibus; sed de tabulis, vel fasciis, aut aliis segmentis, ut in ianuis, aliis materiis interstinctis; ut in aede Cupidinis erant illa, apud Apuleium Met. V. princ., *laquearia citro, et ebore curiose cavata, non humanis, sed divinis artibus.* Contra ex cedro factas trabes pro contignationibus domuum, ac Templorum, nec

Delectabere tibiae
Mixtis carminibus, non sine fistula.

non alia opera, tamquam de lignis optimis, et pretiosis, iam inde a tempore Salomonis; notum ex Cant. Cantic. 1. 16. I. Reg 6. v. 10. seqq. Quin et Arcam Mosis, Tabernaculum, Mensam, et reliqua eius vasa magna ex parte e cedro facta fuisse, Hebraei omnes, et nostri Interpretes communiter consentiunt, apud Buxtorfium Hist. Arcae foed. cap. 4, et Ugolinum Dissert. de Mensa cap. 1. in suo Thes. Ant. Hebr. tom. X. col. VI. seqq.: ubi tamen ipse citrum cum cedro confundit. In Templo Dianae Ephesiae, et in alio Apollinis Uticae, ex eadem materie factas trabes, aeternasque creditas, docet Plinius XVI. 40.: quod non solum de Dianae Templo confirmat coaevus Horatio Vitruvius II. 9.; sed addit, ex cedro *lacunaria et in ceteris nobilibus Fanis propter aeternitatem sunt facta.* Et domibus utile lignum cedri dixit Virg. II. G. 447. Quae omnia ignoravit Iani, quum scripsit, Cypriam materiam non admodum valere ad Templum elegantissimum, et pretiosissimum. Ut ut elegans, haud certe elegantissimum, et pretiosissimum ex descriptione nostri Poetae, fuerit hoc Templum a Fabio Maximo Veneri dicandum; statuae eiusdem Deae *marmoreae*, non aureae, ut auro cariore citro opus esset; cedrus satis erat, ut illud inter *Fana nobilia* adscriberetur. Et quandoquidem haec arbor non solum in Creta, Africa, et Syria laudatissima erat, iuxta Plinium c. 39., sed etiam in Cypro c. 40., ubi una maxima altitudinis CXXX. pedum excisa est ad malum undecimremis Demetrii regis; scite, et delicate Poeta pro cedro trabem Cypriam dixit, Venerem alloquens; ita insulae ei gratissimae inferens mentionem, et significans ea materie ad aedificandum abundare Cyprum; cuius trabibus contegi Venus suum maluisset signum, quam alterius provinciae columine, aut ligno; ut bene notat Turneb. l. c. Similiter de navi constructa ex cedro, uti materie optima, accipiendus est Poeta I. od. 1. 15.: scimus enim, praeter laudatum Plinium, ex Amm. Marcellino XIV. 8., naves in Cypro ex propriis viribus a fundamento ipso carinae ad supremos usque carbasos aedificatas. Cedrum, quae species est pini, seu potius laricis, *Cedrus magna*, *sive*

Illic bis pueri die
Numea cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium ter quatient humum.
Me nec femina, nec puer
Iam, nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuvat mero,
Nec vincire novis tempora floribus.
Sed cur, heu! Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis ego somniis
Iam captum teneo, iam volucrem sequor
Te per gramina Martii
Campi; te per aquas, dure, volubiles.

ODE II.

AD IULUM ANTONIUM.

Horatius non a se, sed ab ipso, victorias Augusti spiritu Pindarico celebrari posse dicit.

Pindarum quisquis studet aemulari,
Iule, ceratis ope Daedalea

Libani conifera Ioann. Bauh. IX. p. 277.; *Cedrus conifera foliis laricis* C. Bauh. Pin. 490., *Larix Orientalis fructu rotundiore obtuso* Tourn., praecellere nunc quoque ad navium constructionem testatur Matthiol. ad Dioscor. I. 86.; et eius speciem etiamnum in America alii scriptores.

28 *quatiunt* Vr. B. F., aliqui mss. apud Pulm. Bentl., et sic Cun. amore novitatis. [Bod. Saliûm.] 37 *Nocturnis ego somniis* V. A. E. Vr. B. C. D. F. G. K. Vp. A. D. F. Al. *N. te*

Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas,
Fervet, immensusque ruit profundo
Pindarus ore;
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit, numerisque fertur
Lege solutis:
Seu Deos, regesve canit, Deorum
Sanguinem, per quos cecidere iusta
Morte Centauri; cecidit tremendae
Flamma Chimaerae:
Sive, quos Elea domum reducit
Palma caelestes, pugilemve, equumve
Dicit, et centum potiore signis
Munere donat:
Flebili sponsae iuvenemve raptum
Plorat; et vires, animumque, moresque

ego s., [ut Bodon.] *N. ego te s.* Vid. Iani. Vel ex hac variatione codicum arguo, *te* ex glossa irrepsisse in textum.

3 *pinnis.* 6 *super totas* mss. duo Georg. Fabr., cui placet, sensu magis manifesto, ut ipse inquit. *Notae ripae* sunt consuetae, quas excedens flumen, nutrium imbribus, furens per arva fertur. Manil. IV. 416.: *Terrenos adspice tractus, Et maris, et notis fugientia flumina ripis.* Petron. c. 120. v. 130.: *Rupta tonabant Verticibus lapsis montis iuga, nec vaga passim Flumina per notas ibant morientia ripas;* imitatus Horatium. 6 *saliere* V. A. a 1. m., alii ap. Iani. 7 *Fervit* Cun., et ms. apud Cruq. 13 *regesque.* 18 *pugilemque.*

Aureos educit in astra, nigroque
Invidet Orco.
Multa Dircaeum levat aura cycnum,
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego, apis Matinae
More, modoque,
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, uvidique
Tiburis ripas operosa parvus
Carmina fingo.
Concines maiore poeta plectro
Caesarem, quandoque trahet feroces
Per sacrum Clivum, merita decorus
Fronde, Sygambros:
Quo nihil maius, meliusve terris
Fata donavere, bonique Divi;
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.
Concines laetosque dies, et Urbis
Publicum ludum, super impetrato

23 *deduxit, reduxit.* (a) 25 *cycnum.* Ita scribas ex fide etiam marmorum. Apud Fabrett. p. 702. n 235.: OEBALIUSQUE DABIT MECUM TIBI MUNERA CYCNUS. Graece κύκνος. 31 *Tiburis rivos* ex coniectura Bentl., inde San.; quod ripae nusquam simpliciter dicantur sine mentione fluvii: ineptia, quae etiam excluditur ex adiecto *uvidique.* Vide ad od. seq. v. 10. Eadem sibi proposuerat Bentleius ad III. od. 25. 13. 36 *Sygambros* V. C. D. Vr. C. a prim. D. Ch. A.; et probat Iani ex mss. et aliis auctoribus; post Cruq Bentl. et Cun. Dioni, et Ptolemaeo dicuntur Σύγαμβροι, Straboni Σουγάμβροι, Tacito *Sugambri.* Al. [Bod.] *Sicambros.*

Fortis Augusti reditu; Forumque
Litibus orbum.
Tum meae, si quid loquar audiendum,
Vocis accedet bona pars: et, ô Sol
Pulcher, o laudande, canam, recepto
Caesare felix.
Tuque, dum procedis, Io triumphe!
Non semel dicemus, Io triumphe!
Civitas omnis; dabimusque Divis
Thura benignis.
Te decem tauri, totidemque vaccae;
Me tener solvet vitulus, relicta
Matre, qui largis iuvenescit herbis
In mea vota;
Fronte curvatos imitatus ignes
Tertium Lunae referentis ortum,

45 *loquor*. 49 *Teque*. [ut Bodon.] Alii aliter emendant. Vid. Iani 58 *ortum* V. A. B. C. D. H. Vr. E. H. L. Vp. F. Ch. A. a 2. m. B Cr. A. Va., meus, alii apud Bentl., edit. Princ. Med. 1476. Ven. 1478. 1479. 1486. 1490. 1492. 1509. Flor. 1482. Aldi 1501. Iuntae 1503, aliae. Et est, quum Luna tertium oritur; Luna tertia, Vitruv. IX. 4. Colum. II. 10.; sive tertia die, postquam e Sole emersit. Sic *ortus quartus* Virg. I. G. 432 Val. Flacc. II. 367. Al. *Orbem* Vr. B. I. Ch. A. C. D. Va. B. An. A., alii apud Lamb. Pulm. Torr. Bentl. Val. Iani. Non contemnenda lectio; quam tamen reiiciunt Bentleius, et Iani; quia *tertius orbis* esset tertius cursus Lunae, seu mensis; nisi velis, inquit Iani, tertium orbem explicare tertiam partem orbis, et hanc pro tertia die accipere; quod tamen durius. Sed ambo mihi videntur decipi in explicando *tertium*, quod hìc esset adverbium; id est *tertio*, tertia vice, seu tertia die, qua Luna e Sole emergens refert in gyrum orbem suum. *Orbis* autem etiam *Lunae orientis* dicitur a Vitruvio, ut a Macrob. in Somn.

Qua notam duxit, niveus videri;
Cetera fulvus. 60

ODE III.

AD MUSAM MELPOMENEN.

Se artis poeticae beneficio immortalitatem consecuturum esse.

Quem tu, Melpomene, semel
Nascentem placido lumine videris;
Illum non labor Isthmius
Clarabit pugilem, non equus impiger
Curru ducet Achaio 5
Victorem; neque res bellica Deliis
Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas,
Ostendet Capitolio:
Sed quae Tibur aquae fertile perfluunt, 10

Scip. I. 11. *globi lunaris exordium;* et ab aliis usque ad plenam. Ovid. VIII. Met. 530.: *Dumque quater iunctis implevit cornibus orbem Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem.* Et XV. 198. Macrob. l. c. 6.: *Orbem totum renascentes ignes colligendo iam complet, et plena tunc dicitur.* Tertii Lunae ortus imaginem tribus lineis circumductis, in marmore expressam habes apud Fabrett. p. 471.

5 *Achaio* Vr. I., unus apud Val.; ita Cun. San. Ut v. 12. *Aeolio;* III. od. 3. 32. *Troiā.* Al. [Bod.] *Achaico.* Vid. I. od. 15. 35. 9 *Ostendit* mss. 3. apud Iani, et ed. Ven. 1492. 10 *fertile perfluunt* V. A. E. H. Vr. H. I. L. Ch. C. D. An. A. Cr. A., alii apud Lamb. Talb. Val. Iani, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. Aldus 1501. Iunta 1503. Muret. Fabr. Basill. Steph. Fab. Dacer. Alii mss. et editiones

Et spissae nemorum comae,
Fingent Aeolio carmine nobilem.
Romae, principis urbium,
Dignatur suboles inter amabiles
Vatum ponere me choros;
Et iam dente minus mordeor invido.
O, testudinis aureae
Dulcem quae strepitum, Pieri, temperas;
O mutis quoque piscibus
Donatura cycni, si libeat, sonum!

[etiam Bod.] *praefluunt*; quam lectionem defendunt Lanibinus in sec. editione, Torrent. Bentl. Iani. Alii habent *profluunt*, *proluunt* Lis est decidenda ex re ipsa, non ex mss. *Praefluunt* esset, *praeter*, *prope fluunt*. Sed *perfluunt* est *irrigant*; ut Calpurnius Bucol. VII. 67. seq.: *In illo nascitur amni, Qui sata riparum venientibus irrigat undis:* et per hoc Tibur *fertile*. Ideo noster I. od. 7. 13. 14.: *uda Mobilibus pomaria rivis:* id est, ut apud Ovid. II. Amor. 16. 35.: *Et vocet in rivos parentem rusticus undam.* Manil. II. 10.: *Amnesque in tenues ausa est diducere rivos.* Vid. de Arte poet. 129. Hoc ipsum de Aniene prope Tibur testatur Ovid. l. c. III. 6. 45.: *Nec te praetereo, qui per cava saxa volutus, Tiburis Argei pomifer arva rigas.* Quo referendus etiam Propert. IV. 7. 81. ed. Sant.: *Pomosis Anio qua spumifer incubat arvis.* Et Sil. It. IV. 224. seq.: *Quosque sub Herculeis taciturno flumine muris Pomifera arva creant Anienicolae Catilli.* Perfluere, est fluere per aliquem locum, spargere aquas, vel aliud liquidum. Lucretius II. 392.: *Subito per colum vina videmus Perfluere.* Petron. c. 23.: *Perfluebant per frontem sudantis acaciae rivi.* Apul. Met. I. pag. 10. edit. Pric.: *Sudore frigido miser perfluo.* Et translate, Terent. in Eun. I. 2. 25.: *Plenus rimarum hac, atque illac perfluo.* Quod olim sub Tibure, etiam nunc fit; aquis ex flumine derivatis ad opificia, et ad agros irrigandos. Vid. infra od. 14. 26.

14 *suboles*. Vid. III. od. 13. 8.

Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae:
Quod spiro, et placeo, si placeo, tuum est.

ODE IV.

AD URBEM ROMAM.

Drusi victoriam de Raetis, et Vindelicis celebrat; tum in laudes Neronum, et Claudiae gentis excurrit.

Qualem ministrum fulminis alitem,
(Cui rex Deorum regnum in aves vagas
Permisit, expertus fidelem
Iupiter in Ganymede flavo)
Olim iuventas, et patrius vigor
Nido laborum propulit inscium;
Vernique, iam nimbis remotis,
Insolitos docuere nisus
Venti paventem; mox in ovilia

22 *monstror digito.* Persius III. 4.: *At pulchrum est, digito monstrari, et dicier, hic est.* Tertull de Pall. c. 4.: *Et acie figere, et digito destinare, et nutu tradere.* Apul. Met. II. p. 41.: *Directis digitis, et detortis nutibus praesentium denotor.* III. p. 52.: *Omnium oculis, nutibus, ac denique manibus denotatus.* XI. p 249.: *Totae civitati notus, ac conspicuus, digitis hominum, nutibusque notabilis omnes in me populi fabulabantur.*

5 *iuventus.* 6 *protulit.* 7-9. *Vernique ... venti.* Satis defendunt hanc omnium fere codicum, et editionum lectionem Christius peculiari dissertatione, cui titulus: Aquilae iuventas temporibus suis restituta, Lips. 1746.; et Iani, contra Scaligerum, et Bentleium, qui praeferunt, *vernusque iam nimbis remotis.* Ad primam lectionem facere

Demisit hostem vividus impetus;
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis, atque pugnae;
Qualemve laetis caprea pascuis
Intenta, fulvae matris ab ubere
Iam lacte depulsum leonem,
Dente novo peritura, vidit:
Videte Raetis bella sub Alpibus

videtur Claud. Mamertinus Paneg. Maxim. 9.: *Ceteris hominibus, atque regionibus vi frigorum adstrictis, et oppressis, vos solos aurae lenes, vernique flatus, et deductis nubibus ad itinera vestra directi solis radii sequebantur. Vernisque* habent V. A. Vr. B. C. D. G. a 1. m. L. 10 *vividus impetus.* Apuleius Flor. I. princ.: *Aquila quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese ruat fulminis vice sese ruat.*

16 * *videt* Vr. F. G. I. K. a 1. m. Vp. E. Ch. A.

17 *Raetis.* Hac orthographia, quam habent Vr. E. a 2. m. Vp. E., ed. Ven. 1486., scribendum, probat Cellarius Orth. Lat. I. pag. 116. et 338. ex marmoribus apud Grut. pag. 376. 6. 439. 8. (quae est celeberrima Munatii Planci inscriptio, a Donat. pag. 66. 3., et ab aliis repetita) 482. 6. 524. 3.; et ex nummo Occonis, et Mediob. Thes. pag. 178. Addo aliud marmor repertum in agro Veliterno, et Velitris existens, Anecd. litt. ex mss. Codd. erata, III. p. 470. 16. ubi LECTUS EX EXERCITU RAETICO. Pro casu ablativo *Retis* Vr. H. a pr. m., abraso *s*; et erat in duobus Bentleii, uno Cun., uno Combe. Al. *Raethi*, *Rheti*, *Reti*. Vid. infra od. 14. 15. Et ita primo casu omnes propemodum mss. ac editiones veteres cum Acrone, Porphyr. Comm. Cruq. Serv. ad Virg. I. Ae. 243., qui Raetos Vindelicos pro una gente habent: sed diversas semper fuisse, constat ex Strabone, Velleio Paterculo, Suetonio, Eutropio; et notant Bentl. et Iani. Vindelici incolebant inter Danuvium, Aenum, et Lacum Brigantinum; quibus finibus nunc magna Bavariae, et Sueviae, item aliqua Tirolis pars continetur; Raeti inde a Vindelicis versus meridiem usque

Drusum gerentem Vindelici (quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quaerere distuli;
Nec scire fas est omnia); sed diu,
Lateque victrices catervae
Consiliis iuvenis revictae
Sensere, quid mens rite, quid indoles,
Nutrita faustis sub penetralibus,
Posset: quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus: et bonis
Est in iuvencis, est in equis patrum

ad Italiam supra Comum, et Veronam pertinebant; hinc Rheno, et Ticino; illinc Plavi, fluviis terminati: ubi sunt hodie Comitatus Tirolensis, Grisones, Clavennensis Comitatus, et Vallis Tellina. Attingebant utrique ab occasu Helvetios, ab ortu Noricos, Raeti etiam Carnos.

18 *gerentem Vindelici* V. A. B. C. D. E. F. G. H. Vr. B. H. Ch. A. B. C. D. Cr. A. An. A. Va. A. B., meus, alii apud Pulm. ed. Pr. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1486. 1490. 1492. 1509. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503., et inde fere omnes. *Gerentem, et Vindelici* pauci quidam mss. apud Bentl. Iani; item Mur. Basill. Steph. Heins. Rutg. Fab. Dacer. cet. [In Bodon. omissa verba *quibus Mos — omnia*, et v. 22. excusum: *et diu.*] 24 *iuvenis repressa.* Vid. Iani.

26 *Nutrita saevis* Bentl. ex argutiis. Vid. Iani.

29 *Fortes creantur fortibus.* Dativo casu; et dictum de viris strenuis, praestantibus; ut III. od. 6. 37. (27.)

30 *et bonis est in iuvencis.* A primis editionibus ad recentiores certant viri docti, an *bonis* iungendum sit cum *iuvencis;* vel cum *fortibus;* et subintelligatur *boni.* Nil moror auctoritates, et magna nomina Bentleii, aliorumque, quos colligunt, laudant, et sequuntur, Iani, et Combe. Primam sententiam approbo. *Bonis* idem quoque signifi-

Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam:

cat ac *validis*, *strenuis*, *praestantibus*, *fortibus*, non solum (pluries apud Sallustium Cat. 34.: *Libertatem, quam nemo bonus, nisi cum anima simul amittit.* Iug. 61.: *Nam plerosque iacula, tormentis, aut manu emissa, vulnerabant; parique periculo, sed fama impari, boni, atque ignavi erant.* Et in fragmento apud Servium ad Virg. I. Ae. 199.: *Sane bonus ea tempestate contra pericula, et ambitionem.* Cic. IV. Acad. 31.: *Bonus gubernator.* Virg. V. E. 1.: *Boni — calamos inflare* etc. Sil. Ital. XIV. 453.: *Bonus ille per artem Crudo luctari pelago, atque exire procellas:* sed etiam apud ipsum Horatium infra od. 8. 14.: *Bonis post mortem ducibus.* Boni iuvenci erunt *fortes ad aratra iuvenci* in Virg. III. G. 60.; quos *boni generis ad opus* appellat Varro de Re rust. II. 5. Et quemadmodum patres *generosi* notabantur, Virg. ibid. 75.: *Continuo pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur, et mollia crura reponit;* ita etiam *generosa* proles. Sen. Troas 533.: *Generosa in ortus semina exurgunt suos. Sic ille magni parvus armenti comes, Primisque nondum cornibus findens cutem, Cervice subito celsus, et fronte arduus, Gregem paternum ducit, ac pecori imperat.* Ubi nostrum videtur imitatus Seneca. Idem dicamus, et potiori iure, de equis: *Est enim generosa materies, quae Circo, sacrisque certaminibus equos praebet.* Colum. VI. 27. In his equis praesertim creandis, nutriendis, educandis, et in eorum patribus, admissariis, eligendis, summa cura adhibebatur; velut quodam modo in bobus, et suibus iuxta Varronem. Nobilium equorum etiam genealogiae observabantur, ut notat Graevius in praef. tom. IX. Thes. Ant. Rom. Ita Caucasus equus ortus dicitur ex illis, quos Diomedes ab Aenea abstulit, Sil. Ital. XVI. 357. seqq. Et in marmore celebri Musei Capitolini, apud Grut. pag. 338. 6. Fabrett. pag. 255. Guasc. Mus. Capit. Inscr. II. p. 162., Panvinium, Lipsium, Bulengerum; sed quod emendatius exscripsimus in descriptione Circi Caracallae p. CXI.; laudatur *Aquilo nepos Aquilonis*, et *Hirpinus nepos Aquilonis.* De canibus pariter id notavit Manil. V. 200.: *Catulos nutrire*

Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectique cultus pectora roborant:
Utcumque defecere mores,
Indecorant bene nata culpae.

sagaces, *Et genus a proavis mores numerare per artes.* Laudat ergo Horatius equos generosos ex generosis ortos; quibus ideo illud *bonis* aeque convenit ac iuvencis; ut apud Varron. l. c. 7.: *Equi boni futuri signa sunt:* et exprimi debebat a Poeta, aequiparante viros fortes ex fortibus, fortibus, seu bonis iuvencis, et equis, ex similibus genitoribus ortis. Neque enim natura fit, et intelligitur, ut fortes necessario fortes procreent; aut viceversa ut omnes fortes non nisi a fortibus procreari possint. Quod in viris illustribus non semper contingere, post poetas Graecos ap. Stob. Flor. tit. 87., in Cicerone, aliisque, notavit S. Hieron. ad Furiam, epist. 54. n. 4., cum ait: *Quippe omnes habent filios, qui habuere matrimonia? Et quibus nati sunt liberi, suo generi responderunt? Exhibuit Ciceronis filius patrem in eloquentia? Cornelia vestra, pudicitiae simul et fecunditatis exemplar, Gracchos se genuisse laetata est?* Sensus autem integri Horatiani contextus erit: Verum quidem est, aut sit, viros fortes, excelsos, procreari a similibus genitoribus: *etiam* in brutis animantibus, ut in iuvencis, et equis, id comprobari; at aeque verum est, educationem egregiam, atque conformam, hanc vim, seu indolem naturaliter insitam promovere, et confirmare. Ut ita indicet Poeta, Neronum eximias dotes, et bellicas virtutes, non solum ab illustribus, generosisque eorum parentibus, et avis, proavisque; sed etiam ab Augusti cura, sedulitate, et virtutibus eius civilibus, et militaribus repetendas. *Atque idem ego contendo*, inquit Cic. pro Archia poeta c. 7. n. 15., *quum ad naturam eximiam, atque illustrem accesserit ratio quaedam, conformatioque doctrinae: tum illud nescio quid praeclarum, ac singulare solere existere.*

36 *indecorant* V. A. E. G. Vr. B. E. I. Ch. A. An. A. Va. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Fabr. Bentl. Talb. Val.; ita Acron, et Porph. Cun. Baxt. Gesn. Jani, Oberl.: etest

Quid debeas, o Roma, Neronibus
Testis Metaurum flumen, et Hasdrubal
Devictus, et pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma risit adorea:
Dirus per urbes Afer ut Italas,
Ceu flamma per taedas, vel Eurus
Per Siculas equitavit undas.
Post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes crevit; et impio
Vastata Poenorum tumultu
Fana Deos habuere rectos:
Dixitque tandem perfidus Hannibal:
Cervi, luporum praeda rapacium,
Sectamur ultro, quos opimus
Fallere, et effugere, est triumphus.

verbum exquisitius. Al. *Dedecorant*, ex manifesto glossemate. 38 *Hasdrubal* V. E. Vr. B. I. Vp. F. Ch. A. C. D. Va. A. meus, ed. Ven. 1479. 1490. Aldus 1501. Iunta 1503., alii, cum H, ut *Hannibal* III. od. 6. 36. 42 *Dirus Afer. Dirus Hannibal* Iuven. VII. 161. Vid. ad III. od. 6. 36.

43 *et Eurus* mss. 3. apud Iani. *ut Eurus* emendat Cun.

48 *tectos* coni. Marcil., resartis Templorum tectis. Et sic omnino Brod. Sed *rectos* bene, ut notat Iani; nempe statuas Deorum stantes, restitutas; restauratis Templis a Poenis eversis: nam Hannibali *armato nullus Divûm pudor*, ut ait Sil. Ital. I. 56. Cic. de Fin. III. 16.: *Puer si natus erat, sublatus ab obstetrice, statuebatur in terra, ut auspicaretur vitalis, ac rectus esse.* Petron. c. 73.: *Cella frigidiaria, in qua Trimalchio rectus stabat.* Lucan VIII. 820.: *ima Pompeii nomen arena Depressum tumulo, quod non legat advena rectus.* Acron, et Porphyrio *rectos* explicant *propitios.* Vid. III. od. 6. 4.

52 *est* delet Cun. 53 *cremata* Cun.

Gens, quae cremato fortis ab Ilio
Iactata Tuscis aequoribus, sacra,
Natosque, maturosque patres
Pertulit Ausonias ad urbes;
Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigrae feraci frondis in Algido,
Per damna, per caedes, ab ipso
Ducit opes, animumque ferro.
Non Hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem;
Monstrumve summisere Colchi
Maius, Echioniaeve Thebae.
Merses profundo; pulchrior evenit:
Luctere; multa proruet integrum
Cum laude victorem, geretque
Proelia coniugibus loquenda.

60 *opesque* Cun. *animosque* duo mss. apud Bentl., unus apud Val., et ita Sivr. 65 *Mersus.* Horatium imitatur Sid. Apollin. carm. VII. 5. *Sidera sunt isti, quae sicut mersa nitescunt; Adversis sic Roma micat; cui fixus ab ortu Ordo fuit crevisse malis.* In quam sententiam omnes consentiebant. L. Flor. III. 18.: *Magna Populi Romani fortuna, et semper in malis maior, totis denuo viribus insurrexit.* Claudian in sec. Cons. Stilic. 144. seq.: *Numquam succubuit damnis, et territa nullo Vulnere, post Cannas maior, Trebiamque fremebat.* Vid. Livium supra ad II. od. 10. 13. *exiet* V. E. a 2. m., alii mss. apud Val. * *exiret* Vr. I. 67 *Cum laude victorem.* Disputant interpretes, praesertim Gesn., et Klotz, an haec sit sermocinatio poetica Horatii potius, quam vera Hannibalis. Klotz. Cornelii Nepotis locum adducit in vita Hann. 13., ex quo apparet, hunc litteris instructum fuisse, et aliquot libros scripsisse Graeca lingua. Sed ex vero sermonem Afri ab Horatio ductum puto; etenim in alio eius sermone ad Antiochum Syriae

Carthagini iam non ego nuntios
Mittam superbos: occidit, occidit
Spes omnis, et fortuna nostri
Nominis, Hasdrubale interempto.
Nil Claudiae non perficient manus,
Quas et benigno numine Iupiter
Defendit; et curae sagaces
Expediunt per acuta belli.

ODE V.

AD CAESAREM AUGUSTUM.

Reditum Augusti e Galliis omnibus votis exoptat, simulque temporum felicitatem praedicat.

Divis orte bonis, optime Romulae
Custos gentis, abes iam nimium diu:

Regem, apud Iustinum XXXI. 5, ex Trogo Pompeio, haec eadem sententia, et verba occurrunt: *Diversum ceteris mortalibus esse illud, et belli genus, et hominum. Aliis bellis plurimum momenti habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci, temporisque, agros diripuisse, urbes aliquas expugnasse: cum Romano, seu occupaveris prior aliqua, seu viceris; tum etiam cum victo, et iacente luctandum est.* 73 *perficient* V. A. F. Vr. B. Vp. F. I. Ch. A. B. C. D. Cr. A. Va. A. B. An. A., meus, alii apud Lamb. Pulm. Torr. Talb. Val. Iani, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. Flor. 1482. Iunta 1503. Gryphius 1566. Loch. Asc. Lamb. Torr. D. Heins. Talb. Sanad. Baxt. Gesn. Iani, Oberl., et ante hos omnes Porphyrio. Et rectius, sic poscente sententia. *Efficient* Acron, nonnulli mss. apud Torr. Talb. Val., et multae editiones; ut Aldi 1501. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538., Mureti, a qua praesertim aliae, Basill. Fabric. Steph. Rutg. Fab. Dacer. [Bod.] *Perficiunt* ex paucis mss. receperunt Cruq. Bentl. Cun-

Maturum reditum pollicitus Patrum
Sancto consilio, redi.
Lucem redde tuae, dux bone, patriae;
Instar veris enim vultus ubi tuus
Affulsit Populo; gratior it dies,
Et Soles melius nitent.
Ut mater iuvenem, quem Notus invido
Flatu Carpathii trans maris aequora
Cunctantem spatio longius annuo
Dulci distinet a domu,
Votis, ominibusque, et precibus vocat;
Curvo nec faciem littore dimovet;
Sic, desideriis icta fidelibus,
Quaerit patria Caesarem.
Tutus bos etenim rura perambulat;
Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas;
Pacatum volitant per mare navitae;
Culpari metuit Fides;

4 *Sancto consilio* V. B. Vr. C. I. L. ed. Princ. Ven. 1478.: id est Senatui. Vid. ad III. od. 25. 6. Al. *concilio*. 7. *Effulsit*. 7 *Populo; gratior*. Ita distinguo cum edit. Ven. 1479. Iuntae 1503. Ascens. Lamb, Cruq. Rutg. Bond, Heinsio, Ion. Bentl Cuning. Val., et aliis, propter praecedens *lucem redde tuae patriae*. Claud Mamertin. Paneg. Maxim. Aug. c. 15: *Ut vero lucem gentibus extulistis; exinde salutares spiritus manant*. Al. *Affulsit, populo gratior*. 12 *Destinet, detinet*. Vid. Iani. *domu*. Vid. I. od. 3. 29. 14 *Dimovet* V. A. B. C. D. G. Vr. C. D. F. G. H. K. L. Vp. A. E. Ch. A. B. C. D. An. A., meus alii, apud Lamb. Pulm. Torr. Talbot, Iani, edd. Venn. 1479. 1483. 1490. 1492. 1509. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503. Dionys. ab Harsio, Loch. Asc. Basill. Mur. Heins. Baxt. Iani, Oberl. *Demovet* ex paucis mss. Lambinus, inde Fabr. Gryph. Cruq. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Ion. Bentl. Cun. San. Burm. [Bod.] *Dimovet*, est *hac, illac movet*.

Nullis polluitur casta domus stupris;
Mos, et lex maculosum edomuit nefas;
Laudantur simili prole puerperae;
Culpam Poena premit comes.
Quis Parthum paveat? quis gelidum Scythen?
Quis, Germania quos horrida parturit,
Fetus, incolumi Caesare? quis ferae
Bellum curet Hiberiae?
Condit quisque diem collibus in suis,
Et vitem viduas ducit ad arbores:
Hinc ad vina redit laetus, et alteris
Te mensis adhibet Deum;
Te multa prece, te prosequitur mero
Diffuso pateris; et Laribus tuum

28 *Hiberiae* cum H. Florez. Med. de las Colon. III. 45. Eckhel. Doctr. vet. numm. p. I. vol. I. p. 45.: HIBERO PRAEF., et HIBERUS II. V. QUINQ.; p. 51. MUN. HIBERA. IULIA. Ita et multi mss. Vid. II. od. 20. 20.

31 *venit laetus*. 34 *Diffuso* V. A. B. D. E. Vr. B. D. F. H. K. L. Vp. A. D. E. F. Ch. A. B. C. D. Cr. A. An. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Talb. Val. Iani, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1490. 1492. Flor. 1482. Loch. Ascens. Basill. Rutg. Senatus a. V. C. DCCXXIV. decrevit, ut in Augusti honorem semper libaretur in conviviis sive publicis, sive privatis. Dio LI. num. 19. p. 651. Ovid. II. Fast. 637. Item in Decreto apud Grut. 228. 8.: UT NATALIB. AUGUSTI. ET. TIBERI. CAESS. PRIUSQUAM. AD. VESCENDUM. DECURIONES. EANT. THURE. ET. VINO GENII. EORUM. INVITENTUR. Sed ratione diversa intelligendum. In publicis conviviis vinum diffusum in pateris primum Numini offerebatur; deinde omnes, qui sacrificio intererant, illud degustabant, et postea defundebant in aram; ut ex variis auctorum locis colligitur. Varro de L. L. IV.: *Praeterea in poculis erant paterae, eo quod pateant, Latine ita dictae. Hisce etiam nunc in publico*

Miscet numen, uti Graecia Castoris, 35
Et magni memor Herculis.

convivio, antiquitatis retinendae caussa, quum magistri fiunt, potio circumfertur; et in sacrificando Deis, hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Sallustius Cat. 13.: *Quum ad iusiurandum populares sceleris sui* (Catilina) *adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse; inde, quum post exsecrationem omnes degustavissent, sicut in sollemnibus sacris fieri consuevit* etc. Ovid. XIII. Med. 636.: *Thure dato flammis, vinoque in thura profuso.* Sen. Oedip. 555. seq.: *Libat et niveum insuper Lactis liquorem, fundit et Bacchum manu Laeva.* Thyest. 701.: *Libata in ignes vina mutato fluunt Cruenta Baccho.* Octav. 699. seq.: *Thura quum superis dares, Sacrasque grato spargeres aras mero.* Lucan. I. 608. seqq.: *Tunc admovet aris Electa cervice marem: iam fundere Bacchum Coeperat.* Arnob. VII. p. 235. ed. 1651.: *Date quaeso immortalibus Diis, bibant: scyphos, prias, pateras, sympuviaque depromite.* Quin etiam in tab. 23. Fratrum Arvalium legimus: IN DOMO L. VENULEI. APRONIANI MAG. AD PERAGENDUM. SACRIFICIUM PER FRATRES. EPULANTES. ET. FRUGIBUS. MINISTRANTIBUS. PUERIS. INGENUIS. PATRIMIS. ET. MATRIMIS. SENATORUM. FILIS. REFERENTIBUS. AD. ARAM. IN PATERIS. Et tab. 41. a, ibique Marin. p. 204. et 590. multa de hisce libationibus. *Libatio*, ait Tzetza ad Hesiod. l. 1. op. et dier., *quae fuit, quando in sacris fundebatur, et offerebatur vinum.* Arnobius ibid. p 234.; *Merum thuris est socium, quod explanari consimiliter poscimus, cur ei superfundatur incensioni ... Si ergo fiditis facto, aperite, monstrate, liquor iste cur detur, id est vinum superfundatur altaribus.* Hinc recte *defuso* I. od. 31. 2.; ut apud Valer. Maxim. II. 6. 8. in ext.: *Tum defusis Mercurio delibamentis, et invocato numine eius.* At in privatis conviviis, in mensa secunda, cum bellariis, pomis, vino exquisitiore, bibebant etiam in honorem Deorum, atque amicorum; ut III. od. 19. 11. Asconius III. in Verr.: *Est Graecus mos, ut Graeci dicunt* συμπιεῖν κυαθιζομένους, *cum merum cyathis libant,*

Longas o utinam, dux bone, ferias
Praestes Hesperiae, dicimus integro
Sicci mane die; dicimus uvidi,
Quum Sol Oceano subest.

ODE VI.

HYMNUS AD APOLLINEM ET DIANAM.

Carmini seculari praeludit Poeta.

Dive, quem proles Niobea magnae
Vindicem linguae, Tityosque raptor
Sensit, et Troiae prope victor altae
Phthius Achilles,

salutantes primo Deos; deinde amicos suos nominatim: nam quoties merum bibunt, toties et Deos, et caros suos nominatim vocant. Qui mos, ut adnotat Iani, heroicis iam temporibus apud Graecos usitatus, ut ex Homero constat, etiam ad Romanos transiit. Vid. et Dan. Heinsium ad h. l., et ad Sil. Ital. XI. 301.; et confer Virgil. I. Ae. 723., ibique Heyne. De Laribus Petron. c. 60.: *Inter haec, tres pueri candidas succincti tunicas intraverunt: quorum duo Lares bullatos super mensam posuerunt: unus pateram vini circumferens, Dii propitii! clamabat.* Quum ergo in mensis privatis neque sacrificarent, neque vinum defunderent in ignem; sed tantum dividerent, distribuerent, proprie *diffunderent* in pateris; offerrent Numinibus, et potarent; non *defuso*, sed *diffuso* legendum hìc apud Horatium cum tot mss. ex melioribus, et priscis editionibus. Obiter addam, ex inscriptione Arvalium *in pateris*, confirmari particulam *in* etiam apud Sallustium, ex quo eam expungere conantur Ciacconius, et Ursinus.

37 *rex bone* aliqui mss. apud Bentleium, cui placet.

1 *Niobea* V. A. B. C. G. Vr. A. B. C. D. E. H. K. L. Vp. P. ed. Princ. Ven. 1490; et ita rectius Bentl. Cun. Iani. Graece Νιοβέα. Al. *Niobaea*, *Nioboea*.

Ceteris maior, tibi miles impar;
Filius quamquam Thetidos marinae
Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide pugnax.
Ille, mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulsa cupressus Euro,
Procidit late, posuitque collum in
Pulvere Teucro.
Ille non, inclusus equo Minervae
Sacra mentito, male feriatos
Troas, et laetam Priami choreis
Falleret aulam:
Sed palam captis gravis, heu nefas! heu!
Nescios fari pueros Achivis
Ureret flammis, etiam latentem
Matris in alvo:
Ni, tuis victus, Venerisque gratae
Vocibus, Divûm Pater annuisset
Rebus Aeneae potiore ductos
Alite muros.
Doctor Argivae fidicen Thaliae,
Phoebe, qui Xantho lavis amne crines,

6 *quamvis Thetidis*. 10 *aut impressa* Vr. C. a 2. m. D., tres mss. apud Val. et Iani, et sic Cun.

17 *captos, victor*. 19 *Latentem* V. A. C. E. Vp. B. E. F. Vr. B. H. I. Ch. A. C. D. a pr. m. Cr. A. Va. A. B. An. A., alii mss. apud Pulm. Torr. Bentl. Talbot, Val. Iani, Comm. Cruq. edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1490. 1492. Flor. 1482.; et ita Torr. Bentl. Baxt. Cun. Ion. Val. Iani, Oberl. Al. *latentes*, forte ex inscitia alicuius Grammatici ob praecedens *pueros*. 21 *tuis flexus*.

25 *Doctor argutae* alii. *Ductor* mss. apud Torrentium,

Dauniae defende decus Camenae,
Levis Agyieu.
Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem
Carminis, nomenque dedit poetae.
Virginum primae, puerique claris
Patribus orti,
Deliae tutela Deae, fugaces
Lyncas, et cervos cohibentis arcu,
Lesbium servate pedem, meique
Pollicis ictum:
Rite Latonae Pueruin canentes,
Rite crescentem face Noctilucam,
Prosperam frugum, celeremque pronos
Volvere menses.
Nupta iam dices: ego Dis amicum,
Seculo festas referente luces,

Bentleium, Iani. Torrentio placet, ut sit Apollo Musagetes: sed ad sententiam convenientior notio doctoris; et durius *ductor* post *ductos*. Vid. Iani. * *Achivae* Vr. I., quod aeque bene pro *Graecae*. Sed *Argivis* etiam III. od. 3. 67.; et habetur in pluribus mss. apud Torr. Bentleium, Valart, Iani, Combe, et Ch. A. a 2. m. Facilior etiam lapsus amanuensium ab *Argivae* in *Argutae*, quam ab *Achivae*. Thalia Argiva, pro Graeca; ut II. od. 16. 38. *Graia Camena*. Hic opponitur *Camenae Dauniae*, pro Musa Latina, Romana, Venusina, Horatiana; quatenus princeps Lyrici carminis apud Romanos Horatius. Vid. III. od. 30. 10. seqq. IV. od. 3. 23. od. 9. 1. seqq. Sic od. 8. 20. *Calabrae Pierides*, de Ennio. Apollo vates, dicitur auctor, et praeses Lyrici carminis. 28 *Agyieu*. Graece Ἀγυιεύς, dictus Apollo, παρὰ τὰς ἀγυιάς, a vicis, ac viis urbanis, quibus praepositus, et cultus fuit apud Graecos; ut bene Iani post Pausan. I. 31. VIII. 53. Macrob. Sat. I. 9. Suid. Hesych. Al. *Agieu*, *Agyeu*, *Agylleu*, *Agyleu*, *Agilleu*. 38 *Noctilucam*.

Reddidi carmen, docilis modorum
Vatis Horatî.

ODE VII.

AD L. MANLIUM TORQUATUM.

Veris adventu, et aequa moriendi conditione proposita, ad laete vivendum eum invitat.

Diffugere nives; redeunt iam gramina campis,
Arboribusque comae:
Mutat terra vices; et decrescentia ripas
Flumina praetereunt:
Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet
Ducere nuda choros.
Immortalia ne speres, monet annus, et almum
Quae rapit hora diem.
Frigora mitescunt Zephyris; ver proterit aestas,
Interitura, simul
Pomifer autumnus fruges effuderit; et mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant caelestia Lunae:
Nos, ubi decidimus,
Quo pius Aeneas, quo dives Tullus, et Ancus;
Pulvis, et umbra sumus.

3 * *ripis* V. B. Vid. supra ad od. 2. 6. Forcellinus v. *Decresco*, cum alio interprete apud Dacerium, putat *decrescentia* interpretandum, *valde crescentia*. Sed est potius *fugientia*, et *morientia*, ut ad d. oden Manilius, et Petronius. Vere procedente flumina minuuntur. Sanadonus multa inutilia molitur, ut probet scribendum *praeter eunt*. Vid. infra od. 12. 3. 9 * *ver protrahit* Vp. A. 12 *recurret*.

15 *quo pater* V. E. H. Vr. K. L. Ch. A. B. C. D., et

Quis scit, an adiiciant hodiernae crastina summae
Tempora Di superi?
Cuncta manus avidas fugient heredis, amico
Quae dederis animo.
Quum semel occideris, et de te splendida Minos
Fecerit arbitria;
Non, Torquate, genus; non te facundia; non te
Restituet pietas:
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum;
Nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

aliqui apud Lamb. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Iani, Combe; et sic idem Bentl. amore novitatis. *Pius* melius convenit sequentibus *dives*, *pietas*. 15 *dives Tullus* V. A. G. H. Vp. B. F. Vr. B. I. K. L. Ch. B. C. D. Cr. A. An. A. Va. A. B., alii ap. Torr. Bentl. Iani; ita Acron, et Porphyrio, ed. Princ. Baxt. Iani, Oberlinus. Al. *Tullus dives. Pauper et Ancus* coniicit Bentleius, non intelligens, quo nomine dives fuerit. Sed eum bene confutat Iani; et Iacob Van Vaassen Animadvers. hist. crit. ad Fast. Rom. p. 346. *Dives* est pro *divites*, quia ad utrumque refertur; et uterque respectu illius aevi potens, et dives fuit; ut patet legentibus Livium I. 12. n. 31. et 13. n. 33. Dionys. Halic. V. 1. Iuvenal. V. 56. seqq. *Divus et Ancus* coniect. apud Ion. Confidentius adhuc Withofius emendat: *Quo Tullius ivit, et Ancus.* Vid. I. sat. 6. 9.

17 *Qui scit* Vp. F., aliqui mss. apud Val. et Iani, et sic Cun. Hildebertus Mor. phil. col. 990. legebat *qui scis? Vitae* pro *summae* V. A. eadem manu *summae*, et *vitae*, B. D. Vp. A. B. Vr. H. K. Ch. A. B. C. D. Cr. A. An. A., aliqui apud Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Talbot, edd. Venn. 1483. 1486. 1490. 1492. Flor. 1482. Iunta 1503. Loch. Ascens., alii; haud dubie ex glossemate.

19 *avidi* coniicit Bentleius, et edidit Cun.

ODE VIII.

AD C. MARCIUM CENSORINUM.

Se non nisi carmina posse donare; sed nihil iis esse potentius ad eius nominis memoriam ab oblivione vindicandam.

Donarem pateras, grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus;
Donarem tripodas, praemia fortium
Graiorum: neque tu pessima munerum
Ferres: divite me scilicet artium,
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas;
Hic saxo, liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.
Sed non haec mihi vis: non tibi talium
Res est, aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina possumus
Donare, et pretium dicere muneris.

1 *commodis.* 2 *aera.* Vid. I. sat. 4. 28. 4 *neque turpissima* Vp. E. ed. Ven. 1486. 6 *prodidit* Cun. 8 *Sollers* V. F. G. Vr. C. E. F. G. L. Ch. A. B., alii mss. ap. Cruq. et Iani: sic et Virgilii codices Vaticanus, et Florentinus, et lapides exscripti a Manutio. Probant Cellarius, et Iani. Estque, ut ait Festus, a sollo: *Sollo Osce dicitur id, quod nos totum vocamus; sollers etiam, in omni re prudens:* quasi, totum in arte. Al. *Solers.* Vid. infra od. 11. 17.

9 *nec tibi.* 10 * *divitiarum egens* Vr. I. 12 *muneris* Vr. B. I. L. Ch. A., alii mss. apud Lamb. Val. et Iani, ed. Princ. Med. 1476. Ven. 1492. Loch. Gryph. Ascens. Bond, Heins. Baxt.; et ante omnes Acron, et Porphyrio, qui recte exponunt: *Ostendere, quam pretiosum munus sit carmen:* pretium nempe, quod habet carmen in se, ut immortales faciat homines; non quod Poeta superbe statuat

Non incisa notis marmora publicis,
Per quae spiritus, et vita redit bonis
Post mortem ducibus: non celeres fugae,
Reiectaeque retrorsum Hannibalis minae;
Non incendia Carthaginis impiae,
Eius, qui domita nomen ab Africa

pretium *muneri* suo, suis laudibus; ut contendunt Torrentius, Bentleius, Iani, Zeun. et Wakef. Eadem varietas notatur ab Heinsio apud Claudian. Laus Ser. 172., *pretiumque labori*, et *laboris;* et a Burm. apud Ovid. VIII. Met. 503. *praemia facti*, et *factis:* V. Fast. 644. *meriti praemia*, et *meritis.* 16 * *Deiectaeque* Va. B. 17 *Non incendia Carthaginis impiae.* Contra omnium codicum, veterum Interpretum, et editionum fidem, et consensum, hunc versum expungere conatur Bentleius longis ambagibus, et exclamationibus, tamquam spurium; et in quo ipse agnoscit versum *Monachalis* plane genii, et coloris. Papae! Quare? Quia Horatius diceret *Carthaginem incensam*, et Hannibalem in fugam versum ab uno, et eodem Scipione Africano, seniore, cuius laudes cecinit Musa Ennii; quum Carthago incensa fuerit ab alio Scipione Africano Aemiliano, iuniore, II. sat. 1. 66.: in quo esset anachronismus, atque *horribilis allucinatio*, *quae vix in ullum hominem de media plebe cadere potuit.* Cuningamus, quem laudat, et sequitur Sanadonus, ut versum retineat, ei medendo pro *incendia* legit *impendia*, ut sit tributum; quum primus Scipio Carthaginem tributariam fecerit. Sed errore gravi, nec Latine, nec poetice. Baxterus, Gesnerus, alii aliter disputant apud Combe. Iani, in sententiam Bentleii concedens, versum suspectum uncis includit. Sed Harduinus, ut rem plene conficiat, propter hunc versum totam oden Horatio abiudicat. Plane, si quid in arte critica videmus, non mirari valde non possumus hominum impotentiam, sive Chabotii, et Dacerii, qui Horatium culpae, supinitatis, ignorantiae damnant; sive Bentleii, qui audaciam alicuius Grammatici, vel librarii Monachalis, criminatur; sive Harduini deridendam licentiam. Nonne pronius erat, locum

Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabrae Pierides. Neque,

ita exponere? Horatius non *incensam Carthaginem* dicit a Scipione Africano, seniore; sed *incendia* per ipsum illata *Carthagini*, seu Carthaginiensibus, commemorat, plurali numero. Qui talia incendia audit, statim de illis cogitat, quae a Livio praesertim describuntur; primum XXX. 5. 6. quo Scipio castra absumpsit Hasdrubalis, et Syphacis: *Bina castra clade una deleta; duces tamen ambo, et ex tot millibus armatorum MM. peditum, et quingenti equites semiermes, magna pars saucii, afflatique incendio effugerunt. Caesa, aut hausta flammis ad XL. millia hominum sunt: capti supra VI. millia, multi Carthaginiensium nobiles, XI. Senatores, signa militaria CLXXIV.: equi Numidici supra II. millia DCC.: elephanti sex capti: octo flamma, ferroque absumpti: magnaque vis armorum capta. Ea omnia Imperator Vulcano sacrata incendit.* De eodem poetice Sil. Italicus XVII. 89. seqq. Paucis, sed etiam ad rem aptius, L. Florus II. 6.: *Quas ille* (Scipio), *Dii boni! Hasdrubalis copias; quos Syphacis exercitus fudit? Quae, quantaque utriusque castra facibus illatis una nocte delevit? Denique iam non a tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat. Sic factum est, ut inhaerentem, atque incubantem Italiae extorqueret Hannibalem.* En causam praecipuam celeris fugae Hannibalis ab Italia. Aliud incendium a Livio XXX. 43. memoratum: *Naves provectas in altum* (Scipio) *incendi iussit. Quingentas fuisse omnis generis, quae remis agerentur, quidam tradunt: quorum conspectum repente incendium tam lugubre fuisse Poenis, quam si tum ipsa Carthago arderet.* Quid terra, marique memorabilius hisce duobus incendiis in expeditione Scipionis; quid Carthaginiensibus nocentius, quid luctuosius; quid Ennii poemate dignius? Quid inde concinnius ab Horatio, ex rebus a tanto duce praeclare in infensissimum hostem gestis, hisce versibus inseri poterat? *Carthaginis.* Ita cum *C*, non *K*, et *H* ex pluribus mss. nostris et aliis; ex lapidibus apud Grut. p. 349. 3. et 586. 9., et ex uno reperto prope illam celebrem urbem Punicam, apud Shaw

Si chartae sileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris. Quid foret Iliae,
Mavortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis invida Romuli?
Ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
Virtus, et favor, et lingua potentium
Vatum divitibus consecrat insulis.
Dignum laude virum Musa vetat mori;
Caelo Musa beat. Sic Iovis interest
Optatis epulis impiger Hercules:
Clarum Tyndaridae sidus ab infimis
Quassas eripiunt aequoribus rates:
Ornatus viridi tempora pampino
Liber, vota bonos ducit ad exitus.

ODE IX.

AD LOLLIUM.

Sua, et aliorum poetarum scripta numquam interitura; et res a Lollio gestas memoriae mandare promittit.

Ne forte credas interitura, quae,
Longe sonantem natus ad Aufidum,
Non ante vulgatas per artes
Verba loquor socianda chordis.
Non, si priores Maeonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricae latent,

in Reisen p. 78.; ex nummo Severi Imp. et filiorum apud Oiselium tab. 48. 5. Vaill. II. p. 118. Vid. ad III. od. 8. 1.

31 *ab intimis* Cun. San. 34 *duxit*.

4 *loquar*.

Ceaeque, et Alcaei minaces,
Stesichorique graves Camenae;
Nec, si quid olim lusit Anacreon,
Delevit aetas: spirat adhuc amor,
Vivuntque commissi calores
Aeoliae fidibus puellae.
Non sola comptos arsit adulteri
Crines, et aurum vestibus illitum
Mirata, regalesque cultus,
Et comites, Helene Lacaena:
Primusve Teucer tela Cydonio
Direxit arcu: non semel Ilios
Vexata: non pugnavit ingens
Idomeneus, Sthenelusve solus
Dicenda Musis proelia: non ferox
Hector, vel acer Deiphobus graves
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus, puerisque primus.
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi; sed omnes illacrimabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte; carent quia vate sacro.
Paullum sepultae distat inertiae
Celata virtus. Non ego te meis

15 *cultus* Vid. ad I. od. 15. 20. 17 *Helena.* 18 *Primusque* Vr. B. I. Ch. B. C. D., aliqui mss. apud Val. et Iani; et ita Baxt. Gesn. Combe. 20 *Sthenelusque* V. A. a 2. m. C. E. a 2. m. F. Vr. F. I. Ch. A. a pr. m. C. D., tres mss. apud Iani, et edit. Ven. 1478., non 1492. ut dat Iani; Baxt. Gesn. Combe. [Bod.]

29 * *sepulta distat inertia* Ch. A.

Chartis inornatum silebo;
Totve tuos patiar labores
Impune, Lolli, carpere lividas
Obliviones. Est animus tibi
Rerumque prudens, et secundis
Temporibus, dubiisque rectus;
Vindex avarae fraudis, et abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniae;
Consulque non unius anni;
Sed quoties bonus, atque fidus
Iudex honestum praetulit utili,
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma.
Non possidentem multa vocaveris
Recte beatum: rectius occupat

31 *silebo* V. E. G. H. Vr. B. C. F. G. H. L. Vp. B. E. Ch. B. C. D. Cr. A. Va. A. An. A., alii mss. apud Lamb. Canterum, Talb. Val. Iani, Combe, et editiones omnes ante Aldinam 1519.: item Lamb. Heins. Bentl. Burm. Cun. San. Baxt. Maitt. Gesn. Ion. Sivr. Val. Iani, Oberl. Combe. Vid. I. od. 12. 21. Al. *sileri.* 36 *rectus* Boethius de Cons. I. metr. 4.: *Quisquis composito serenus aevo, Fatum sub pedibus dedit superbum; Fortunamque tuens utramque rectus, Invictum potuit tenere vultum.* 43 *Vultu, per.* Ut recte notat Iani, post *utili*, et mox v. 43. post *vultu*, abest *et* in omnibus, qui hucusque inspecti sunt, codicibus, ut in omnibus, quos ego vidi; et in editionibus ante Aldum 1501., quem sequuti sunt fere omnes editores. Valart *et* asserit reperiri in mss. 7.; et ita habent Baxt. San. Gesn. Combe. [Bod.] Sed bene Iani, atque Oberlinus; quae plane Horatiana ratio est. Vid. III. od. 18. 7. od. 24. 40. seq. IV. od. 8. 29. seqq.

49 *pati.* Vid. III. od. 2. 1.

Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti;
Duramque callet pauperiem pati,
Peiusque leto flagitium timet:
Non ille pro caris amicis,
Aut patria, timidus perire.

ODE X.

AD LIGURINUM.

Monet, ne formae suae nimium confidat.

O crudelis adhuc, et Veneris muneribus potens,
Insperata tuae quum veniet pluma superbiae;

2 *veniet bruma* coniicit Bentleius; eo quod nemo quisquam poetarum translatione hac usus sit, ut barbam vocaret *plumam*. Et quis dixerit *bruma superbiae*? Hanc coniecturam, pluma leviores, admiserunt in textum San. Sivr. Wak. Sed levior adhuc, omnium audacissimus, Marklandus, pro *pluma* legit *poena*. Pluma in avibus est id, quo vestiuntur, exilius, mollius, densiusque. *Mollis pluma* Virg. X. Ae. 192. *Brachiis mollioribus pluma* Petron. cap. 127. Vid. II. od. 20. 12. Hinc translatio ad primam barbam puerorum; ut bene Scholiastae veteres, quos sequuntur Lambinus, Cruquius, Torrentius, et alii. Eodem sensu fiebant aliae translationes similes; ut barba incipiens etiam *lanugo* diceretur, quasi lanae tenuioris mollities. Virg. X. Ae. 324.: *Flaventem prima lanugine malas.* Ovid. XIII. Met. 753.: *Octonis iterum natalibus actis Signatur dubia teneras lanugine malas.* Nemesian. Bucol. ecl. II. 77.: *Nulla tegimur lanugine malas.* Denique *flos* pariter dicebatur passim apud poetas Virg. VIII. Ae. 160.: *Tum prima genas vestibat flore iuventas.* Claudian. in Prob. et Olyb. Consul. 69. seq.: *Ante genas dulces quam flos iuvenilis inumbret. Oraque ridenti lanugine vestiat aetas.* Lucan. VI. 562. *flos genae.*: et Pacuvius apud Festum v. *Genas*, eadem meta-

Et, quae nunc humeris involitant, deciderint comae;
Nunc et qui color est puniceae flore prior rosae,
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam;
Dices, heu! quoties te speculo videris alterum,
Quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genae?

phora usus est. Adde inscriptionem pueri in marmore ap. Donat. p. 363. 11.

NON. POTUI. PARVUS. PUERILEM. IMPLERE. IUVENTAM
NEC. VESTIRE. MEAM. FLORE. NOVO. FACIEM
NEC. SENIOR. CAPITI. NIVEOS. MUTARE. CAPILLOS
AT. FATI. VICTUS. SORTE. PUER. PERII

Huc trahere aliquis posset locum Petronii c. 126.: *Nunc pluma canos dissimulare tuos;* si cum Burmanno illum de Iove explicaremus, qui senex ad puellas iturus iuvenilem formam induceret. Sed fallitur vir doctus; nam hìc *pluma* non barbam; sed cycnum significat, in quem Iupiter conversus Ledam decepit. Marcilius ad h. locum, *plumam* explicat canitiem, ex Ovid. IV. Trist. 8. 1.: post quem, more suo licenter, Harduinus, *plumam* pro canitie *prorsus insolenter, et metri necessitate* dictam putat a Poeta.

4 *puniceo* Cun. et San. Vid. II. od. 3. 14. 6 *te speculo* V. A. B. C. D. E. F. I. Vr. B. E. G. K. L. Vp. A. B. D. E. H. Ch. A. B. Cr. A. An. A., alii mss. apud Pulm. Val. Iani, Combe, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1483. 1486. 1490. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. Basill. Torr. Fabr. Mur. Rutg. Nemesianus l. c. 74.: *Quin etiam fontis speculo me mane notavi.* Mart. II. ep. 66. 3.: *Hoc facinus Lalage speculo, quo viderat, ulta est.* Al. *in speculo*, mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Bentl. Val. Iani, alii nostri, et editores Loch. Asc. Heins. Steph. Fab. Dacer. Bentl. Baxt. Gesn. Combe, Cun. San. Ion Val. Iani, Oberlin. [Bod.]; ex glossemate alicuius veteris Grammatici. Locus Virg. II. E. 25., quem laudant Bentleius, et Iani: *Nuper me in littore vidi, Quum placidum ventis staret mare;* nihil ad rem facit: nam subintelligitur *stans* in littore. *Speculo*, ablativo casu instrumenti: et rectius etiam

ODE XI.

AD PHYLLIDEM.

Die natali Maecenatis invitat eum ad epulas.

Est mihi nonum superantis annum
Plenus Albani cadus: est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis:
Est hederae vis
Multa, qua crines religata fulges.
Ridet argento domus: ara, castis
Vincta verbenis, avet immolato
Spargier agno.
Cuncta festinat manus; huc, et illuc
Cursitant mixtae pueris puellae:
Sordidum flammae trepidant rotantes
Vertice fumum.

euphonia, ob superpositum *in faciem*. Ad sensum recidit illud Ovidii de Medic. fac. 47.: *Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit.* 8 *incolumes genae.* Hoc est *leves* apud Nemesian. l. c. 17.: *Ambo genae leves, intonsi crinibus ambo.* Tibullus I. el. 8. 77.: *Carior est auro iuvenis, cui levia fulgent Ora; nec amplexus hispida barba terit. Incolumes* opponuntur *plumae.*

[4 Bod. *ederae.*] 9 *festinant* V. G., quidam mss. apud Iani: et ita N. Heins. et Cun. ex aliis; male, et contra solitum loquendi modum Horatii. *Cuncta manus*, translate ad significandam multitudinem hominum, idem est, ac omnes servi, omnesque alii pueri, puellae, et ceteri addicti. Cic. ad Q. fratr. I. ep. 2.: *Nostra antiqua manus bonorum ardet studio nostri, atque amore.* Stat. V. Sylv. 3. 262.: *Comitum manus.* Vid. I. sat. 4. 141.

11 *crepitant* coni. Bentl.; sed refutat Iani.

12 * *Vertere fumum* Vr. F. a 2. m.

Ut tamen noris, quibus advoceris
Gaudiis; Idus tibi sunt agendae,
Qui dies mensem Veneris marinae
Findit Aprilem;
Iure sollemnis mihi, sanctiorque
Paene natali proprio, quod ex hac
Luce Maecenas meus affluentes
Ordinat annos.
Telephum, quem tu petis, occupavit,
Non tuae sortis iuvenem, puella
Dives, et lasciva; tenetque grata
Compede vinctum.
Terret ambustus Phaethon avaras
Spes; et exemplum grave praebet ales
Pegasus, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem:
Semper ut te digna sequare; et, ultra
Quam licet sperare nefas putando,

17 *sollemnis* V. D. E. F. G. Vr. B. C. D. Ch. A. B. Ita scribendum ex vetustissimis monumentis, praesertim ex lapidibus, Pandectis, et Virgilio Florentinis, probat Norisius Cenot. Pis. Diss. IV. 6. Cortius ad Sallust. Cat. 22. et de Usu orth. Lat. III. §. 17. n. 4. Harles ad Cellar. Orth. Lat. II. p. 359.; fusius Marin. Arvali p. 351. 18 *natali proprio.* Plin. III. ep. 7. de Silio Italico: *Virgilii ante omnes, cuius natalem religiosius, quam suum celebrabat.* Censorinus de Die nat. 3.: *Quum singuli homines suos tantummodo proprios colant natales; ego tamen duplici quotannis officio huiusce religionis adstringor. Nam quum ex te, tuaque amicitia honorem, dignitatem, decus, atque praesidium, cuncta denique vitae praemia recipiam; nefas arbitrer, si diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit, meo illo proprio negligentius celebravero: ille enim mihi vitam; hic fructum vitae, atque ornamentum peperit.*

Disparem vites. Age iam, meorum
Finis amorum,
(Non enim posthac alia calebo
Femina) condisce modos, amanda
Voce quos reddas: minuentur atrae
Carmine curae.

ODE XII.

AD VIRGILIUM. (A)

Illum ad convivium sub conditione invitat, descripto prius veris adventu.

Iam veris comites, quae mare temperant,
Impellunt animae lintea Thraciae:
Iam nec prata rigent, nec fluvii strepunt
Hiberna nive turgidi.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
Infelix avis, et Cecropiae domus

35 *minuuntur* Vr. B., alii mss. apud Bentl. Valart, Iani; et ita Mur. Heins. Cun. Sivr. Valart, Wakef. *Atrae curae*, ut *amara curarum* IV. od. 12. 19. 20. Vid. et epod. 9. 37. Neque hìc, neque alibi est gnome, ut supponunt, aut asserunt praedicti.

(A) Hic diversus est a P. Virgilio Marone.

3 *nec fluvii strepunt.* Vid. supra IV. od. 7. 3. 5 *Ityn.* Ita legas cum recentioribus, etiam ex marmore apud Fabrett. p. 233. n. 612., de quo ad I. od. 2. 31.:

SURGE. REFER. MATRI. NE. ME. NOCTESQUE. DIESQUE
DEFLEAT. UT. MAERENS. ATTICA. MATER. ITYN

Itym ed. Princ. Venn. 1478. 1479. Ald. Basill. Asc. Fabr. *Ithym* Flor. 1482. Venn. 1486. 1492.; mss. et aliae editiones aliter, *Itin*, *Ithis*, *Ythis*, *Ythin*, *Itis*, *Itim*. 11 *delectante* V. A. Vr. G. Vp. D. Ch. C. D., alii mss. apud Talb. Iani; et ita Zar. Gesn. Sivr. Wakef. Gesnérum refutat Iani.

Aeternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est ulta libidines.
Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula;
Delectantque Deum, cui pecus, et nigri
Colles Arcadiae placent.
Adduxere sitim tempora, Virgili;
Sed pressum Calibus ducere Liberum
Si gestis, iuvenum nobilium cliens,
Nardo vina merebere.
Nardi parvus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpiciis accubat horreis;
Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.
Ad quae si properas gaudia, cum tua
Velox merce veni: non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis,
Plena dives ut in domu.

16 *mereberis* V. E. Vr. B. C. a 2. m. E. I. Ch. C. D. An. A., alii apud Lamb. Bentl. Iani, Combe; et ita Bentl., quem refutat Iani. *Merebere* etiam antiquior Ch. A.

18 *Sulpiciis* V. A. B. D. E. G. Vp. A. Vr. F. G. H. K. Ch A. B. C. D. Cr. A. An. A. Va. A. B. edd. Venn. 1478. 1486. 1490. Flor. 1482.; et ita recentiores Lamb. Torr. Heins. Talb. Bentl. Baxt. Iani, Oberlin. Combe, alii: item ex lapidibus Fastorum Capitolinorum, et aliis; ex nummis, et veteribus libris; ut iam viderat Manutius. Al. *Sulpitiis.* Acron, et Porphyrio notant, haec suo aevo *Galbae* dicta; de quibus Nardin. Roma ant. VII. 9.; qui tamen locum Acronis, et Porphyrionis ignoravit. Porphyrio addit: *Hodieque autem Galbae horrea vino, et oleo, similibusque aliis referta sunt.* Acron: *Illic hordeum condi consueverat.* Haec sunt Horrea Galbiana, de quibus inscriptiones apud Grut. p. 75. 1. 2.

Verum pone moras, et studium lucri;
Nigrorumque memor, dum licet, ignium,
Misce stultitiam consiliis brevem:
Dulce est desipere in loco.

ODE XIII.

IN LYCEN VETULAM.

Insultat ei mordacissime, quod iam anus fiat; et libidine flagrans contemnatur a iuvenibus.

Audivere, Lyce, Dî mea vota; Dî
Audivere, Lyce. Fis anus, et tamen
Vis formosa videri;
Ludisque, et bibis impudens;
Et cantu tremulo pota Cupidinem
Lentum sollicitas. Ille virentis, et
Doctae psallere Chiae
Pulchris excubat in genis:
Importunus enim transvolat aridas
Quercus, et refugit te; quia luridi

26 *Nigrorum ignium* fortasse ex vero dixit Horatius; quia ad accendendam pyram cadaveribus comburendis pix adhibebatur; ut in inscriptione L. Actilii Rufi, et Actiliae Beronicae: NEC. EX. EORUM. BONIS. PLUS. INVENTUM. EST. QUAM. QUOD. SUFFICERET. AD. EMENDAM. PYRAM. ET. PICEM. QUIBUS. CORPORA. CREMARENTUR. Gruterus hanc inter spurias ponit p. 14. 8., sed mendis refertam. Eam tamen vetustatis imaginem aliquam habere non dubitat Gutherius de Iure Man. lib. 1. c. 26. p. 159. Ad id pariter adhibebatur bitumen; de quo epod. 5. 82. Male Baxterus *nigros ignes* exponit, ut eleganter dictum, extinctas rogi favillas.

Dentes te, quia rugae
Turpant, et capitis nives.
Nec Coae referunt iam tibi purpurae,
Nec clari lapides tempora, quae semel
Notis condita fastis
Inclusit volucris dies.
Quo fugit Venus? heu! quove color? decens
Quo motus? Quid habes illius, illius,

12 *capitis nives.* Vid. II. od. 11. 15. IV. od. 10. 2., ubi in lapide *capilli* dicuntur *nivei.* Dacerius, et alii putant, reprehendi Horatium a Quinctiliano Inst. O. VIII. 6. 17.: *Sunt et durae* (translationes), *id est, a longinqua similitudine ductae, ut* capitis nives. Sed bene notarunt Baxterus, et Iani ex sequentibus, id intelligi de prorsa oratione: nam quod in oratore durum; id in poeta Lyrico nitet; praesertim vero de anu frigida agente. 14 *clari lapides* V. A. B. D. E. Vr. B. I. K. L. Vp. A. B. D. E. G. Ch. B. C. D. Cr. A. An. A. Va. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Torr. Talb. Val. et Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1490. 1492. 1509. Aldi 1501. Iuntae 1503. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. Loch. Asc. Lamb., et fere reliquae editiones recentiores. *Cari lapides* alii mss., quos vidimus, alii apud Lamb. Torrent. Cruq. Talb. Val. Iani, Combe; et praeferunt Cruquius, Bentl. Cun. San. Wakef., et ante omnes Acron. Non hic de pretio, aut affectu sermo est; sed de claritate, pelluciditate lapidum, Ital. *gioie brillanti*, quibus ad supplendam pulchritudinem utebatur Lyce, ut et purpura Coa; quae duo ideo iungebantur, quum de feminis sermo. Catull. 68. 3. seq.: *Non illam rarae labefactes munere vestis; Non pelluciduli deliciis lapidis.* Et Tibull. II. 4. 29. seq.: *Et Coa puellis Vestis, et e Rubro lucida concha mari.* Posse dici *claros lapides*, quod dubitat Sanadonus, vel ipse Bentleius probavit. Adde Ammianum Marcell. XVI. 10.: *Insidebat aureo solus ipse carpento, fulgenti claritudine lapidum variorum.* Manil. IV. 531.: *Et perlucentes cuperet prensare lapillos.* 17 *Decens quo motus?* Ita bene iungunt Chabot, Bentleius, Gesn. Val. Iani, Oberl. Tibullus

Quae spirabat amores,
Quae me surpuerat mihi,
Felix post Cinaram, notaque et artium
Gratarum facies? Sed Cinarae breves
Annos Fata dederunt,
Servatura diu parem
Cornicis vetulae temporibus Lycen:
Possent ut iuvenes visere fervidi,
Multo non sine risu,
Dilapsam in cineres facem.

IV. 2. 7.: *Illam, quidquid agit, quoquo vestigia movit, Componit furtim, subsequiturque decor.* Quinctil. Inst. Orat. I. 16.: *Corporis decens, et aptus motus, qui εὐρυθμία dicitur.* Et XI. 3.: *Namque hoc modo non vox tantum confirmatur, et latus; sed etiam corporis decens, et accommodatus orationi motus componitur... Decor quoque a gestu, atque motu venit.* 21 *Cinaram.* Vid. IV. od. 1. 4. I. ep. 7. 28. 21 *notaque et artium.* Bestius de Rat. emend. leg. c. 23. p. 256. emendat: *Nota quo et artium;* sed audacior Cannegieterus Observ. miscell. c. 14. p. 432.: *Phoenix post Cynaram, nota quae.* 28 *Dilapsam* V. A. D. E. Vr. D. I. Vp. B. E. Ch. B. C. D. An. A., alii apud Lamb. Cruq. Bentl. Iani, Combe, Acron ms. apud Bentl. edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. Flor. 1482. Aldus 1501. Dionys. ab Harsio, Basill. Cruq. Steph. Mur. Heins. Fab. Rutg. Dacer. Bentl. Cun. San. Val. Iani, Oberl. Al. *Delapsam. Dilapsam* rectius, quia fax paullatim consumitur; et in cinerem resoluta, non uno impetu, sed hac, illac dissipatur, et spargitur. Petron. c. 120. v. 77.: *Ditis Pater extulit ora, Bustorum flammis, et cana sparsa favilla.* Arnobius VII. p. 212.: *Si aliquod viscus aris fuerit traditum, ratione ardescit pari, et dissolutum in cinerem labitur.* Et ita generaliter apud scriptores, de iis rebus, quae unitae, postea in partes dissolvuntur. Sallust. in hist. fragm. lib. 1. c. 17. p. 33. t. 2. ed. 1742.: *Iam illa, quae conlecta sunt, socordia nostra dilabentur.* Cic. de Nat. Deor. II. 10.: *Nisi eadem* (aqua)

ODE XIV.

AD CAESAREM AUGUSTUM.

Drusi de Vindelicis, Genaunis, et Breunis; ac praesertim Tiberii de Raetis victorias, Augusti auspiciis, ac felicitati adscribit.

Quae cura Patrum, quaeve Quiritium.
Plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in aevum
Per titulos, memoresque fastos
Aeternet? O, qua Sol habitabiles
Illustrat oras, maxime principum,
Quem legis expertes Latinae
Vindelici didicere nuper,
Quid Marte posses. Milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus;

se, admixto calore liquefacta, et dilapsa, diffundit. Liv. XXXV. 26.: *Deduci ab Aegio putrem iam admodum, et vetustate dilabentem* (navem) *iussit.* Colum. XII. 3.: *Ne vestis consita situ dilabatur.* Claudian. de Bell. Gild. 363. *dilapsus honos.* Lapides apud Fabrett. p. 678. 43.: VIAM. AEMILIAM. VETUSTATE. DILAPSAM. OPERIB. AMPLIATIS. RESTITUENDAM. CUR.; et n. 47. SACRARIA. NUMINUM. VETUSTATE. DILAPSA. A. SOLO. RESTITUIT. Huic faci comparatur Lyce; alludens fortasse Poeta ad funeream facem. Ovidius II. Fast. 561.: *Conde tuas, Hymenaee, faces, et ab ignibus atris Auferr habent alias maesta sepulcra faces.* Propertius IV. el. 2. 46.: *Viximus insignes inter utramque facem.*

4 *fastus* V. C. Vr. B. C. a 2. m. E. K. L. Ch. A. a 2. m., alii ap. Iani, qui praefert cum Bentl. et Cun., tamquam doctiorem formam, nec probat. 6 *Illustret* Ch. A., alius apud Iani.

10 *Genaunos* V. A. B. C. E. G. Vr. B. C. D. E. K. Vp. B. F. Ch. A. C. D. An. A. Cr. A. Va. A., alii apud Lamb. Pulm.

Breunosque veloces, et arces
Alpibus impositas tremendis,
Deiecit acer plus vice simplici:
Maior Neronum mox grave proelium

Cruq. Iani, Combe; Acron, et Porphyrio, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. Flor. 1482. Aldus 1501. Dionys. ad Harsio Lugd. 1538. Mur. Fabr. Lamb. Cruq. Torr. Heins. Steph. Rutg. Fab. Bond, Dacer. Bentl. Cun. San. Val. Batteux, Oberl. et Iani, qui illustrat. Baxterus praefert *Genauvos* ex mss. Lambini, et cum eo Wakef. Al. *Germanos*, *Geraunos*, *Genaumos*, *Gelonos*.

11 *Breunosque* V. A. E. Vr. B. C. D. Ch. C. D., alii apud Cruq. Lamb. Iani, Combe: probant Cruq. Torr. Talbot, Turneb. Adv. XIV. 17. Bentl. San. Ion. Sandby, Val. Oberlin. Iani, qui notat, Breunos iungi Genaunibus apud Plinium III. 20., in inscriptione Alpina, ubi summa est librorum constantia. Item Βρεῦνοι, vel Βρευνοί apud Ptolem. II. 13. Strabon. VIII. p. 314. Al. *Brencosque*, *Breucosque*, *Brennosque*, *Bremnosque*. 13 *Disiecit* coniecit Cuningamus, ut etiam I. od. 2. 15. 11-13 *Arces - deiecit*. Non solum arces horum populorum in Alpibus sitas, *locis tutissimis*, *aditu difficillimis*, ut ait Velleius Paterc. II. 95., deiecit, evertit Drusus; sed Alpibus ita superatis, per eas etiam viam militarem aperuit, quam postea munivit eius filius Tiberius Claudius; ut discimus ex lapide, reperto anno MDCCLXXXVI. prope Feltriam, apud Marin. Arv. p. 77.:

TI. CLAUDIUS. DRUSI. F
CAESAR. AUG. GERMA
NICUS. PONTIFEX. MAXU
MUS. TRIBUNICIA. POTESTA
TE. VI. COS. IV. IMP. XI. P. P.
CENSOR. VIAM. CLAUDIAM
AUGUSTAM. QUAM. DRUSUS
PATER. ALPIBUS. BELLO. PATE
FACTIS. DERIVAVIT. MUNIT. AB
ALTINO. USQUE. AD. FLUMEN
DANUVIUM. M. P CCCL

Commisit, immanesque Raetos
Auspiciis pepulit secundis;
Spectandus, in certamine Martio,
Devota morti pectora liberae

Ex qua inscriptione apparet, falsum esse, quod Velleius Paterculus l. c. scribit, Tiberium, et Drusum divisis partibus Raetos, Vindelicosque aggressos; eumque sequutus Bentleius ad od. 4. 17. huius libri, ubi asserit, Vindelicos tantum vidisse Drusum bellantem; quippe Drusus Vindelicos tantum, Raetos vero Tiberius aggressus fuerit; temere et hunc sequuti Sanadonus, atque alii, quos refutat Iani in argumento illius carminis. Haec via ducta fuit per terminos Raetorum; de quibus ad dictum v. 17. Hos rebellantes denuo repressit maior Neronum Tiberius gravi proelio commisso. 13 *plus vice simplici.* Id est, non uno proelio, non uno conflictu Drusus debellavit Genaunos, Breunosque, et arces omnium Alpium deiecit, subvertit; ut supra IV. od. 9. 39. *consul non unius anni*, non una vice. Horatium fortasse respexit, ut alias saepe, Ausonius in Paneg. Grat. Aug. c. 4.: *Tot gradus nomine Comitis propter tua incrementa congesti ex tuo merito; Te, ac Patre Principibus Quaestura communis; et tui tantum Praefectura beneficii, quae et ipsa non vult vice simplici gratulari, liberalius divisa, quam iuncta, quam teneamus duo integrum, neuter desideret separatum.* Acron, et Porphyrio exponunt, non vicem tantum redditam Barbaris simplicem; sed duplam; alterum tantum cladis inflictum illis, quam dederant. Iani, qui eodem sensu exponit *plus vice simplici* de non uno proelio; puncto praeposito, illud refert ad sequentia; ut non unicum proelium postea memoretur a Tiberio factum. Sed praeterquam quod particula *mox* ita remota haud collocatur; quid esset *grave proelium non uno congressu?* Contra Horatius elegantiter, et vere dicit, Tiberium uno gravi proelio pepulisse, confecisse immanes Raetos, quos pluribus minoribus non potuerat Drusus, quamvis acer. Hic poeta extollere Tiberium gestit, ut iam Drusum d. od. 4. supra.

15 *Raetos* Vr. E. Ch. A. Vid. supra od. 4. 17.

Quantis fatigaret ruinis:
Indomitas prope qualis undas
Exercet Auster, Pleiadum choro
Scindente nubes; impiger hostium
Vexare turmas, et frementem
Mittere equum medios per ignes.
Sic tauriformis volvitur Aufidus,
Qui regna Dauni praefluit Appuli,
Quum saevit, horrendamque cultis
Diluviem meditatur agris:
Ut Barbarorum Claudius agmina
Ferrata vasto diruit impetu;

19 *fatigarat* V. A. C. E. Va. A., alii apud Valart, Iani. * *Fatigarit* Ch. B. Cr. A. 20 *Indomitus* Bentl. ex argutiis. 26 *Qua regna* Bentleius, et videtur non male Cuningamo. Al. *perfluit.* Solita variatio, ut IV. od. 3. 10. 28 *meditatur* V. C. a 2. m. F. Vr. D. E. G. L. Vp. A. F. Ch. A. Va. B., Acron; Porph. Comment. Cruq. Serv. ad Virg. III. Ae. 153. IV. 171., alii mss. apud Lamb. Pulm. Torr. Talb. Val. Iani, ed. Princ. Med. 1476. Flor. 1482. Venn. 1478. 1479. 1492.; et ita Lamb. Cruq. Torr. Chabot, Mur. Fabr. Steph. Heins. Fab. Dacer. Talb. Baxt. Gesn. Burm. San. Ion Batteux, Iani, Oberl. Wak. Quibus omnibus addo Vibium Sequestrem, qui inter fontes scribit, haud dubie Poetam nostrum imitatus ad verbum: *Clunius Acerrae in Campania, qui, quum creverit, meditatur pestem terrae.* Edit. Oberlini Argent. 1778. p. 21. Eodem sensu videtur usus hac voce Apuleius Florid. lib. 3. in fine: *Olores apud avios fluvios carmen senectae meditantur. Minitatur* V. A. B. C. D. E. Vr. B. C. D. F. H. K. Vp. B. E. Ch. B. C. D. Cr. A. Va. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Valart, Iani, Combe, Non. Marcell. III. 84. edd. Venn. 1483. 1486. 1490. 1509. Aldus 1501. Iunta 1503. Dionys. ab Harsio, Locher. Ascens. Basill. Rutg.; sed hodie in primis Bentleius, et Valart. Bentleium abunde refutat Iani.

Primosque, et extremos metendo,
Stravit humum, sine clade victor:
Te copias, te consilium, et tuos
Praebente Divos. Nam, tibi quo die
Portus Alexandrea supplex,
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus;
Laudemque, et optatum peractis
Imperiis decus arrogavit.
Te Cantaber non ante domabilis,
Medusque, et Indus; te profugus Scythes
Miratur, o tutela praesens
Italiae, dominaeque Romae!
Te, fontium qui celat origines,
Nilusque, et Ister; te rapidus Tigris;
Te belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis;

32 *sine clade victor.* Sine damno suorum militum. Vid. Vell. Paterc. II. 95. Aliorum ducum exempla, qui aeque gloriabantur incruento suo milite victorias reportasse, collegit Wasse ad Sallust. Cat. 61. ed. Hav. 1742. tom. 1. p. 470.

35 *Alexandrea* V. A. B. C. E. Vp. F. Vr. E., alii apud Iani, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. Aldus 1501. Iunta 1503. Dionys. ab Harsio, Loch. Ascens. Basill. Mur. Fabr. Cruq. Torr. Steph. Heins. Desprez, Chabot, Rutg. Fab. Dacer. Baxt. Bentl. Cun. Ion. Talb. Iani, Oberl. Alexandrea, ut notat fuse Burmannus ad Propert III. el. 9. 33. edit. Sant. p. 592., ubique e nummis, et codd. mss. praetulerunt viri docti. Vid. Ursinum ad Cicer. I. ad Famil. 4. II. 10. Manut. et Mur. ad VIII. Philipp. 8. Gifan. ad Lucret. p. 315. Barth. ad Stat. IV. Theb. 717.; et prae ceteris Heins. ad Virg. I. Ae. 201. Ita in marmoribus apud Grut. p. 376. 3. 525. 2.

Te non paventis funera Galliae,
Duraeque tellus audit Hiberiae:
Te caede gaudentes Sygambri
Compositis venerantur armis.

ODE XV.

CAESARIS AUGUSTI LAUDES.

Celebratur, quod pacem Orbi reddiderit; disciplinaque restituta, publicae felicitati prospiciat.

Phoebus volentem proelia me loqui,
Victas et urbes, increpuit lyra;
Ne parva Tyrrhenum per aequor
Vela darem. Tua, Caesar, aetas
Fruges et agris rettulit uberes;
Et signa nostro restituit Iovi,
Derepta Parthorum superbis
Postibus; et vacuum duellis

50 *Hiberiae.* Vid. IV. od. 5. 28.; et ita in Monumento Ancyrano apud Chishull Antiq. Asiat. pag. 176. cum H.; et docet Phoca apud Puish. c. 1724. 51 *Sygambri* V. C. Vp. F. Vr. C. D. E. H. Vid. supra od. 2. 36.

2 *increput lyra.* Post *increpuit* comma ponunt Cruquius, Steph. Ion. Wakef. et alii, ut iungant *loqui lyra.* Sed optime eos refutat Iani. 7 *Derepta* mss. apud Lamb. Cruq. Iani; et ita legunt Lamb. Cruq. Torr. Fabr. Heins. Steph. Fab. Rutg. Dacer. Bentl. Baxt. Cun. Sanad. Ion. Talb. Val. Iani, Oberl. Wakef. *Direpta* omnes nostri mss., alii apud Lamb. Pulm. Iani; et ita editiones seculi XV., inde aliae, et Ascens, Basill. Muret. Solita variatio apud nostrum, aliosque scriptores. Sed hìc praesertim etiam contra omnes msstos codices legendum erat *Derepta*, ut observat Lambinus. *Deripere* est detrahere, deorsum rapere, et plerumque cum aliqua vi, et festinatione; ut apud Ovid. I. Amor.

14. 12.: *Dereptus cortex.* III. Met. 52.: *Tegimen derepta leoni pellis.* Virgil. I. Ae. 211.: *Tergora deripiunt costis.* Sen. Agam. 693.: *Sed cur sacratas deripis capiti infulas?* Et ad rem nostram imitati Horatium Lucanus I. 239.: *Excita iuventus Deripiunt sacris affixa penatibus arma.* Sil. Ital. X. 599.: *Ite ocius, arma Deripite, o pubes, templis.* Et ita legendum contendo apud Firm. Lactant. de Mort. Persec. c. 18. ed. Ven. 1766. p. 49.: *Quod edictum quidam, etsi non recte, magno tamen animo deripuit, et conscidit.* Contra *diripere* est in contrarias partes rapere, distrahere, discindere. Ovid. in Ibin, 601.: *Diripiuntque tuos insanis unguibus artus Strymoniae matres, Orpheos esse ratae.* III. Trist. 10. 58.: *Incustoditae diripiuntur opes.* Propert. IV. 7. 24. seq.: *Cuius fallacia verba Non audituri diripuere Noti.* Virgilius III. Ae. 227.: *Diripiuntque dapes, contactuque omnia foedant.* Vide alia exempla apud Acidal. ad Tacit. Ann. II. 45., Gronov. Diatr. Stat. cap. 45. N. Heins. ad Ovid. I. Amor. 5. 13. III. Met. 52. Sed etiam est praedari, depopulari, quum plures simul hinc, inde rapiunt; ut milites in expugnationibus urbium, aliisque depraedationibus. Cic. post. Red. in Sen. 7.: *domus mea diripiebatur, ardebat.* Et ad Attic. VIII. 2.: *Patriam diripiendam, et inflammandam reliquimus.* De utroque verbo Tacitus Ann. I. 20.: *Direptisque proximis vicis, ipsoque Nauporto, quod Municipii instar erat, retinentes centuriones inrisu, et contumeliis, postremo verberibus insectantur: praecipua in Aufidienum Rufum praefectum castrorum ira: quem dereptum vehiculo, sarcinis gravant... Sarcinae fugientium direptae.* Non *direpta*, ut spolia, fuere signa militaria Romana a postibus Parthorum; sed propter metum detracta ab ipso eorum rege Phraate, et cum captivis Romam missa: hinc recuperata, et restituta Iovi Capitolino; nempe ostensa per ovationem Imperatoris; sed postea in Templo Martis Ultoris collocata; quod ob hoc decrevit Augustus aedificandum, teste Dione LIV. 8. p. 526. et Marmore Ancyrano apud Grut. I. 232. seq. Vide etiam Ovid. V. Fast. 585. seqq. Flor. IV. 12. edit. Graev. Ideo Romae Augusto Arcus triumphalis erectus, et nummus percussus, aureus, et argenteus, in quo Arcus triumphalis, super quo Augustus in quadrigis triumphalibus; hinc et inde Parthus stans, hic signum mili-

Ianum Quirinum clausit; et ordinem

tare, ille aquilam legionariam offerens; cum hac inscriptione: CIVIB. ET. SIGN. MILIT. A PARTH. RECUP. S. P. Q. R. IMP. CAESARI. AUG. COS. XI. TR. POT. VI. Patin. ad Suet. in Aug. 21. Morell. Thes. I. tab. 11. p. 223-229. et tab. 17. p. 297. seq. Eckhel Vol. VI. p. 101. Bellorius, aliique multi nummum exhibent. De verbo *diripio* vide etiam I. od. 9. 29. III. od. 5. 21. od. 28. 7. epod. 5. 46. 17. 78.

9 *Ianum Quirinum clausit.* Mss. omnes, et editiones veteres habent *Quirini.* Sed iam Passeratius apud Lambinum (cui non displicet) coniiciebat, legendum *Quirinum;* inde Gronovius ad Suet. in Aug. 22., et sic edidere Baxt. Cun. Ion., probante Oudendorp. ad eumdem Suet.: ita demum edidere Iani, et Oberlinus. *Ianum Quirinum* dici, probavit Iani, post Gronovium, ex Suet. l. c. Macrob. Sat. I. 9. Fest. v. *Opima spolia*, Serv. ad Virg. VII. Ae. 610. Pro *Ianum*, *Eanum* reperit Passeratius in codice uno Romano; item Marcilius in suis; unde facile fieri posse *Fanum*, scribit Lambinus. *Clausit* vulgata omnium lectio; sed *clusit* emendat Cuningamus; quam haud dubie veram lectionem putat Iani; quod semper in hoc argumento scriberetur *clusit*, non *clausit*, in nummis, et in inscriptionibus, ut apud Grut. p. 149. 4.; item in optimis codicibus apud Suet. l. c. (ubi vid. Oudendorp.), Florum IV. in fine, et alibi; ita ut credere debeamus, poetam lyricum huius tam et sollemnis, et priscae, doctaeque formae hìc non oblitum. At *Ianum Quirinum clausit* legendum alia ratione probabitur. Cum Suetonio utique faciunt Macrobius, Festus et Servius; ut recta eius lectio omnino dicenda sit. *Ianum Quirinum* (inquit ille) *semel, atque iterum a condita Urbe ante memoriam suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra, marique pace parta, ter clausit* Augustus. Haec Suetonium exscripsisse non dubito fere ad verbum ex autographo aereo Monumenti Ancyrani; nam ipse illius diserte meminit in Aug. c. ult.: *Indicem rerum a se gestarum, quem vellet* (Augustus) *incidi in aeneis tabulis, quae ante Mausoleum statuerentur.* Hinc ex eo facile restituitur marmor, hac parte mutilum, a Chishull Antiq. Asiat. p. 187.: *Cum a condita Urbe Ianum Quirinum bis omnino clausum*

*fuisse prodatur memori*AE. TER. ME. PRINCIPE. CLAUDENDUM. ESSE *decrevit Senatus.* In fine eiusdem Monumenti habetur, illud scriptum fuisse ab ipso Augusto, ipsumque mandasse, ut inscriberetur in vestibulo aedium suarum, et in Foro suo; et in principio marmoris legitur, revera illud incisum fuisse Romae *in duabus aheneis pilis;* unde exscriptum Ancyranum marmoreum. Quis dubitet, Suetonium inde et sensum, et verba, et orthographiam excerpsisse? Augustus scripsit *clausit*, et *claudendum.* Cur Suetonius scripsisset *clusum*, *clusit?* Nec ita illum scripsisse, aut scribendum fuisse, evincitur ex allatis ab Iani argumentis. Nullibi enim constans est scriptura in mss. sive Suetonii, sive aliorum; et quamvis promiscue hoc verbo *claudere*, et *cludere* uterentur Romani, vel hac in re, vel in aliis; certum est, Augustum prima forma usum; eaque etiam usum esse certum habeo coaevum Augusto Livium I. 19., quum de eodem loquitur: *Bis deinde post Numae regnum clausus fuit* (Ianus): *semel Tito Manlio Cos. post Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod nostrae aetati Dii dederunt, ut videremus, post bellum Actiacum, ab Imperatore Caesare Augusto, pace terra, marique parta. Clauso eo etc.* Usi sunt poetae Augusto familiares, eique gratum facientes, Virg. I. Ae. 294.: *Claudenter belli portae.* Ovid. I. ex Ponto el. 2. 126.: *Qui vincit semper, victis ut parcere possit; Clausit et aeterna civica bella sera.* Quidni etiam Horatius comis, et assentator aeque, dum Augustum alloquitur, cuius loquendi modos probe scire debebat, et observare? *Ianum* pariter dixisse Horatium, non *Fanum*, aut *Eanum* vix notandum; etsi *Ianus* etiam *Eanus* dictus a Cicerone de Nat. Deor. II. 27., et iuxta Cornificium apud Macrob. l. c. IANUM... AUGUSTUS habemus in Calendario Verrii Flacci, aevi Augustaei, mense Ianuario, in quo ad diem XI. ipse notat, ex S. C. Ianum clausum fuisse; sed ob lacunam deperditi fragmenti deest, fortasse, QUIRINUM. Vid. Foggin. p. 10. Nec facessit auctoritas Prisciani IV. c. 12. n. 64., qui scribit: *Ausus tandem Augustus Ianum Geminum cludere, bis ante se clusum:* hic enim non Monumentum Augusti exscripsit, sed Florum; et in ortographia ex lucerna grammaticali loquutus est; quum etiam pro *Quirinum* dixerit *Geminum*,

Rectum evaganti frena licentiae
Iniecit, emovitque culpas,
Et veteres revocavit artes;
Per quas Latinum nomen, et Italae
Crevere vires, famaque, et imperî
Porrecta maiestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.

quo nomine illud appellant Velleius Paterc. Dio Cassius, Plinius, Florus, Capitolinus, Macrobius, aliique. Porro *Quirinus* sollemne Iani, sanctum idem, et religiosum cognomen. Macrob. l. c.: *In sacris quoque invocamus Ianum Quirinum, quasi heliorum potentem; ab hasta, quam Sabini curim* (quirim) *vocant.* Festus, ex lege opimorum spoliorum, quam rex Numa edidit quum Iani Quirini Templum exstruxit: *Tertia spolia Iano Quirino agnum marem caedito.* Servius: *Idem* (Ianus) *Iunonius, Quirinus.* Errant ergo Marcilius, Sanadonus, aliique, dum hìc Horatium scripsisse *Quirini* putant, quod ab Romulo conditum Templum fuerit; quum illud a Numa aedificatum unanimiter asserant Liv. l. c. Varro de L. L. IV. Plut. in Numa, et de fort. Rom. Florus I. 2. Sextus Aur. Victor de Vir. ill. 3.

10 *evaganti* V. A. D. Vp. A. Ch. A. C. An. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Pulm. Val. Iani; et ita Porphyrio, edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1486. 1490. Flor. 1482. Lamb. Cruq. Torr. Fabr. Heins. Fab. Dacer. Bentl. Baxt. Cun. San. Ion. Talb. Val. Iani, Oberl. Wakef. Al. *vaganti, et vaganti, evagantique, vagantique.* 11 *emovitque* V. A. a 2. m. B. C. D. Vr. B. C. E F. L. Vp. A. D. Va. B., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torrent. Pulm. Talb. Val. Iani; ita Acron, et Comment. Cruq., ed. Princ. Mediol. 1476. Venn. 1478. 1479. 1490. Lamb. Cruq. Torr. Bentl. Baxt. Talb. Cun. San. Ion. Val. Iani, Oberl. Wakef. Al. *domuitque, demovitque, dimovitque, amovitque, evomitque.* 15 *ortum* V. B. C. Vr. B. Vp. E., alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Val. Iani; edd. Venn. 1483. 1490. Aldi 1501. Iuntae 1503. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. Basill. Fabr. Mur. Lamb. Cruq. Torr. Steph, Heins. Rutg. Fab. Talb. Dacer. Baxt. Bentl. Ion. Val. Iani,

Custode rerum Caesare, non furor
Civilis, aut vis eximet otium;

Oberl. Combe, Wakef. Al. *ortus*. Quamvis apud Lucan. I. 543. *fugiente per ortus Sole:* IX. 419. *in ortus:* 666. 902. *ad ortus;* et passim apud alios; tamen hìc rectius *ortum* postulat sonus, ut concursus quatuor *s* evitetur: et concinit Sallustius Cat. 37.: *Ea tempestate mihi Imperium Populi Romani multo maxume miserabile visum est: cui quum ad occasum ab ortu Solis omnia domita armis parerent* etc.

18 *eximet otium* V. A. B. C. E. F. G. Vr. B. C. a 2. m. E. a 2. m. F. H. I. K. L. Vp. A. B. D. E. H. Ch. A. B. C. D. Cr. A. An. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Iani, Acron mss. apud Bentl. Comment. Cruq. ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. Flor. 1482. Aldus 1501. Dionys. ad Harsio Lugd. 1538. Locher. Ascens. Basill. Muret. Fabr. Gryph. Cruq. Torr. Steph. Rutg. Fab. Bond, Dacer. Baxt. Batt. Val. Combe. Al. *exiget*, quam lectionem dant praesertim Heinsius, Talbot, Bentleius, et post huius argumenta etiam recentiores Cun. San. Ion. Iani, Oberlinus, Wakef. [Bodon.]; quod sit verbum fortius, et aptius *vi*, ac *furori;* atque, iuxta Bentleium, quod *eximi* dici soleat de iis, quae molesta sunt, ut curae, metus, onus. Sed simplicius dici poterat, hìc *eximet* idem esse, ac *adimet*, nempe subtrahet, auferet a nobis otium gratum, pacem, ac tranquillitatem publicam, finitis bellis: otium enim ita sonat hac in re. Cicero II. Agrar. c. ult.: *Nihil est tam populare, quam pax, tranquillitas, otium.* Sallust. Cat. 37., paullo ante citato: *Domi otium, atque divitiae, quae prima mortales putant.* C. Nep. in Hamilc. 2.: *Tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse.* Idem in Timol. 3.: *Eo maximo bello tantum otium toti insulae conciliavit, ut etc.* Et sunt *feriae*, de quibus IV. od. 5. 37. Otium perniciosum recte diceretur *exigi*, seu expelli, eiici e republica, vel civitate; ut probant loca, Lucilii, *exacturum frigus;* et Novii: *Indigne exigor patria innocens*, a Lambino allata; non adimi, subtrahi iniuria, et per vim, ac furorem. *Eximere* hoc sensu, non Bentleiano, est apud Cic. de Amic. 7.: *Quod si exemeris ex natura rerum*

Non ira, quae procudit enses,
Et miseras inimicat urbes.
Non, qui profundum Danuvium bibunt,
Edicta rumpent Iulia, non Getae,
Non Seres, infidive Persae,
Non Tanain prope flumen orti.
Nosque et profestis lucibus, et sacris,
Inter iocosi munera Liberi,
Cum prole, matronisque nostris,
Rite Deos prius apprecati,
Virtute functos, more patrum, duces,
Lydis remixto carmine tibiis,

benevolentiae iunctionem, nec domus ulla, nec urbs stare poterit. Liv. IV. 18. n. 31.: *Et quum ibi quoque religio obstaret, ne non posset nisi ab consule dici dictator, augures consulti eam religionem exemere.* Sueton. in Othon. 6.: *Medium quoque tempus religio, et Seleucus exemit.* Plin. II. ep. 12.: *Quid enim miserius, quam exsectum, et exemtum honoribus senatoriis, laboribus, et molestia non carere?* Sext. Aur. Vict. de Caes. 20.: *Cohortes praetorias statim militia exemit.* 21 *Danuvium* Vr. E.; et legi in vetustioribus, ac celebrioribus mss. Lactantii de Mort. Persec. c. 14. testatur editor P. Abbas Paternò Castello p. 41. Ita nummi Traiani apud Occonem p. 202. 203. 204.: ita lapides apud Grut. p. 62. 5. 449. 3. 453. 1. 490. 2. 562. 3. 1125. 1. Marin. Arvali. p. 77., qui pag. 368. 413. approbat, post Fabrett. de Col. Traiani pag. 234., et peculiari dissertatione Guarnerium, qui pag. 92. alia monumenta adducit, in quibus DANUVIUS legitur; et opinatur cum Marsilio, ita nominatum primis temporibus fuisse; postea etiam *Danubium.* 22 *rumpunt.* 24 *Tanaim.* 25 *Nosque profestis* pauci mss. apud Iani; et ita Cuning. et Iones. Sed bene notat Iani, *et* abesse non posse per sententiam. 30 *Lydis remixto carmine tibiis.* Carmen hìc est laudatio funebris, de qua diximus ad II. od. 1. 38.; et quae canebatur; ut in funere eiusdem Augusti apud Sueton. in eius vita c. ult.:

Troiamque, et Anchisen, et almae
Progeniem Veneris canemus.

Canentibus neniam Principum liberis utriusque sexus. Tibiae ergo Lydae, vel potius earum modus, non illae erant, quibus laeta cantabantur, vel laeti earum cantus; ut post Acronem, aliosque Scholiastas, exponunt vulgo Interpretes; sed tibiae querulae, de quibus III. od. 7. 30.: hae nimirum luctui conveniebant, et memoriae defunctorum; atque ad earum modum canebatur laudatio. Apuleius Met. IV. in fine: *Iam tedae lumen atrae fuliginis cinerem arcessit; et sonus tibiae Zygiae mutatur in querulum Lydium modum; cantusque laetus hymenaei lugubri finitur ululatu.* Alio deinde laeto modo prosequentes, laudes canebant Troianorum; quatenus inde origines gentis Romanae ducebantur; sed in primis Anchisen, et Veneris progeniem, posteritatem, hoc est gentem Iuliam, quae per Iulum ab Aenea, Anchisae et Veneris filio, descendere credebatur, credique volebat. Vid. ad III. od. 3. 60. et Carm. sec. 49. seqq.

Q. HORATII FLACCI EPODON LIBER.

ODE I.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Ei ad bellum Actiacum profecturo comitem se offert; de sua salute sic minus sollicitus.

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula,
Paratus omne Caesaris periculum
Subire, Maecenas, tuo.

2 *Alta navium propugnacula* sunt naves turritae, seu turribus munitae, de quibus passim scriptores, Virgil. VIII. Ae. 693. Caesar de B. Civ. III. 5. 9. Appian. de B. Civ. lib. 5. Flor. IV. 11. Veget. IV. 44., aliique. Earum exemplum habemus in marmore Musei Vaticani; in achate nigricantis coloris apud Borionum Collect. Rom. ant. tab. 73.; in alia gemma Musei Florentini apud Gorium t. II. tab. 50.; et in vitro antiquo sardi coloris Musei eiusdem Gorii; quas copiose illustrat, et de hisce navibus agit Iulianellus in Symb. litterar. Gorii Dec. 2. vol. 10. Romae 1754.; ubi etiam de iisdem navibus legitur pag. 3. seqq. epistola Io. Rin. Carlii. Ante de eodem argumento aliqua dederant Venutus ad dictam Borioni gemmam, Lazarus Bayfius de Re nav. pag. 61. ed. Paris., Scheff. de Mil. nav. II. 2.

Quid nos? quibus te vita si superstite
Iucunda; si contra, gravis?
Utrumne iussi persequemur otium
Non dulce, ni tecum simul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molles viros?
Feremus: et te vel per Alpium iuga,
Inhospitalem et Caucasum,
Vel Occidentis usque ad ultimum sinum,
Forti sequemur pectore.
Roges, tuum labore quid iuvem meo,
Imbellis, ac firmus parum?
Comes minore sum futurus in metu,
Qui maior absentes habet:
Ut adsidens implumibus pullis avis
Serpentium adlapsus timet,
Magis relictis; non, ut adsit, auxili
Latura plus praesentibus.
Libenter hoc, et omne militabitur
Bellum in tuae spem gratiae:
Non ut iuvencis illigata pluribus
Aratra nitantur mea,

5 *Vita si superstite* V. A. C. E. F. Vr. B. C. a 2. m. D. E. F. I. K. Vp. F. Va. B. D., alii mss. apud Pulm. Torr. Talb. Bentl. Combe, ed. Flor. 1482. Ven. 1492.; ita Porphyrio, Mancin. Bentleius, qui multis probat, Baxt. Cun. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. *vita sit superstite*, vel *vita superstite*. 7 * *prosequemur* Vr. K. *persequamur* Vr. I. K. Va. D. 10 *Quem ferre*. 12 *Caucason* Cuning., et ita Vr. 1. 15 *laborem*. 17 *sim* Nic. Heins. 21 *non*, *uti sit*, *auxili* quidam mss. et Bentl. 26 *Aratra nitantur mea* V. A. Vr. G. I. Ch. A. C., alii mss. apud Lamb. Bersm. Canter.

Pecusve Calabris ante sidus fervidum
Lucana mutet pascuis;

Nov. lect. V. 20. Bentl. Val. Combe, et ita Dan. Heinsius, Marcil. Bentleius, qui probat; quia possessivum *meus* cum propiore nomine coniungi debet; nec duplex adiectivum *iuvencis* rectius convenit. Hypallage est: *aratra mea illigata iuvencis pluribus*, pro *iuvenci plures illigati aratris meis nitantur*; et sensus est, ut plurima iugera agri possideam; etenim pro modo iugerum tot boum iuga requirebantur; ut docet Varro de Re rust. I. 19. Al. *meis*.

26 *nectantur* Cr. A., alii mss. apud Fabr. Torrent. Bentl. Val. Combe. Sed bene cum aliis *nitantur*. Nam terra gravis est optima, Virg. II. G. 254.; pinguis, et robustissima iuxta Columell. II. 2, quae ideo validis iuvencis proscindenda, Virg. ib. 237.; et in hoc *conantur*, et *nituntur* boves, ut ait idem Columella l. c.: *Nam illud, quod in quibusdam provinciis usurpatur, ut cornibus illigetur iugum, fere repudiatum est ab omnibus, qui praecepta rusticis conscripserunt, neque immerito.* Terris pinguibus, gravibus, et robustissimis opponuntur exiles, et leves, quae non aratro proscinduntur; sed finduntur sarculo, de quibus I. od. 1. 11. Male aliquos legere *alligata*, patet vel ex hoc Columellae loco. Vid. infra od. 3. 11.

28 *pascuis* V. A. C. E. F. H. Vr. B. Ç. E. II. Vp. D. E. F. Ch. A. Cr. A. Va. A. B., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Pulm. Bersm. Talb. Bentl. Val. Combe, ed. Princ. Medd. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1509. Iuntae 1503. Bentl. Cun. Val. Wakef. Bentleius hanc lectionem praefert, ne in tribus continuis epodis eadem exeat terminatio; quod vitium sedulo evitare noster solet. Hic etiam est hypallage: *Lucana Calabris pascuis*, pro *Calabra pascua Lucanis*; ut bene monet vetus Scholiastes, Baxterus, et alii. Nam in Calabria et Apulia, oves hibernabant; aestivatum veniebant in Lucaniam montuosam, in Samnium, ad Reatinos montes, sive Sabinos; teste Varrone de Re rust. II. 1. et 2. III. in fine. In Bruttiis, et Lucania saltus erant. Sen. de Tranq. an. c. 2.; et *Deus pascua hibernis aestiva substituit.* Idem de Benef. IV. 6. Vid. II. epist. 2. 177. Burmann. de Vectig. Pop. Rom. c. 4.

Nec ut superni villa candens Tusculi
Circaea tangat moenia. 30

29 *Neque* Bentl. et Cuning. [Bod.] ex pluribus vett. edd.; sed potius amore novitatis. *29 superni villa candens Tusculi.* Contra mss. codicum, et editionum omnium fidem, temere, et contra loci veritatem Bentleius emendat, ac legit *supini;* deceptus Cluverii assertione, qui Ital. ant. lib. 3. p. 942. affirmat, Tusculum situm fuisse in clivo leviter assurgente; ideoque putat *supinum* Tusculum dici debere ut Tibur III. od. 4. 23. Hoc de hodierno Tusculo, *Frascati*, dici quidem potest; at vetus in monte supremo situm erat, ut testantur scriptores omnes ab ipso Cluverio allati, et notat Acron, cuius aevo adhuc exstabat, tantum anno 1191. funditus a Romanis eversum; et ruinae id comprobant a me pluries visae; quidquid in contrarium asserat adnotator Cluverii Holstenius pag. 190. Sub ipso, Romam versus, et hinc longe, lateque visebatur Luculli villa *candens*, seu dealbata, non Tiburtino lapide, vel marmore, et immensa; ut etiamnum Roma visuntur aedes Tusculanae, etsi minores. Sen. epist. 89.: *Omnibus licet locis tecta vestra splendeant; alicubi imposita montibus, in vastum terrarum marisque prospectum; alicubi ex plano in altitudinem montium educta.* Aeque ineptit Gesnerus, qui interrogat, an *supernum* Tusculum sit *superius* Tusculum, forte arx antiqua, ubi villa, quae continuari posset ad ipsam urbem Tusculum, a Telegono Circes ex Ulysse filio conditam? Vid. III. od. 29. 8. Quod eo minus dici potest de villa Luculli; quum ipse apud Cicer. de Leg. III. 13. dicat, *duo se habere vicinos, superiorem equitem Romanum, inferiorem libertinum; quorum quum essent magnificae villae* etc. 29 - 30 *villa candens Tusculi Circaea tangat moenia.* Haec est celeberrima Luculli villa, de qua Cicero l. c. et de Finib. III. 2. Plutarchus in eius vita; ubi scribit: *Alias quoque aedes habebat excelsas in Tusculano, et vastissimas, de quibus, tamquam de specula omnem circa regionem prospiciebat, cum cenationibus, xystis, et subdialibus ambulationibus plurimis.* Quam maxima erat, et politissima; quae omnem modum agri excedebat, et quae pessimo publico aedificata dicebatur. Vid. Varron. de Re rust. I. c. 2. 10. c. 13. 7. III.

Vatis, superque me benignitas tua
Ditavit. Haud paravero,

c. 4. 3. Colum. I. c. 4. 6. Illius immensas murorum reliquias etiamnum indicant Antiquarii. Vid. Kircher. Lat. vet. et nov. part. 2. c. 5. Vulp. vet. Lat. VIII. l. 14. c. 4. p. 109. seqq., qui existimant, decimum ferme milliare agrum Lucullanum in gyrum sese extendisse; quem tamen aedificiis, ut plurimum, occupatum fuisse novimus, ad delicias; quum Plinii XVIII. 6. testimonio, Censores de illo protulerint; quod plus spatii in eo verrendum esset, quam arandum. Aliam villam aeque insanam, cum piscinis, habebat idem Lucullus prope Circaeum montem, et mare, de qua Vulpius p. 112. Eius pariter adhuc visuntur ruinae ad lacum; et inde paucis abhinc annis erutae insignes marmoreae statuae, aliaque monumenta, de quibus dixi in Hodoeporico ad Ostiam urbem p. 4. Hinc Poetae sensus est: Non militabo tecum, ut acquiram; vel, ut des mihi has Luculli villas, et, quod eas intercedit, territorium: seu, ut dites me in immensum sive agris optimis, sive ovibus, et pascuis, sive villis. Non tantum hyperbolice loquitur Horatius, ut putat Glareanus; sed ex vero: alludens ad innumeras Romanorum divitias, possessiones, et latifundia ultra, citraque mare, ad quas etiam respicit I. od. 1. 10. II. od. 2. 10. III. od. 16. 26. seq. et 39. IV. od. 9. 45. seqq. Petron. c. 48.: *Suburbanum dicitur confine esse Tarracinensibus, et Tarentinis; nunc coniungere agellis Siciliam volo, ut quum Africam libuerit ire, per meos fines navigem.* Et c. 77.: *Tu latifundia possides... Quod si contigerit fundos Apuliae iungere, satis vivus pervenero.* Sen. de Benef. VII. 10.: *Oh miserum, si quem delectet sui patrimonii tiber magnus, et vasta spatia terrarum colenda per vinctos, et numensi greges pecorum per provincias, ac regna pascendi; et familia bellicosis nationibus maior; et aedificia privata laxitatem urbium magnarum vincentia.* Et fusius epist. 89. Lipsius de Magnit. Rom. lib. 2. c. 15. 30 *Circaea tangat moenia.* Simile cuiusdam morientis desiderium in marmore apud Brissonium de Form. VII. p. 700. et Grut. p. 879. 4., cum varietate: VALE. CONIUX. VALETE. NATI. VALEAT. TIBUR. PATRIA. ULTIMA. Q. LAELII. MORIENTIS. DECRETA.

Quod aut avarus, ut Chremes, terra premam;
Discinctus aut perdam ut Nepos.

ODE II.

Alphius Foenerator, velut artis suae pertaesus, laudat vitam rusticam; sed avaritia victus, ad ingenium, et pristinam vivendi rationem redit.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni foenore:
Neque excitatur classico miles truci,
Neque horret iratum mare;
Forumque vitat, et superba civium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos;

HAEC. SUNT. UT. TIBURTINAE. DOMUS. SUBURBANI. FUNDI. ET. PRAEDIA. NOMENTAN. MOENIA. TANGERENT. 34 *Nepos.* Vid. I. sat. 8. 11.

1 *Beatus.* Fortasse Poeta respicit ad oraculum Apollinis, de quo Solin. c. 8. in fine, edit. Francf. 1603., vel 2 in fine, edit. Salmasii: *Solum certe beatum Cortina Aglaum iudicavit, qui in angustissimo Arcadiae angulo pauperis soli dominus, numquam egressus paterni cespitis terminos invenitur.* Vid. II. epist. 1. 139. 3 *bubus.* 5 *Nec.* 5 * *ut miles* V. B. C. D. F. Vp. F. Ch. C. Va. B. Vid. I. sat. I. 29. *Classico miles* bene etiam apud Mar. Victorin. Putsch. c. 2575., et Atilium Fortunatian. c. 2674. 6 *Nec* Vr. C. I. Ch. A. C. Bentl., alii. 10 *Altas.* Marcil. et Dacerius notant, aliquos edere *albas;* optimeque eos refutant. Populus *alta* pariter dicitur a Tibullo I. el. 4. 30.; *celsa* a Phaedro III.

Aut in reducta valle mugientium
Prospectat errantes greges;
Inutilesque falce ramos amputans,
Feliciores inserit;
Aut pressa puris mella condit amphoris;
Aut tondet infirmas oves.
Vel, quum decorum mitibus pomis caput
Autumnus agris extulit,

17. 4.; *procerissima* a Cic. de Leg. I. 5.: neque *alba*, sed *nigra* vitibus adhibetur. Plin. XVII. 23. 11 *Aut.* Hos duos versus postposuerunt duobus sequentibus Georgius Fabricius, et Henricus Stephanus, deinde Baxterus, Cuning. Sanad. Oberlin. Wakef. Klotz, alii, contra omnium mss. fidem; quod versus de maritatione vitis continuo sequi debeant illos de insitione, propter argumenti cognationem: inepta ratione; nam, ut bene notat Bentleius, maritatio fit autumno, insitio vere, iuxta Columellam, aliosque. Quidni eadem ratione hisce versibus appendimus et versus 17. ad 22.? Quis non videt Alphium foeneratorem agere, non proprie agricolam; atque ex affectu saltuatim loqui de omnibus? Bentleius, quem sequitur Cuningamius, legit *inutilesve*, nulla auctoritate, aut necessitate. (a) 18 *agris* V. A. B. C. E. Vr. B. C. D. E. a 2. m. F. G. a 2. m. H. K. Vp. A. B. E. Ch. A. B. C. Va. A. B., alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Bentl. Combe, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. Acron ms. Porph.; et ita Brod. Bentl. Cun. San. Wakef. Al. [in his Bod.] *arvis*. Virgil. II. G. 5.: *Tibi pampineo gravidus Autumno floret ager.* Vid. IV. od. 7. 11.; et Drakenb. ad Sil. Ital. V. 260, ubi notat, saepe in priscis libris turbari has voces *ager*, et *arvum*. Quamquam eaedem pro synonymis habeantur tum apud Horatium saepe, tum apud alios omnes; tamen longe latior est significatio *agri*, quam *arvi*, quod proprius ad cerealium culturam destinatur; *ager* ad omnes fructus, ut apud scriptores rei rusticae, Ciceronem, Tibullum, Ovidium, in Pandectis, aliisque scriptoribus. Vid. Auson. Popm. de Differ. verb. vv. *Ager* et *Arvum*. Autumnus, anni tempestas, qui in antiquis monumentis,

Ut gaudet insitiva decerpens pyra,
Certantem et uvam purpurae,
Quis munerctur te, Priape, et te, pater
Silvane, tutor finium!
Libet iacere modo sub antiqua ilice,
Modo in tenaci gramine:
Labuntur altis interim rivis aquae;

sive virili, sive feminea specie repraesentatur cum suis fructibus vel in sinu, vel in cornucopiae, vel cum corona, quam pomosam vocat Propert. IV. el. 2. 17.

19 * *At gaudens insitiva decerpit pira* V. C. a 2. m.

20 *uvam purpurae.* Vid. II. od. 5. 11. Vr. E. a 2. m. et mss. quatuor apud Cruq. *purpura*; sed bene *purpurae*, dativo casu, Graece, ut infra od. 11. 18. II. sat. 5. 19.

21 *Quis* Cun. *Queis* San. Al. *Qua*, facili exscriptoris lapsu, ut alibi saepissime, et supra od. 1. 10. *Qua* referretur ad solam uvam; sed sensus etiam ad pyra, aliaque poma referri debet; nam Priapus, et Sylvanus custodes erant hortorum pomiferorum. In marmore apud Boissard. Ant. Rom. part. VI. p. 73. Tomasin. de Donar. c. 26. p. 172. Cuperum in Inscript. et mon. ant. post Apoth. Hom. p. 298. Grut. p. 95. 2. Burmann. Anthol. Lat. I. p. 715. Priapo dicitur:

DUM. TUA. POMIFERUM. CUSTODIA. PROTEGET. HORTUM
TERROR. ET. INFESTIS. FURIBUS. INGVEN. ERIT

et in alio apud eumdem Tomasin. c. 24. p. 160. Broukhus. ad Tibull. edit. Patav. 1749. p. 338. Deus ille vocatur ASSIDUUS. CUSTOS. RURIS; eidemque dicantur poma in epigr. 16. apud Burmannum l. c. II. p. 493. epigr. 21. p. 497. Ibidem apud Tomasin. statua Silvani gerit in sinu uvam, poma, pyra, aliosque fructus, cum inscriptione in basi: SILVANO. SANC. SACR., et in gemma apud Gorium Mus. Flor. I. tab. 95. 9. Silvanus, aut Vertumnus, eosdem, aliosve fructus sinu continet: et *arvorum, pecorisque Deus* dicitur a Virg. VIII. Ae. 601. Tibullus I. el. 1. 23. 24. de Priapo similiter: *Pomosisque ruber custos ponatur in hortis, Terreat ut saeva falce Priapus aves.* Vid I. sat. 8.

25 *rivis* V. A. C. E. H. Vr. B. C. a 2. m. E. G. K. Vp. B.

Queruntur in silvis aves;

F. Ch. C. Va. A. B. a 2. m. C., meliores Lamb. Cruq. Torr., alii apud Val. Combe, edd. Venn. 1478. 1486. Baxt. Val. Sandby. Lambinus, Cruq. Torr. laudarunt quidem lectionem; sed non admiserunt in textum. *Ripis* V. B. D. F. l. Vr. A. C. D. F. I. Vp. A. C. D. E. Ch. A. B. Cr. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Val, ed. Princ. Med. 1476. Flor. 1482. Venn. 1479 1490. 1492. 1509. 1514. 1546. Aldi 1501. Iuntae 1503. Chapuis Paris. 1503. Argentor. 1515. Dion. ab Harsio Lugd. 1548. Mur. Basill. 1527. et aliae, Gryph. Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Rob. et Henr. Steph. D. Heins. Bond, Bentl. Chabot, Dacer. Cun. Maitt. San. Gesn. Batteux, Oberl. Combe, Wakef. [Bod.] et vulgo fere omnes. Bentleius, qui hanc lectionem propugnat, huc adducit nostrum I. od. 2. 19.; sed sensu longe diverso ibi loquitur Horatius, de fluvio exundante, et ripas superante; ut in eodem casu apud Plinium VIII. epist. 17.: *Tiberis alveum excessit; et demissioribus ripis alte superfunditur.* Deinde addit Bentleius, sibi placere *ripis*, quia autumno, quum arescunt *flumina*, non *alti* sunt *rivi*, sed *altae ripae;* quod laudat, et sequitur Gesnerus. Affert Bentleius etiam Lucretium II. 260 seqq.: *Nec tenerae salices, atque herbae rore virentes; Flumina que ulla queunt, summis labentia ripis, Oblectare animum, subitamque avertere curam.* Sed Lucretius alio sensu loquitur de aquis puris amnium, quae vaccas ad bibendum invitarent; ut etiam Ovid. Am. II. el. 17. 31. Val. Flacc. IV. 402. Quinctil. Inst. Orat. XII. 2. ab eodem allati, de fluminibus loquuntur; ripasque dixit Lucretius pro alveo, ut Ovidius: *Sed neque diversi ripa labuntur eadem, Frigidus Eurotas, populiferque Padus.* Et III. el. 6. 19. seq.: *Tu potius ripis effuse capacibus amnis, Sic aeternus eas; labere fine tuo.* Ideoque ripae apud Horatium flumen supponerent, ut Bentleius, et Rappoltus contendit. At Horatius non flumina desiderat, nec laudat poetice in modicis praediis rusticis; multoque minus ea laudare hic posset, de quibus Quinctilianus; *Ut vis amnium maior est altis ripis, multoque gurgitis tractu fluentium; quam tenuis aquae, et obiectu lapillorum resultantis;* sed perpetuo laudat *rivos*, ut I. od. 29. 11. 12. II. od. 3. 11. 12. III. od. 13. 6. 7. od. 16.

29 od. 29. 22. I. ep. 10. 6. 7. 21. ep. 14. 29. 35. ep. 16. 12. ep. 18. 101.; quo modo pariter vitam rusticam laudibus efferens Theocritus supra allatus, Ovid. de Rem. am. I. 177.: *Respice labentes iucundo murmure rivos.* Virg. in Cul. 146-159. Claudian. I. in Ruffin. 214.: *Hic avium cantus, labentis murmura rivi. Rivis* autem *altis* dixit, pro ab altis montibus, ut I. od. 29. 10. seq.: *Quis neget arduis Pronos relabi posse rivos Montibus:* epod. 16. 47. seq.: *Montibus altis Levis crepante Lympha desilit pede.* Catull. LXVII. 57. seq.: *Qualis in aerii pellucens vertice montis Rivus muscoso prosilit e lapide.* Et Colum X. 144.: *Nec summo nemoris labuntur vertice rivi.* Ita labentes aquae leniter strepunt. Virg. I G. 109.: *Ecce supercilio clivosi tramitis undam Elicit: illa cadens raucum per levia murmur Saxa ciet.* Idem, seu alius auctor, in Copa v. 12. ap. Burmann. Anthol. Lat. I. p. 712.: *Est strepitans rauco murmure rivus aquae.* Vid. I. epist. 10. 21. Quod murmur, cum alio fontium murmure, et querulo, seu molliculo, et dulci avium cantu, (non fluminis ab alto cadentis strepitus, qui alia obrueret, et somnum averteret; et tantum, si leniter strepat, illum conciliat, ut Ticinus apud Sil. Ital. IV. 86. seqq.) suadebit inire somnum illi, qui *interim* iacet sub antiqua ilice, vel in tenaci gramine. *Prope rivum somnus in umbra*, I. epist. 14. 35.: *Mollesque sub arbore somni*, Virg. II. G 470.: Ovid. III. Fast. 17. seq.: *Dum sedet, umbrosae salices, volucresque canorae, Fecerunt somnos, et leve murmur aquae.* XI. Met. 602. seqq.: *Saxo tamen exit ab imo Rivus aquae Lethes, per quem cum murmure labens Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.* Tibull. I. el. 2. 78.; *Soporem Nec sonitus placidae ducere possit aquae.* Celsus III. 18.: *Confert etiam aliquid ad somnum silanus* (fonticulus artificialis) *iuxta cadens.* Saxo Grammat. IV. Hist. Danor. p. 57.: *Loci specie delectatus, quieti consuluit, iucundiore rivi strepitu somni cupidinem provocante.* Vetus epigramma in marmore Romano apud Schradaeum Monum. Ital. p. 198. v. 1. 2. Burmannum l. c. p. 475.:

QUOD. BLANDO. FACILEM. PRODUCIT. MURMURE. SOMNUM,
QUAE CADIT. ET TREMULOS. EFFICIT. UNDA. LACUS.

et in alio marmore apud Tomasin. de Donar. c. 26. p. 171. Bonad. I. 122.:

Fontesque lymphis obstrepunt manantibus;
Somnos quod invitet leves.
At, quum tonantis annus hibernus Iovis
Imbres, nivesque comparat,
Aut trudit acres hinc, et hinc multa cane
Apros in obstantes plagas;

HUIUS NYMPHA. LOCI. SACRI. CUSTODIA. FONTIS
DORMIO. DUM. BLANDAE. SENTIO. MURMUR. AQUAE

Hic liquidus est, simplexque Horatii sensus; quin vel ad aestatem, vel ad autumnum respiciat, ut sibi fingunt Bentleius, et Gesnerus; neque de fluminibus, aut de riparum altitudine loqui ad rem erat. 27 *Frondesque lymphis obstrepunt* Marklandus, Bowyer. et Wakef. ex ingenio audaci, extrancisque aliorum auctorum parallelis, ut Propertii IV. el. 4. 4: *Obstrepit arbor aquis:* Horatii IV. od. 14. 48.: *Obstrepit Oceanus Eritannis;* similibusque, quae congerit Wakef, et notat Burmannus ad hunc Propertii locum, edit. Sant. p. 767.; ut hìc sit dativo casu, *frondes obstrepunt lymphis*, vel *arbores aquarum susurris respondent.* Sed non viderunt critici, fontes suis aquis manantibus, ablativo casu, obstrepere iacenti sub antiqua ilice, aut in tenaci gramine, ut illi somnum concilient: quod bene notaverat Sanadonus contra Dacerium, qui *obstrepunt* iungebat *avibus.* Fortasse imitatur Horatius Theocritum Idyll. VII. 135. seq.: *Multae autem nobis supra caput quatiebantur Populique, ulmique, et prope sacer rivus, Nympharum ex antro defluens, murmurabat.* Et Ovid. III. Fast. 17. seq.: *Dum sedet, umbrosae salices, volucresque canorae, Fecerunt somnos, et leve murmur aquae.* Nec obstat, quod iam ante rivos aquarum induxerit Poeta, ut obiicit Bowyerus; nam et rivi, et fontes insimul conveniunt praediis rusticis; neque hìc *lymphis manantibus* locus esse potest sine *fonte*, vel saxo, unde emanent; quum ad aquas rivorum, vel etiam fluminum, si placet, referri nequeant, quae labuntur, non manant; ipsae vero obstrepunt manando.

31 * *multo cane* Vr. G. I. Vp. C. a 2. m. Canes venaticos [illegible] feminino genere enunciat Apul. Met. VIII. post. init.

Aut amite levi rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos;
Pavidumque leporem, et advenam laqueo gruem,
Iucunda captat praemia.
Quis non malarum, quas amor curas habet,
Haec inter obliviscitur?
Quod si pudica mulier in partem iuvet
Domum, atque dulces liberos;
Sabina qualis, aut perusta solibus
Pernicis uxor Appuli;
Sacrum vetustis exstruat lignis focum,

Et primum quidem canum procaciores, quae cominus contulerant vestigium, genis hac illac iactatis, consectas interficit. Vid. infra od. 5. 23. et 58. 35 *Pavidumve* Bentl., nulla auctoritate, aut necessitate, et Val [et Bod.]

37 *Quis non malorum, quas* editio Aldina 1501. quam laudant Georg. Fabric, et Theod. Pulmann.; et ita edit. 1515. Argentorati, et Basil. 1527. 39 *Quid si* V. A. H., aliqui apud Lamb. et Henr. Steph. *Quo si* ed. Ven. 1552. Ioann. Gryphii. *Quid? si* Vp. A., unus apud Val. *Iuvans* ex ingenio Turneb. Advers. XII. 15., quem sequitur D. Heins., et Cun., addens ex MS.; et ita Val. Cuningamium sequitur more suo Sanadonus. Sed haec emendatio laedit, ac minuit sensum Poetae, qui non supponit, mulierem iuvare domum, atque dulces liberos; sed hoc officium, ut potius, primum enumerat, *quatenus*, *si* id exerceat uxor, aliaque sequentia obeat insimul; non *si* primum *exstruat focum;* quod fere puerile esset. 43 *Sacrumque* Lamb. ex ingenio: *Sacrum et* Muret. nulla data ratione. Ita Zeun. ex edit. Venet., et Val. ex sex mss.; sed non advertunt, tunc legendum supra *iuvet*, non *iuvans;* ut iam notaverat Lambinus. Nec si legas *iuvet*, addenda erit copulativa *et*, ut contendit Sanadonus, Zeun., et alii post Lambinum; quae neque Latine est necessaria, neque Horatiana ratione. Vid. III. od. 24. 40. IV. 9. 40. seqq.; cuius praesertim loci meminisse debebat Sanadonus, qui *et* apponit post *vultu;* et hìc v. 61. seqq.

Lassi sub adventum viri;
Claudensque textis cratibus laetum pecus,
Distenta siccet ubera;
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemtas apparet;
Non me Lucrina iuverint conchylia,
Magisve rhombus, aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare:
Non Afra avis descendat in ventrem meum,
Non attagen Ionius
Iucundior, quam lecta de pinguissimis
Oliva ramis arborum;
Aut herba lapathi prata amantis, et gravi
Malvae salubres corpori;
Vel agna festis caesa Terminalibus,
Vel hoedus ereptus lupo.
Has inter epulas, ut iuvat pastas oves
Videre properantes domum!
Videre fessos vomerem inversum boves
Collo trahentes languido!
Positosque vernas, ditis examen domus,
Circum renidentes Lares!

50 *scauri* errato manifesto scriptorum. 52 *verrat* N. Heins., quem refutat Bentl. 53 *Afra avis*, gallina Numidica, nobis *gallina di Faraone*, de qua plura dabit Bochart Hieroz. II. lib. 1. c. 19. col. 133. 54 *Ionicus*. Vid. III. od. 6. 21. 56 *Oliva*. Vid. I. od. 31. 15. 59 *caesa festis agna* Ios. Scaliger. 60 *exceptus* Acron ms. 63 *fessas* Cun. Vid. infra od. 9. 22. 66 *Circum Lares*, id est circa focum familiarem, in medio situm, non ad murum. Cato c. 143. Colum. XI. 1. 19. De hoc modo, et de veterum caminis plura

Haec ubi loquutus foenerator Alphius,
Iam iam futurus rusticus,
Omnem redegit Idibus pecuniam;

scripsi ad Winkelm. Storia delle arti del. dis. III. p. 209. seqq. 67 *Haec ut* Cun. 67 *Alphius* V. K. Vr. A. C. K. Vp. A. D. E. Ch. B. Cr. A. Va. A. B. C., ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1490. 1492. 1509. 1520. 1546. 1573. 1590. aliaeque, Aldus 1501. Iunta 1503. Chapuis Paris. 1503. Argentor. 1515. Basill. 1527. 1531. aliaeque, Frib. 1536. Gryph. Lamb. Cruq. Torr. R. et H. Steph. Parth. Chabot, Bond, Talb. Xylander, D Heins. Tarteron. Maitt. Batteux, Desprez, et Acron ms. *Alfius* alii mss. nostri, et recentiores editores, Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn. Val. Oberlin. Combe, Wakef. [Bod.] aliique, nulla data ratione. Nihil certi ex marmoribus eruitur; nam apud Fabrett. p. 91. 699. et alibi, apud Bianchi Marmi Cremon. p. 134. Passioneum, de Vita, Marinum, aliosque, *Alfius*. Ita et apud Grut. saepe; sed etiam saepissime *Alphius;* ut videre est in eius indice. Rectius *Alphius*, quia ex Graeco Ἀλφιεύς. Alphius etiam scribitur apud Columellam, de quo mox: et poeta Avitus Alphius apud Terentian. Maur. de Metr. in Putsch. c. 2437., et apud Mar. Victorin. ibid. c. 2585. 69 *Omnem redegit idibus pecuniam* V. A. B. C. D. E. K. Vr. A. B. D. E. G. H. K. L. Vp. C. E. F. Vo. A. Ch. A. B. Cr. A. Va. A. C. D., alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Bentl. Combe, edd. Venn. 1483. 1486. 1492. 1514. 1520. Flor. 1482.; et ita Acron ms. Comment. Cruq. Cruq. Dacer. Bentl. Baxt. Gesn. Batt. Maitt. Oberl. Combe, Wakef. Al. [in his Parmenses.] *relegit*, quam lectionem defendit Nic. Heins. prae aliis, Advers. l. 2. c. 4., exiguis argumentis. Aliam vero Bentleius strenue, multis locis a Cicerone petitis, a Livio, Plinio iuniore, Quinctiliano, Eutropio, atque ex Pandectis. Et sane *redigere* verbum technicum est, et iuridicum, apud Ictos perpetuum; ut plurimis locis ex iisdem Pandectis confirmari posset; inter quae videas l. 13. l. 35. princ. de Neg. gest. l. 2. l. 9. Qui pot. in pign. l. 1. §. 4. Ususfr. quemadm. cav. l. 58. §. 1. de Usufr. et quemadm. l. 2. §. ult. de Cur. bon. dand. l. 26. l. 38. l. 51. Famil. erc. l. 5. §. 4. de Carb. ed. l. 46. de

Quaerit Calendis ponere. 70

Usur. l. 68. de Fideiuss. l. 58. §. 6. ad Sc. Treb. l. 48. §. 15. de Furt. l. 83. de Solut. et lib. l. 34. de Reg. iur. Africanus in l. 64. in fine, de Legat. 3.: *Quin etiam illud quoque putem defendi posse: ut non modo a debitoribus exactae pecuniae, sed quacumque de causa redactae, eidem tamen rationi fuerint destinatae, fideicommisso cedant.* l. 20. §. 6. de Hered. petit., ubi Senatusconsulti verba referuntur: *Consules censuerunt, placere, redactae ex pretio rerum venditarum pecuniae usuras non esse exigendas:* quae verba exponens Ulpianus §. 15. addit: *Redactae, inquit, pecuniae ex pretio rerum venditarum. Redactam sic accipimus, non solum iam exactam; verum et si exigi potuit, nec exacta est.* Denique l. 5. §. 2. de Solut. et lib., in qua legitur rescriptum Imperatorum Septimii Severi, et filii Antonini Caracallae: *Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit: Cum distractis pignoribus creditor pecuniam redigit, si sint usurae debitae, et aliae indebitae etc.* Nullibi inveni *relegere* hac significatione. *Omnem pecuniam Idibus* redigebat Alphius: quod ut clarius exponatur; notum vel ex nostro Horatio I. sat. 3. 87., foeneratores solitos, ut plurimum, pecunias dare ad usuram; usuras, et ipsum caput severiores exegisse quibusque Calendis: notum ex legibus 158. de Usufr. l. 7. §. 1. 2. Sol. matr. l. 15. de Vectig. l. 60. pr. Loc. l. 41. §. 2. de Usur. l. 66. §. 5. de Furt. l. 98. §. 4. de Sol. et lib. et alibi passim; notum ex scriptoribus omnibus. Seneca, pro cunctis, de Benefic. I. 2.: *Nemo beneficia in Calendario scribit; nec avarus exactor ad horam, et diem appellat.* Ep. VI. 40.: *Cum acerbo foeneratore signare rationem parem properas.* Vid. Noodt de Foen. et usur. II. 1. Indubium pariter esse puto, usuras exigi solitas quibusque Idibus; ut bene notat vetus Scholiastes apud Pithoeum, et Baxterum, ex Cicer. Cat. I. 6., quia nempe foeneratores ultra statutum ex contractu Calendarum diem, in Idus concederent dilationem. Ita egisse dicendum credo Alphium, qui ex more aliorum Calendis dabat, et Calendis redigebat usuras, quae poterat non molestus, aut acerbus exactor; sed Idibus *omnes* omnino usuras, et caput, seu sortem exigebat: quo sensu accipien-

ODE III.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Allii detestatio.

Parentis olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit,
Edit cicutis allium nocentius.
O dura messorum ilia!

dus quoque videtur Cicero, inquiens Catilinae: *Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere proximis Idibus senties.* Id usitatum humanioribus usurariis, argui potest ex l 33. pr. ff de Usur., ubi Ulpianus scribit: *Si bene collocatae sunt pecuniae publicae, in sortem inquietari debitores non debent: et maxime, si parient usuras; si non parient, prospicere Reipublicae securitati debet praeses provinciae: dummodo non acerbum se exactorem, nec contumeliosum praebeat; sed moderatum, et cum efficacia benignum, et cum instantia humanum. Nam inter insolentiam incuriosam, et diligentiam non ambitiosam multum interest.* Huius plane indolis moderatae fuit Alphius, si bene, quae de eo scribit Columella l. 7., velimus perpendere: *Nec sane est vindicandum nobis quidquid licet. Nam summum ius antiqui summam putabant crucem. Nec rursus in totum remittendum: quoniam vel optima nomina non appellando fieri mala, foenerator Alphius dixisse verissime fertur.* Alphius igitur appellabat debitorem Calendis ad solvendum; quod est apud laudatum Senecam IV. 39. *appellare debitorem ad diem;* sed data dilatione, Idibus omnem, et omni modo pecuniam redigebat. 70 *Calendis* Vid. III. od. 8. 1.

3 *Edit* V. A. C. Vr. B. C. E. H. Vp. F. Ch. A. Va. C., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Talb. Val.; et ita Comment. Cruq. Iunta 1503. Gryph. 1566. Lamb. Cruq. Torr. Talb. Baxt. Cun. Bentl. San. Gesn. Oberl. Combe, Wakef.: probant in primis Petr. Victor. Var. lect. VI. 19. Petr. Nann.

Quid hoc veneni saevit in praecordiis?
Num viperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit? an malas
Canidia tractavit dapes?
Ut, Argonautas praeter omnes, candidum
Medea mirata est ducem,
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perunxit hoc Iasonem:
Hoc delibutis ulta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
Nec tantus umquam siderum insedit vapor
Siticulosae Apuliae;
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit aestuosius.
At, si quid umquam tale concupiveris,
Iocose Maecenas, precor,
Manum puella savio opponat tuo;
Extrema et in sponda cubet.

Miscell III. 19. Lamb. Talb. ex Plauto, Catone, Cicerone, aliisque; ab antiquo edim, edis, edit, ut sim, sis, sit; velim, velis, velit, et similibus. Al. *Edat.*

5 *Queis hoc* Matth. Bonfin. Scalig. et Rutgers., ad messores praecedentes referendo. 12 *Iasona* Cun. 20 *Iocosa* Bowyerus, quem sequitur Wakef., ita transferens epitheton ad puellam; quod *iocose* ei videatur parum Maecenati convenire hoc loco: sed audacter, et insipienter: non enim iocosa dici potest puella, quae serio os avertit ab odore gravi alii. 21 *savio* V. A. B. C. D. E. F. H. Vr. B. E. H. Vp. B. C. F. Ch. A. B. Cr. A. Ba. A. Va. B., alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Val.; et ita Bentl. Baxt. Cun. Oberl. Gesn. Combe. A Plauto Savium saepe usurpatum in Poen. I. 2. 165. 192. V. 4. 70. Saepius ab Apuleio Met. IV. p. 85. ed Pric.: *Sic effata, et osculis hiantibus filium diu, ac pressule saviata.* V. p. 93.: *Iam mutuis amplexibus*,

ODE IV.

IN CNEIUM POMPEIUM CNEI LIBERTUM MENAM (A).

In eius, ex mutata conditione, arrogantiam invehitur.

Lupis, et agnis quanta sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est,

et festinantibus saviis sese perfruuntur: pag. 103.: *Patulis, ac petulantibus saviis festinanter ingestis.* VI. p. 115.: *Accepturus indicii nomine ab ipsa Venere septem savia suavia:* p. 123.: *Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata, consaviat.* Macrob. Sat. II. 2.: *Dum semihulco savio Meum puellum savio.* [Bodon.: *suavio.*]

(A) Variat titulus in mss., et editis, fortasse quia ex cuiusque scriptoris, vel editoris ingenio additum. V. A. *in Sextum Pompeium libertum.* V. E. *In Sextum Pompei libertum.* V. L. *Ad Menam Sexti Pompei libertum.* Vr. H. *In Sextum Pompeium Sexti libertum Menam.* Vr. K. *In libertum Cn. Pompei Magni honore superbum.* Vp. A. *Ad Sextum Menam libertinum.* Vr. E. *In Sextum Pompeium Sex. libertum.* Vp. B. *Ad Pompeium.* Vp. F. *In Meconam Sexti Pompei libertum.* V. B. *In Menam Sexti Pompei libertum.* Vr. C. *Ad Sextum Menam libertinum Vedium Rufum ex servitute miratur usurpasse equestrem dignitatem usque ad Tribunatum militum;* et ita in ms. apud Oberlinum. Ms. Ch. A. *Ad Sextum Menam libertinum.* An. A. *Ad Sextum Menam libertinum equestrem.* Ms. Mediceo-Laurentianus apud Torrentium: *In Sextum Maenam Pompei libertum* [sic et Bod.]: et in alio apud eumdem Torr.: *Ad Menatem.* Varietas etiam apud editores, quos videas; sed notandus Cruquius, Bond, et alii, qui scribunt: *Ad Vulteium Menam libertum Pompei Magni;* decepti, quia eius meminit Horatius I. ep. 7. 55.; sed a nostro longe diversi. Tum ex his, aliisque mss., tum ex Acrone, Porphyrione, Commentatore Cruquiano, et aliis

Hibericis peruste funibus latus,
Et crura dura compede.
Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.
Videsne, sacram metiente te Viam
Cum bis ter ulnarum toga,

Scholiastis, hanc invectivam in Menam, Cnei Pompei Magni libertum, scriptam dicemus; sed titulus vel pure *in Menam*, in contemptum scribendus est; vel ad artis regulas, ut eum apposuimus. Est enim, ut apud Gruterum de aliis eius collibertis, p. 79. 5.: *Cneius Pompeius Cnei libertus Nicephorus:* et p. 990. 5.: *Cneius Pompeius Cnei libertus Prothesilaus:* et alibi passim in libertis; qui praenomen, atque nomen patroni manumittentis assumebat, proprio retento: ideoque etiam Cneus appellandus, non Sextus, qui Cnei filius erat. Menas, Menae, est Latine ex Graeco Μηνᾶς, Μηνᾶ, teste Charis. Gramm. lib. 1. p. 12. ed. Basil. 1551.; et ita apud Dionem, Plutarchum, Suidam; et apud Appianum Alexandr. de Bello Mithrid. p. 299. Amst. 1670. alius Menas, et alius in marmore apud Bourdel. in notis ad Petron. c. 130.: G. POMPEIO IMPERATORI MENAS DISPENSATOR. Dicebatur etiam Mena, Menae; ut apud Grut. p. 241. c. 2. *Lallius Mena;* et in alio apud Bianchini Sep. de' servi p. 19., Gorium de eodem sepulcro, seu Libert. columb. n. 93.; *Mena Liviae libertus.* At non *Maena*, ut Torrentius. Bentl., et alii non pauci. De hoc Mena, Cnei Pompeii Magni liberto, adeo in historia illius aevi celebri, praeter Torrentium, plura collegit Ios. Bartoli Dissert. sopra un monum. sacro p. 113. seq. Taurini 1768. Petrus Burmannus de Iure annul. aur. cap. 2. apud eumdem Gorium Symb. litt. dec. 2. vol. 5. pag. 128., aliud cogitans, pro Mena, ut puto, scripsit Antonium Musam.

3 *Hibericis funibus* ex sparto, quod in Hiberia, seu Hispania, optimum erat, teste Plinio XIX. 2. XXXI. 8. Quinctil. Inst. or. VIII. princ.: *Ut ille, qui in actione Hibericas herbas, se solo neguicquam intelligente, dicebat; nisi irridens hanc vanitatem Cassius Severus, spartum eum dicere velle indicasset.* 8 *bis trium* Barthius Adv.

Ut ora vertat huc, et huc euntium
Liberrima indignatio?
Sectus flagellis hic Triumviralibus,
Praeconis ad fastidium,
Arat Falerni mille fundi ingera,
Et Appiam mannis terit;
Sedilibusque magnus in primis eques,
Othone contempto, sedet.
Quid attinet, tot ora navium gravi
Rostrata duci pondere
Contra latrones, atque servilem manum;
Hoc, hoc tribuno militum?

LIV. 26., Bentleius, Cun., San., nulla auctoritate. 9 *vertit* Cun. 11 *Sectus*. Hos duos versus melius aliis scriptoribus illustrat Petrus Faber Semestr. I. 2. c. 6. At Gronov. Obs. II. 6. putat, Menae sub Triumvirorum dominatione, dum apud Sextum manebat, bona subhastata, sectioni subiecta fuisse: ideo addere Poetam *ad fastidium praeconis*, qui nempe auctioni apparebat. Quid enim, inquit, aliud sunt *flagella triumviralia*, quam proscriptiones, subhastationes, addictiones? Nam si de Triumviris capitalibus hoc accipiamus, oportet novam nos historiam fingamus de Mena sub Triumviris illis damnato, caeso, et postea restituto. At floruit ille apud Augustum, gratia opibusque ab eo in solatium amissorum per subhastationem auctus. Ingeniosa quidem expositio est; sed nulla fulta auctoritate; nec est verisimile, ita Horatium Augusto ipsi insultare voluisse; neque ratio esset ulla liberrimae indignationi euntium, quae potius spectare videtur personam iam servi flagellati, nunc ditissimi liberti, ac insolentis. 16 *contento*.

ODE V.

IN CANIDIAM VENEFICAM (A).

Puer a veneficis sub terra defossus mento tenus, famequ necandus, ut ex eius iecore, et medulla conficerent philtrum, omnibus diris istas devovet.

At, o Deorum quidquid in Caelo regit
Terras, et humanum genus!
Quid iste fert tumultus? et quid omnium
Vultus in unum me truces?
Per liberos te, si vocata partubus
Lucina veris adfuit,
Per hoc inane purpurae decus precor,
Per improbaturum haec fovem,
Quid ut noverca me intueris, aut uti
Petita ferro bellua?
Ut haec trementi questus ore, constitit
Insignibus raptis puer,

(A) Commentator Cruquianus, Landinus, et alii non pauci, scribunt, sub Canidiae nomine Horatium hic exsecrare Gratidiam quamdam Neapolitanam veneficam; alii addunt, amicam suam. Quidquid sit de hac expositione, hoc notandum, Canidiam gentem plebeiam exstitisse Horatio coaevam; ut ex nummo aevi Augusti notat Eckhel Doctr. vet. numm. V. p. 161.: et Canidius sub Antonio pugnavit ad Actium. Vell. Paterc. II. 85. Vid. infra od. 17.

1 *Ast* legit Cledonius apud Putsch. c. 1931.; sed hoc uno, contra alios omnes et codices, et auctores, nil mutandum. *Quidquid regit* cum mss. bene defendit Bentleius. Al. *quisquis regis*. Plautus Cist. II. 1. 31.: *At ita me Di, Deaeque, superi, atque Inferi, et medioxumi.* Vid. I. sat. 6. 1. 3 *aut quid.* 11 *trementi* Bentl. levibus momentis, contra fidem mss., et Prisciani, aliorumque, ut ipse fatetur: adde tot e concursum. Eum sequitur Cun.

Impube corpus, quale posset impia
Mollire Thracum pectora;
Canidia brevibus implicata viperis
Crines, et incomptum caput,
Iubet sepulcris caprificos erutas,
Iubet cupressus funebres,
Et uncta turpis ova ranae sanguine,
Plumamque nocturnae strigis,
Herbasque, quas Iolcos, atque Hiberia
Mittit, venenorum ferax,
Et ossa ab ore rapta ieiunae canis,
Flammis aduri Colchicis.
At expedita Sagana per totam domum
Spargens Avernales aquas,
Horret capillis, ut marinus, asperis,
Echinus, aut currens aper.

16 *incomptum.* Vid. II. od. 11. 23. 18 *cupressos.*

21 *Iolcos* Vr. B. a 2. m. C. H. Vp. B., alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Talb. ed. Med. 1476.; et ita Lamb. Cruq. Torr. Pulm. Talb. Chabot, Bond, Desprez, Dan. Heins. et Nic. Heins. ad Ovid. VII. Met. 158., Bentl. Baxt. Cuning. Sanad. Val. Oberl. Combe, Wakef.; et ante omnes Porphyrio, qui notat, urbem esse Thessaliae; de qua iterum Horatius infra 45. et I. od. 27. 21. Al. *Colchos.*

27 *Horret capillis.* Sen. de Ira I. 1.: *Horrent, ac subriguntur capilli.* 28 *aut currens aper.* Ex mera Nic. Heinsii coniectura Bentleius emendat *Laurens;* idque nititur probare hoc argumento; quod sit perpetuum epitheton poetis Italis. Ergo, etsi id verum esset, horum aprorum specialis indoles erit, ut sive stantes, sive currentes, sive furentes perpetuo horreant pilis, seu setis; quod est, setas hirtas, erectasque gerant? Quis nescit, hoc proprium tantum cuiuscumque apri currentis, seu acti, excitati in venatione, vel ideo furentis; et hoc indicasse Horatium? Currit aper, quia actus, exagitatus a venatore, vel canibus: tunc

Abacta nulla Veia conscientia,
Ligonibus duris humum
Exhauriebat, ingemens laboribus,

arma sua promit, et furorem ostendit. Ovid. Halieut. 82.: *Actus aper setis iram denunciat hirtis, Et ruit oppositi, nitens in vulnera ferri, Pressus.* Virg. X. Ae. 707. seqq.: *Ac velut ille canum morsu de montibus altis Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos Defendit, multosque palus Laurentia, silva Pastus arundinea, postquam in-ter retia ventum est, Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos:* ubi videre poterat Bentleius, alios apros memorari a poetis nostris praeter Laurentes: et hos non continue; sed actos tantum horrere, et quum fremunt. IV. G. 407.: *Fiet enim subito sus horridus.* Sil. Ital. I. 423. seq.: *Quum silvam occursu venantum perdidit, hirto Horrescit saetus dorso, et postrema capessit Proelia, candentem mandens aper ore cruorem.* Apuleius Met. VIII. post init.: *Aper immanis, atque invisitatus exsurgit: toris callosae cutis obesus, pilis inhorrentibus corio squa-lidus, setis insurgentibus spinae hispidus, dentibus attritu spumans, oculis aspectu minaci flammeus, impetu saevo frementis oris totus fulmineus.* Amm. Marcellin. XXIV. 5.: *Cervicibus iubatis leones, armisque hispidos apros.* Sed notandum, apros currentes, vel furentes, horrere praecipue in capite, et dorso; ut bene Sidonius Apollin. Carm. XXIII. 289. seq.: *Modo aut repulso formam impo-nit apri, caputque setis, Et tergum asperat:* atque hoc habitu sculpti cernuntur in antiquis marmoribus; ut in Gal-leria Giustiniana part. II. n. 75., in Museo Pio-clement. IV. tab. 12., ubi duo trahunt Amoris currum; et alibi passim. Hinc *currens* erat addendum apro epitheton; quidquid etiam obloquatur in contrarium Sanadonus, qui Bentleium sequi-tur. Contra in echino haud necessarium epitheton; quum enim ipse non pilis, aut setis vestiatur, sed spinis; hae per-petuo horrent, uti etiam in echinis castanearum. Plin. Hist. nat. IX. 31. Petron. c. 69.: *Insecuta sunt Cydonia etiam mala spinis confixa, ut echinos efficerent.* Vid. III. od. 4. 50. II. sat. 4. 40.

Quo posset infossus puer
Longo die bis, terque mutatae dapis
Inemori spectaculo;
Quum promineret ore, quantum exstant aqua
Suspensa mento corpora:
Exsucca uti medulla, et aridum iecur,
Amoris esset poculum,
Interminato quum semel fixae cibo

33 *bis, terque* V. A. B. H. Vr. B. C. D. Vp. A. C. E. I. Ch. A. B. Ba. A. Va. B. C. D., alii mss. apud Pulm. Bentl. Val. edd. Venn. 1483. 1490., Porphyrio; probat Bentleius, quem sequuntur Baxt. Cun. Gesn. Oberlin. Combe, Wakef. Ego crederem, et hunc numerum ternarium spectasse ad veneficia, et incantamenta amatoria; ut, *ter exspuere, terque lapillos coniicere in sinum*, apud Petron. c. 131., et alios scriptores, quos ibi afferunt adnotatores in editione Burmanni, Amst. 1743. Al. *bis, terve* 35 *aquam* Cun.

37 *Exsucca* ms. Reg. apud Valart; et ita Cuning. Sanad.: optime. Exsucca ieiunio medulla, ut aridum iecur, bene conveniunt, et ad rem; ex illis enim aeque aridis Sagana componebat potionem, seu amatorium philtron. Quinctil. Inst. Or. XII. 10.: *Unde nunc quoque* (Atticorum imitatores) *aridi, et exsucci, et exsangues;* ut bene in editione Burmanni: quemadmodum *ioci exsiccati, atque aridi* iunguntur a Cicerone de Fato c. 4. Mirum, quot varietates in hac lectione: *exusta, exsecta, execta, extracta, exsucta,* [ut Bodon.] *exuta, everta, exhausta, exesa, exesta;* quas omnes coacervat Bentleius, et *exesa* seligit. Sed haec, ut ceterae, et quam praetulit Baxterus *exusta*, plane extraneae, et oppositae sunt operationi, quam procurat Canidia: nam neque uri, neque exedi poterat medulla in corpore emaciato ieiunio; neque exusta, aut exesa potioni amplius inservire poterat. Nec magis probanda lectio *exsecta* aliorum, quam adoptavit Gesnerus; nam qualitas, seu status medullae exsiccatae significatur a Poeta; non modus, quo ipsa e spina dorsali, vel ex ossibus extrahebatur.

Intabuissent pupulae.
Non defuisse masculae libidinis
Ariminensem Foliam,
Et otiosa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum;
Quae sidera, excantata voce Thessala,
Lunamque Caelo deripit.
Hic, irresectum saeva dente livido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? O, rebus meis
Non infideles arbitrae,
Nox, et Diana, quae silentium regis,
Arcana quum fiunt sacra!
Nunc, nunc adeste; nunc in hostiles domos
Iram, atque numen vertite.
Formidolosae dum latent silvis ferae,
Dulci sopore languidae,

46 *diripit* V. A. D. E. I. Vr. B. I. K. Vp. A. C. D. Va. C. Sed bene alii *deripit*. Tibull. I. el. 2. 43.: *Hanc ego de Caelo ducentem sidera vidi.* Petron. cap. 134.: *Lunae descendit imago Carminibus deducta meis.* Vid. IV. od. 15. 7., infra od. 17. 5. 55 *Formidolosae* V. A. B. C. D. F. H. I. Vr. B. C. D. F. G. H. K. L. Vp. A. B. C. D. E. Ch. C. Ba. A. Cr. A. Va. A. B. C. D., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Bentl. Baxt. Val. Combe, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. Flor. 1482. Chapuis Paris. 1503. Acron, Commentator Cruq. Gryph. Basill. Lamb. Torrent. Bond, Baxt. Gesn. Val. Oberl. Combe. Al. [velut Bodon.] *Formidolosis*, quam lectionem defendunt Dacer. Bentleius, sequuntur Cun. San. post Mancinell. Ascens. Aldum 1501. Iuntam 1503. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. Chabot, Desprez. aliosque. *Formidolosus* dicitur et qui timet, et qui timendus; ut II. od. 17. 18., et notum omnibus. Hic de feris, quae timent; non de silvis timendis,

Senem, quod omnes rideant, adulterum
Latrent Suburanae canes,

seu quae horrorem densitate sua incutiunt, accipi debere, patet ex ipso contextu; sive ut respondeat *latentibus*, sive *dulci sapore languidis*. Ferae autem non sunt belluae feroces; sed timidae: istae enim, postquam interdiu vagatae sunt ad pascua; noctu latent in silvis, et somno dulci recreantur. Timidi sunt lynces, II. od. 13. 40.; dorae pavidi, Grat. Falisc. Cyneg. 200.; timidae damae, Stat. Achill. II. 408., Martial. IV. ep. 74. 2., perpetuo epitheto, ut notat Ulitius ad Grat. Falisc. l. c. p. 165.; hinnuli, cervi, capreae, et pygargi, Aelian. Hist. anim. VII. 19. Proinde capreae, cervi, hinnuli, et leporcs, Graece communi nomine, πτῶκες, id est *pavidi*, dicuntur, teste Hesychio hac voce. Contra belluae feroces vel die, nocteque vigilant, et circumeunt, quaerentes quod devorent; ut de leonibus, lupis, pardis ex deserto Nabatheorum narrat Diodor. III. 21.; vel nocte; ut de lupis Virg. III. G. 538. Stat. l. c. et Theb. III. 46. VIII. 692. X. 43.; de ursis infra od. 16. 51.; de omnibus aliis Xenoph. de venat. p. 995. Paris. 1625., et S. Propheta David Psalm. CIII. 20. seqq.: *Disponis tenebras, ut sit nox; et erepunt omnes silvae bestiae. Leunculi rapiunt ad praedam, et ut a Deo quaerunt escam suam. At, exorto sole recipiunt se, et in habitaculis suis recubant.* Hinc venationes nocturnae, de quibus noster I. od. 1. 25. seqq. II. sat. 3. 234., et alii passim. 55 *cum latent* ms. Mus. Brit. A. apud Combe; sed bene *dum*, quod est *interea dum nox est. Cum*, esset *quando nox est*; seu, quando ferae dormiunt. 58 *Suburanae canes* V. A. B. C. D. E. a 2. m. F. H. Vr. B. C. D. E. G. H. Vp. B. E. Ch. B. Va. B. D., alii mss. apud Pulm. Lamb. Torr.; et ita hi editores, Comment. Cruquianus, Cruquius Talb. Dan. Heins. Dacer. Bentl. Baxt. Val. Oberlinus, Combe, Wakef. Sic Burm. in Anthol. Lat. II. p. 514., et ad Propert. IV. el. 7. 15. Lambinus ita se legisse testatur in omnibus mss.; marmora, et codices omnes ita habere asserit Torrentius; et ita se Romae docuisse notat Georg Fabricius. At alii mss. nostri, editionesque plurimae ex antiquioribus, vel habent *suburbanae*, ut etiam Acron; vel *Suburranae*. In marmore apud Gruter. pag. 635. 10. habetur

Nardo perunctum, quale non perfectius
Meae laborarint manus.
Quid accidit? cur dira barbarae minus
Venena Medeae valent,
Quibus superbam fugit ulta pellicem,
Magni Creontis filiam,

SUBURA: item ex aliis adhuc Romae exstantibus, unum Musei Capitolini apud Guascum Inscript. II. n. 231. p. 85. habet SUBURA; quibus credendum. A Graecis pariter, Dionysio Halic. Antiq. Rom. IV. p. 670. ed. Reisk. tom. 2., ubi legendum Σουβουράνην *Suburanam*, pro vulgato Σαβωράνην; et bene ab Ulpiano, et Eustathio Σουβούρα, *Subura*, scribitur; ut notat Casaubonus ad Athen. VIII. 18. Atque hinc emendandi scriptores omnes, qui de ea Urbis regione loquuntur, apud quos *Suburra*, vel *Suburrani* adhuc legitur; quemadmodum etiam Antiquitatum Romanarum recentiores scriptores omnes, Marlianus, Donatus, Nardinus, aliique. *Suburanae* autem *canes*, ut supra od. 2. 31. *multa cane*, et hìc v. 23. Canes, non ipsas meretrices dicit Poeta, ut putat Herm. Figulus; nec quod verae canes ab eius loci meretricibus alerentur, ut Georg. Fabricius; sed tantum illarum meretricum stationem innuere voluit Horatius, quum de moecho agatur, cum vulgari imprecatione; ut apud Tibull. I. el. 5. 56.: *Post agat e triviis aspera turba canum.*

60 *laborarint* V. A. C. Vr. B. E. G. H. Vp. B. Ch. A. C. Va. B. C., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torrent. Valart, edit. Princ. Venn. 1478. 1479. Talb. Bentl. Baxt. Oberl. Combe, Wakef. Ita etiam Porphyrio in ms. Ch. *Elaborarint* Cun. et Sanad. Al. *laborarunt*. Elegantius *laborarint*, id est, quod umquam laboraverint. 63 *Quibus superbam* V. E. Vr. B. D. E. I. K. Vp. A. D. Ch. A. B. Va. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Bentl. Baxt. Val. Hanc lectionem defendunt praesertim Lambinus, et Bentleius; adoptarunt alii, et Dan. Heins. Cun. San. Batt. Oberlin. Combe, Wakef. Dulcior enim compositio est, ut ait Bentleius, et epitheton aptissimum. Sen. Octav. 125.: *Adice his superbam pellicem, nostrae domus Spoliis nitentem.* Et refertur ad Glaucen Creontis regis filiam. At non pro *potente*, vel *superbi* regis filia, ut

Quum palla, tabo munus imbutum, novam
Incendio nuptam abstulit?
Atqui nec herba, nec latens in asperis
Radix fefellit me locis.
Indormit unctis omnium cubilibus
Oblivione pellicum.
Ha! ha! solutus ambulat veneficae
Scientioris carmine?

exponunt Acron, Lambinus, Bond, Bentleius, Baxterus, Gesnerus; sed pro audaci, elata, arroganti; quod proprium est pellicum forma, aut favore abutentium; ut apud Senecam, et Horatium in ode praecedenti v. 5 Ovid. I. Fast 419.; *Fastus inest pulcris, sequiturque superbia formam.* Petron. c. 126.: *Quia nosti Venerem tuam, superbiam captas... Mirari equidem tam discordem libidinem coepi, atque inter monstra numerare, quod ancilla haberet matronae superbiam; et matrona ancillae humilitatem.* Ideo ulta eam Medea. 71 *Ha! ha!* V. A. Vr. I. Vp. C, et ita bene Cuningamius ex aliis mss., et post eum Sanadonus; sed sine interrogatione sequenti. Est interiectio laetantis, vel gaudentis; ut testatur C. Iulius Romanus apud Charisium lib. 2. pag. 260., Valerius Probus apud Putsch c. 1430. Max. Victorinus c. 1954., et Alcuinus Grammat. c. 2142. Terentius in Heaut. V. I. 13.: *Ch. Ha! ha! he! Me. Quid risisti!* Ubi Calpurnius notat: *vox nimii cachinni.* Est etiam deridentis; uti apud Plautum in Poen. III. 5. 23.: *Ha! ha! he! iam teneo, quid sit.* Canidia ironice cachinnat, deridet puerum, quod speret evadere ab eius manibus praesidio scientioris veneficae. Al. *Ah, ah;* vel *Ah! ah!*, et sine interrogatione; ut sit interiectio dolentis. Sed *ah, ah* est exsecrantis; ut addit Alcuinus; neque hìc locus est exsecrationi. Bentleius legit *aha!* nulla addita ratione. Est quidem in Vr. B. G. Ch. C. Va. A.; sed fortasse lapsu librarii pro *ha! ha!* Sic apud Charis. primo loco legitur *aha ha;* deinde *ha ha.* Nec obstat Valer. Probus l. c., asserens, hanc interiectionem numquam reperiri apud Horatium: nam, vel accipiendus est de comica illa Plauti, et Terentii, quam

Non usitatis, Vare, potionibus
(O multa fleturum caput!)
Ad me recurres; nec vocata mens tua
Marsis redibit vocibus.
Maius parabo, maius infundam tibi
Fastidienti poculum.
Priusque Caelum sidet inferius mari,
Tellure porrecta super,
Quam non amore sic meo flagres, uti
Bitumen atris ignibus.
Sub haec puer, iam non, ut ante, mollibus
Lenire verbis impias;
Sed, dubius unde rumperet silentium,
Misit Thyesteas preces.
Venena! magnum fas, nefasque, non valent

adducit, *ha*, *ha*, *he*; vel dicendum in eius exemplari iam vitiatam lectionem.

76 *Marsis*. Vid. infra od. 17. 29. 81 *Mei* Bonfin. Xyland. Bentl. Cun., nulla data ratione. 82 *atris ignibus*. Vid. IV. od. 12. 26. 83 * *Sub hoc* Vr. E. 87 * *Venena!* Locus vel ipsi Acroni, et Porphyrioni, omnibusque aliis Interpretibus desperatissimus; qui sola spongia sanari posse videtur Bentleio, nulla alia medicina; eumque reapse delevit Guietus, alii aliter reformant. Est prosphonesis pueri ad veneficas, quas *Venena* appellat. Apud Terent. in Eun. V. 1. 1. et 16. Pythias a Thaide vocatur *scelestas!* v. 9. *venefica?* v. 13. *sacrilega!* Sed passim apud scriptores *nefas* usurpatur pro *nefando*, *homine nefario*, ut Virg. II. Ae. 585. Stat. Theb. VI. 498 945. Item *scelus* pro *scelesto*, ut in Porcii Latron. Declam. contra Luc. Sergi. Catilin. post Sallust. edit. 1742. Haverc. t. 2. p. 243.: *Scelus illud*, *Iudices*, *eversionem nefariam moliebatur amplissimae nostrae dignitatis*. Et frequentius apud poetas. Plaut. in Bacch. III. 5. 1.: *Abin' a me*, *scelus?* hoc est scelesta mulier: et V. 1. 9. in Pers. II. 2. 10. IV. 9. 6. in Trucul. II. 7. 60. Terent. in Andr.

Convertere humanam vicem?

III. 5. 1.: *Ubi illic est scelus, qui me perdidit?* V. 3. 3.: in Eun. IV. 3. 4.: *Quin insuper etiam scelu', postquam ludificatust virginem .... Qui nunc si detur mihi, Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico!* in Heaut. II. 3. 74. IV. 3 18. V. 1. 14. Adelph. III. 2. 6.: *O scelera! o genera sacrilega! o hominem impurum!* Apud Sallust. Cat. 14. *flagitiorum, atque facinorum;* pro *flagitiosorum atque facinorosorum.* Quam elegantiam, ut ibi notat Rupertus, iuvat illud Taciti II. H. 95.: *Libertus Vitellii Axiaticus, Polycletos, Patrobios, et vetera odiorum nomina aequabat.* Odiorum, hoc est, *ob scelera, et rapacitatem summe exosorum.* Ita Lucilius: *Carcer, vix carcere dignus:* Carcer, id est, *incarceratus.* Atque etiam Graeci, ut apud Athen. I. 9.: Θετταλὸν σόφισμα pro Thessalo sophista; cuiusmodi formulas plures ibi affert Casaubonus. Donatus ad primum Andriae allatum versum notat: *Scelus, scelestus intelligitur. Ad intellectum, non ad verba redegit; et est figura σύλληψις per genera:* sive est synthesis, ut iuniores putant, quos damnat Alvarus Inst. Gramm. lib. 2. Apertius Catullus c. XIV. 18.: *Caesios, Aquinios, Suffenum, omnia colligam venena.* Eadem illa figura Horatius *Venena!* usurpat pro *Veneficae!* ut v. 92. *furor,* et I. sat. 7. 1., *pus, atque venenum:* prosphonesi necessaria, ut constet initio, quas diris agere incipiat. Horatio concinit Petronius c. 132.: *Ita non potui supplicio caput aperire: Sed furciferae mortifero timore lusus, Ad verba, magis quae poterant nocere, fugi. Erectus igitur in cubitum, hac fere oratione contumacem vexavi: Quid dicis, inquam, omnium hominum, Deorumque pudor?* Al. *Venena magnum fas;* vel *Venena, magnum fas;* vel *Venena (magnum fas, nefasque) non valent convertere humanam vicem.* [Bod.: *Venena! m. f., n. n. v. C. h. v.: Diris* etc.]

87 * *Magnum fas.* Hoc ex dogmate philosophorum de Fato explicandum; de Fato nempe immutabili, quacumque ratione, modoque in contrarium nitantur homines. Ergo ait puer, Veneficae! Scelestae! ergo neque infantilis innocentia mea, neque scelus immane vestrum ullo modo Superos movere valent, ut instantia haec mihi Fata mutent?

Diris agam vos; dira detestatio
Nulla expiatur victima.
Quin, ubi perire iussus exspiravero,
Nocturnus occurram furor;
Petamque vultus umbra curvis unguibus;
(Quae vis Deorum est Manium)
Et inquietis adsidens praecordiis,
Pavore somnos auferam.
Vos turba vicatim hinc, et hinc saxis petens,
Contundet obscaenas anus:
Post insepulta membra different lupi,

At, quandoquidem nemo hominum iure, vel iniuria summa, Fata superare potest, et mihi pereundum est vestris veneficiis; eo modo potero, ulciscar vos: diris, devotionibus, exsecrationibus vos exagitabo, cet. Id ad mentem illorum dictum [illegible] ex Apul Met. IX princ.: *Sed nimirum nihil Fortuna renuente licet homini nato dexterum provenire: nec consilio prudentis, nec remedio sagacis, divinae Providentiae fatalis dispositio subverti, vel reformari potest.* Et de Iuliano Imperatore Ammianus Marcellin. XXIII. 5.: *Posthabito suasore cautissimo, fidentius ultra tendebat; quoniam nulla vis humana, vel virtus meruisse umquam potuit, ut quod praescripsit fatalis ordo non fiat.* Quibus praelusit Euripides in Heraclidis apud Stobaeum de Fato tit. 9. in Excerpt. H. Grotii p. 132. Paris. 1623: *Non arcere valet sapientia Quod Fatum voluit: Nulla est fuga: Quisquis enim contra luctabitur, Irritus hunc fessum ludit labor* Sed nec ipsum Iovem Fatum mutare posse aiebant, ipso Homero praecinente Iliad. XV 433., ut ex eo refert Cicero de Divin II. 10.: *Si enim nihil fit extra Fatum, nihil levari re divina potest. Hoc sentit Homerus, quum querentem Iovem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra Fatum eripere non possit. Hoc idem significat Graecus ille in eam sententiam versus: Quod fore paratum est, summum id exsuperat Iovem.* 99 *differant* Plotius apud Putsch. c. 2645.

Et Exquilinae alites.
Neque hoc parentes, heu mihi superstites!
Effugerit spectaculum.

ODE VI.

IN CASSIUM SEVERUM.

Poetae maledico, et petulanti minatur ultionem.

Quid immerentes hospites vexas, canis,
Ignavus adversum lupos?

100 *Exquilinae* V. B. Vr. K. Vp. A. Ch. B. Va B., ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1483. 1486. 1490. 1509. 1546. Flor. 1482., Mancin. Aldus 1501. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Asc. Dion. ab Harsio, R. Steph. H. Figul.: ita Porphyrio in d. edit. 1490., et Acron ms.; et ita scribendum cum X nomen huius collis regionis, et tribus, praeter marmora apud Grut. p. 331. 7. 391. 4., de Vita Antiq. Ben. p. XXIII. 28., et alia apud alios, docent Fasti Verrii Flacci apud Foggin. p. 21., ubi legitur IN EXQUILIIS. Multi mss., et editores alii, praesertim post Lambinum, Gryphium, Muret. Cruquium, et recentiores Bond, Talbot, Bentleius, Cuning. Baxt. Sanat. Valart, Oberl. Combe, Wakef. [Bod.], ut etiam marmora nonnulla, habent *Esquilinae;* et ita multi Antiquitatum enarratores. Pcius adhuc Bonfinis legit *Exquiliniae;* quem refutat Cruquius. Vid. I. sat. 8. 6.

101 *Neque heu* Commentator Cruquianus.

102 *Effugerit* V. A. B. C. D. E. H. Vr. B. C. D. E. F. H. Vp. B. C. D. F. Ch. A. Cr. A. Va. A., Porphyrio, ed. Ven. 1492. Mancin. Ascens. Chapuis Paris. 1503. Dionys. ab Hars. Lugd. 1538. Rob. Steph. 1544. Gryph. 1566. Lamb. Cruq. Muret. Basill. Talb. Chabot, Bond, Desprez, Bentl. Cun. Baxt. Sanad. Gesn. Val. Batt. Oberl. Combe, Wakef. *Effugèrint* V. F. I. Vr. G. K. Vp. A. E. Ch. C. Ba. A. Va. B. D., edd. Venn. 1483. 1486. 1490. 1509. Flor. 1482. Aldi 1501. Iuntae 1503. *Effugerant* ed. Princ. Venn. 1478. 1479. et ms. apud Combe. *Effugeret*, *Effugerent* mss. apud Pulmann.

2 * *adversus* Vr. B. Cr. A.

Quin huc inanes, si potes, vertis minas;
Et me remorsurum petis?
Nam, qualis aut Molossus, aut fulvus Lacon,
Amica vis pastoribus,
Agam per altas aure sublata nives,
Quaecumque praecedet fera.
Tu, quum timenda voce complesti nemus,
Proiectum odoraris cibum.
Cave, cave: namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua;
Qualis Lycambae spretus infido gener,
Aut acer hostis Bupalo.

3 *Quid? hóc inaneis verte, si potes, minas, Et mé remorsuram pete* ms. apud Pulm. 3 *verte. Si potis* Cun. 4 *pete.* 5 *Molossus... Lacon* mss. et editi, et Plotius apud Putsch. c. 2647. *Molossos... Laco* Cun., mss. duo apud Val.; unus apud Oberl. 8 *praecedat* V. B. Vp. D. Ch. C., alii apud Val. * *procedet* Vp. E. *procedit* Vp. C. *quacumque procedat* Cr. A. a 2. m. 12 * *tollam* V. I. Vr. K.

13 *Lycambae.* Terentianus Maurus de Metr. apud Putsch. c. 2438.: *Archilochus isto saevit iratus metro Contra Lycambem, et filias.* Contra ipsum Archilochum sunt quatuor epigrammata in Anthologia Graeca lib. 3. cap. 25. n. 18-21. Vid. de Arte poet. 79. I. ep. 19. 25. 31. 14 *Bubalo* V. B. E. H. Vr. D. G. I. Vp. C. a 2. m. D. Ch. A. Va. D., alius ms. apud Pulm., edd. Venn. 1479. 1483. 1490. aliae, Flor. 1482. Chapuis Paris. 1503. Rob. Steph. Paris. 1544. H. Figulus Francof. 1546, Acron, et Porphyrio in editis, et etiam mss., quos vidi: omnes errore manifesto scriptorum. Hi duo, et alii Scholiastae, eum fuisse pictorem scribunt, et Hipponactem poetam deformem pro risu pinxisse; quo ille furore commotus, tali cum carmine perculit, ut se laqueo suspenderet. At non pictorem, sed sculptorem fuisse Bupalum, constat ex Pausania IV. 30. IX. 35., Suida, et Plinio XXXVI. 5., qui eum vixisse olympiade LX. tradit, et addit: *Hipponacti notabilis foeditas vultus erat: quamobrem imagi-*

An, si quis atro dente me petiverit,
Inultus ut flebo, puer?

ODE VII.

AD POPULUM ROMANUM.

Detestatio bellorum civilium.

Quo, quo, scelesti, ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?

nem eius lascivia iocorum ii (Bupalus, et frater eius Anthermus) *proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum destrinxit* (ita legendum pro *distrinxit*) *in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse; quod falsum est.* Plinio concinit Suidas v. Ἱππώναξ: *Hipponactes scripsit in Bupalum, et Athenidem statuarios, quod imagines suas ludibrii gratia effinxissent.* Horatium illustrat Mimnermus epigrammate in Anthologia Graeca loc. cit. n. 25. ex versione H. Grotii: *Hunc grandinantem, si sapis, tumulum fuge, Viator, Hipponactis, hostis Bupali. Atrox iambis stridet ipse etiam cinis. Vide crabronem ne cubantem suscites: Nondum quiescit eius apud Orcum furor; Sed recta vibrat tela claudo carmine.* Bupalum quoque nominat Lucian. in Pseudolog. n. 2. ed. Reiz. 1743. III. p. 163.; sed plura de eo scribit Hadr. Iunius Animadv. I. 16.; notans, *Bubalum* habere codices omnes, quos ipsi videre licuit, simul cum Interpretibus, qui locum maculosum oculis praetereunt; cum legendum sit omnino *Bupalum.* Apud eumdem legitur *ater* pro *acer*, nescio quare. De Bupalo, et Hipponacte vide etiam Baylium in Diction. hisce vocibus, et Prideaux ad Marm. Oxoniens. pag. 209. Oxon. 1676. 15 *oppetiverit* Vr. B. Va. A. et mss. tres apud Val., et vetus Scholiastes, ex quo Baxterus finxit suum *appetiverit;* quod ut novum statim arripuit Cuning., addens insuper, ita habere veterem Scholiastam Baxteri; quod falsum. 16 *flero* Cun., omnia ex ingenio, et amore novitatis.

1 *et cur* Cun.

Parumne campis, atque Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?
Non, ut superbas invidae Carthaginis
Romanus arces ureret;
Intactus aut Britannus ut descenderet
Sacra catenatus Via:

5 Carthaginis. Vid IV. od. 8 17. *7 descenderet.* Quum e regione Amphitheatri Flavii, inter Templum Pacis, ac Templum Veneris, et Romae, ubi nunc Templum S. Mariae novae, quis ingrediebatur Viam sacram, leniter descendebat usque ad Templum Antonini, et Faustinae; inde leniter etiam ascendebat usque ad Arcum Septimii Severi. Id observavi ad libellam praeterito anno 1809 mense Martio, quum effossio facta est ante pronaum Templi Antonini, usque ad antiquam viam silice stratam adhuc; ad palmos septem et triginta, cum dimidio. Ex porta Triumphali per Campum Martium, Velabrum, Circum maximum, et qua nunc est Arcus Constantini, triumphantes inde per hanc viam cum captivis ante currum procedebant usque ad locum dicti Arcus Severi, unde illi dimittebantur ad dexteram in proximum Carcerem Tullianum; triumphantes per Clivum Capitolinum ad laevam ascendebant ad Capitolium. Cicero in Verr V. 30.: *At etiam qui triumphant, eoque diutius vivos hostium duces servant, ut, his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum, fructumque victoriae Populus Romanus percipere possit; tamen, quum de Foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent; idemque dies et victoribus imperii, et victis finem vitae facit.* Eumenius in Paneg. Constant Aug. IX. c. 10: *Renovasti, Imperator, veterem illam Romani Imperii fiduciam, quae de captis hostium ducibus vindictam morte sumebat. Tunc enim captivi Reges, quum a portis usque ad Forum triumphantium currus honestassent, simulatque in Capitolium currum flectere coeperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur.* Vid. et Bulenger. de Triumph. cap. 28. et 32. Donat. de Urbe Roma lib. 2. c. 12. De hac eadem Via sacra accipiendus Horatius IV. od. 2. 35. *per sacrum Clivum;* non de Clivo Capitolino, cum Tor-

Sed ut, secundum vota Parthorum, sua
  Urbs haec periret dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
  Umquam nisi in dispar, feris.

rentio, et Ryquio de Capit. c. 34.: nam ante Clivi initium captivi detrudebantur in carcerem; nec Clivus umquam *sacer dictus*. Captivi catenati ad triumphum nunc videntur in basibus columnarum praedicti Arcus, postquam anno 1803. ipse, egestis ruderibus, conspicuus ab omni parte revixit. Vid. I. sat. 9. 1. Ios. Castalio Var. lect. c. 2., Horatium hanc oden composuisse ante Augusti expeditionem Britannicam, contendit. 12 *Umquam*. Ita mss. omnes, quos vidi; ita mss. aliorum editorum, Porphyrio, editiones primae fere omnes; et ita editores vulgo usque ad Bentleium, qui ex editione sola Ven. 1490. (poterat et Ven. 1492. 1544. 1546. Flor. 1482. Fabric. 1555. Basil. 1580.) legit *numquam*; eumque sequuntur Baxterus, Cuning. Sanad. Gesner. Zeun. Oberlin. Combe, Wakef., aliique ex recentioribus, more pecudum; et laudat Vannettus op. tom. 3. p. 117. seq.: sed omnes argutantur contra naturalem verborum, et verum auctoris sensum, qui planissimus, et elegans Latine est: nimirum: Neque hic mos umquam fuit feris lupis, neque leonibus, nisi in dispar genus; ut bene exponunt Badius Ascensius, Glareanus, aliique; mos, ut agerent contra suam speciem, quod Romani faciunt; ferae enim illae genio, indole, natura sua, actu feroces non sunt, nisi in dissimile genus; sive aeque ferox sit; vel placidum, et imbelle. In altera lectione non vident novatores, idem repeti in primo, atque secundo membro; et omitti necessarium. Nam, quum dicunt *numquam feris*, sive id ad praeteritum tempus, sive ad praesens, sive ad futurum referant, sive ad omne simul; idem repetunt quod ante iam dictum; nempe, hunc morem non fuisse, non esse, neque futurum esse lupis, et leonibus: et omittunt, indole, naturaque sua illas esse feras; quod necessario pro ratione exprimendum est, et egregie intelligitur in prima nostra lectione. Facit Cicero Tuscul. V. 3.: *Atque earum* (bestiarum) *quaeque suum tenens munus, quum in disparis animantis vitam transire non possit,*

Furorne caecus, an rapit vis acrior?

manet in lege naturae. Plin. Hist. nat. VII. 1.: *Denique cetera animantia in suo genere probe degunt: congregari videmus, et stare contra dissimilia: leonum feritas inter se non dimicat: serpentium morsus non petit serpentes: ne maris quidem belluae, ac pisces, nisi in diversa genera saeviunt.* Iuvenal. XV 159 seqq.: *Sed iam serpentum maior concordia: parcit cognatis maculis similis fera. Quando leoni Fortior eripuit vitam leo? quo nemore umquam Expiravit aper maioris dentibus apri? Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam; saevis inter se convenit ursis.* Seneca epist. 95.: *Non pudet homines, mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere; quum inter se etiam mutis, ac feris pax sit?* Pressius ad nostrum S. Augustinus de Civ. Dei XII 22.: *Neque enim umquam inter se leones, aut inter se dracones, qualia homines inter se, bella gesserunt.* Sed quod hìc de pace inter feras eiusdem speciei asseritur, id accipiendum est de natarali indole, quae quibusque sortito obtigit, ut ait noster supra od. 4. 1.; nam ipsae de praeda inter se animose praeliantur, aliisque de causis. Hesiod. Scut. Herc. 402. seqq.: *Ut autem leones duo, pro occisa cerva Sibi mutuo irati, in seipsos impetum faciunt; Saevusque inter ipsos rugitus, strepitusque exoritur dentium: Atque ut vultures incurvis unguibus repandirostri Rupe in excelsa, magno clangore dimicant, Caprae montivagae gratia, aut ferae cervae pinguis, quam interfecit iaculando iuvenis vir, Sagitta e nervo emissa: ipse autem vagatur alio loco, Loci ignarus; at illi celeriter animadvertunt, Certatimque pro eo pugnam acerbam instituerunt* Aliqui mss., et editores habent *genus* pro *feris*, ex manifesto alicuius Grammatici glossemate: alii *disparibus* pro *dispar*. In ms Vo. A. *Usquam nisi in disparibus feris.* Nic. Heinsius audacter coniecit: *Unquam, nisi dispari in fera.* 13 *Furorne caecus* V. C. D. E. Vr. A. B C D. E. F G. H. I. K. Vp. A. B. D E. Vo. A. Ch. A. B. C. Ba. A. Cr. A. Va. A. B. C. D., alii mss. apud Val., Porphyrio, Comment. Cruq., ed. Princ. Med. 1476 Venn. 1479. 1483. 1490. 1492. 1509. Flor. 1482. Aldi 1501. Iuntae 1503.

An culpa? responsum date.
Tacent: et albus ora pallor inficit,
Mentesque perculsae stupent.
Sic est: acerba fata Romanos agunt,
Scelus que fraternae necis;
Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Chapuis Paris. 1503 Basil. 1531. et aliae, Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd 1538 R Steph 1544 Gryph. Lamb. Mur Pulm. Cruq Torr. Chabot, Dan. Heins Dac. Bond, Desprez, Baxt Batt. Gesn. Oberl Combe, aliique innumeri: et recte; ut apud Sen. Herc. fur. 991.: *Quo se caecus invergit furor?* Thyest. 27.: *Montes caecus insliget furor.* Sic apud Phaedrum II fab. 8. 3. *timor caecus.* Non iam caeci erant Romani alia de causa; sed furore caeci efficiebantur: metonymia effecti, pro efficiente homines caecos, et mente captos, ut notat Chabot, Livius XXVIII. 12. n. 22.: *Quum caeci furore in vulnera, ac ferrum vecordi audacia ruerent.* Et bene *caecus*, epitheton furoris, respondet alteri *acrior vis. Furorne caecos* V. A. B. F. Vp. C. F., alii duo mss. apud Torr., unus apud Oberlin, et edit. Ven. 1478. Bentleius ex ms Regiae Societatis, et ex duobus illis Torrentii praefert hanc lectionem; et eam probare nititur locis aliorum scriptorum non congruis; et ex editione Ven. 1490., in qua Porphyrionis textus habet *caecos.* Bentleium sequuntur Cun. Sanad Val. Wakef. [Bod.] 15 *et albus ora pallor inficit* Vr. F. Vp. D. Vo. B., alius ms. Mus Brit. D. apud Combe, Acron ms. Vat., item ms. apud Bentl., et omnes editi; sic Porphyrio ms. Ch., quinque editiones Badii Ascensii, Bentleius ex duobus mss, Reginensis, et Regiae Societatis, et ex editione Loscheri; post Bentleium Cuningamius, et Sanadon Rectius, ac mollius. [quam vulgatum *et ora* p. *alb.* i.] 16 *perculsae* Al. *percussae.* Vid. infra od. 11. 2. *Perculsi* Cun. ex ingenio audaci; ut nec sensui praecedenti respondeat: utrobique subintelligitur *eorum.*

ODE VIII.

IN ANUM LIBIDINOSAM.

Rogare longo putidam te seculo,
Vires quid enervet meas!
Quum sit tibi dens ater, et rugis vetus
Frontem senectus exaret;
Hietque turpis inter aridas nates
Podex, velut crudae bovis!
Sed incitat me pectus, et mammae putres,
Equina quales ubera;
Venterque mollis, et femur tumentibus
Exile suris additum.
Esto beata: funus atque imagines
Ducant triumphales tuum;
Nec sit marita, quae rotundioribus
Onusta baccis ambulet.
Quid? quod libelli Stoici inter sericos
Iacere pulvillos amant,

2 *Quod. 2 meas!* Haec admirative, sublevatisque oculis proferenda sunt; ut bene Baxterus: et etiam indignanter; non interrogative. Modus Latine, et Italice familiaris per ellipsim. 6 *crudae bovis.* Vid. infra 9. 22. 14 *baccis.* Vid. ad III. od. 24. 48. 15 *Quid? quod libelli Stoici.* Quid sibi volunt libelli Stoici? ad quid? Bene Commentator Cruquianus: *Solita erat haec libros Philosophorum etiam in lectis repositos habere ad tegendam libidinem, ut adveniente amatore simularet se philosophiae studere.* Non simulate, sed vere Cato; de quo Cicero III. de Fin. 2. n. 7.: *Quo quum venissem*, (in villam Tusculanam Luculli, de qua supra ad od. 1. 29.) *M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris... Tu autem, quum ipse tantum librorum*

Illiterati num minus nervi rigent?
Minusve languet fascinum?
Quod ut superbo provoces ab inguine,
Ore adlaborandum est tibi.

ODE IX.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Allata Actiacae victoriae fama, Posita se publicae laetitiae moram impatienter ferre ostendit. Interim insanum Antonii amorem iambis suis tangit, Aegyptiamque militiam deridet.

Quando repostum Caecubum ad festas dapes,
Victore laetus Caesare,
Tecum sub alta, sic Iovi gratum, domu,
Beate Maecenas, bibam;
Sonante mixtum tibiis carmen lyra,
Hac Dorium, illis barbarum?
Ut nuper; actus quum freto Neptunius
Dux fugit ustis navibus,
Minatus Urbi vincla, quae detraxerat

habeas, quos hìc tandem requiris?... Quam vellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinasses; erat enim, si cuiusquam, certe tuum nihil praeter virtutem in bonis ducere.

17 *non minus. Rigent*, ut Claudian. Eidyll. III. 6.: *Frigus, quo cuncta rigent animata.*

1 *Quando ó repostum* ex Nicolai Heinsii coniectura Bentleius, et Cun Quam dure, et inepte! 3 *domu* Vid. ad I. od. 3. 29. 5 *mixtum*. Duo mss apud Lambinum, *mixtis*; quod placuit Bentleio, et Cun. Torrentius se id in nullo fide digno codice invenisse scribit; ego neque in mss., neque in editis. Facit pro *mixtum* IV. od. 1. 22.; 15. 30.

6 *Doricum* Vr. B. ed. Med. 1476. Rutg.

Servis amicus perfidis.
Romanus, heu, heu! posteri negabitis,
Emancipatus feminae,
Fert vallum, et arma miles, et spadonibus
Servire rugosis potest!
Interque signa turpe militaria
Sol adspicit conopium!

14 *potest!* Cum admiratione, indignationeque id legendum est; ut notat Mancinellus. 15 *turpe.* Sunt qui scribant, (*turpe!*) quos inter Cuningamius in corrigendis, in fine; vel *turpe!*:, sed pertinet ad *conopium*, ut apud Propert. III. el. 9. 4. *foeda conopia.* Vide orationem Augusti ad milites apud Dion. L. 24. seq. 16 *conopium* Vr. E. a 1. m., Porphyrio ms. Vo. et Ch. Hinc confirmatur lectio editionis Vascosanae, Rutgersii, Nic. Heinsii ad Virg. I. Ae. 201., Bentleii ex coniectura, quem sequuntur Cun. Baxt. Sanad. Gesner. Oberl. Combe, Wakef. Ita legunt viri docti, Burmannus, multis congestis auctoribus, et alii apud Propert. l. c., ubi mss. aeque variant, *conopea*, *canopea*, *canopia*, *canopeia.* *Conopeium* hìc etiam habetur in alio Porphyrione ms. Vo. Conopium est è Graeco κωνώπιον; velamen illud, commune vulgo, quo praesertim utebantur Aegyptii, maxime Alexandrini, nocte ad arcendos è lecto culices, Graece κώνωπας, qui ibi ob Nili humiditatem abundant; ut notant Acron, Porphyrio, aliique veteres, et recentiores Scholiastae. Vid. etiam Vossium Art. Grammat. lib. 2. c. 33. Taubman. ad Virg. Culic. initio, Dausq. ad Sil. Ital. p. 749. Barth. in Glossar. Lat. Barb. apud Ludewich. Reliq. MSS. tom. 3. p. 157. Cuperum in Epist. ad Almelov. in Miscell. Lips. nov. vol. 3. p. 692. seqq. Arguit Poeta delicias, et mollitiem Cleopatrae, quae in severa Romanorum disciplina ita lasciviebat, ut notat Mancinellus; et ex hoc tentorio femineo, tamquam ex throno, iura dare Romanis, et in ipso Capitolio minabatur: quod canit Propertius l. c. 41. seqq.: *Ausa Iovi nostro latrantem opponere Anubin, Et Tiberim Nili cogere ferre minas; Romanamque tubam crepitanti pellere sistro, Baridos et contis nostra Liburna*

At hôc frementes verterunt bis mille equos
Galli, canentes Caesarem;
Hostiliumque navium portu latent
Puppes sinistrorsum citae. 20

sequi; Foeduque Tarpeio conopia tendere saxo; Iura dare et statuas inter, et arma Mari. Ipsa enim ab ebrio Imperatore Antonio pretium libidinum suarum Romanum Imperium petierat. Flor. IV. 11. 17 *At hôc.* Locum hunc difficillimum dicit Bentleius; et fuit revera omnibus Interpretibus, propter lectionum varietatem sive in mss., sive in impressis, quas recenset accuratius idem Bentleius; nempe *ad hunc*, *adhuc*, *ad huc*, *at huc*; quibus ipse substituit *ad hoc*, id est, ad hoc conopium, ad hoc turpe spectaculum: vel forte, addit, *ad haec:* hoc est, *ad has res;* nempe quod feminae, et eunuchis parendum esset, quod inter signa conopium viseretur, prae indignatione Galli transfugerunt. *Ad hoc* receperunt Cuning. Baxt. Sanad. Gesner. Oberl. Combe, Wakef. Verum *ad hoc* significat *insuper, praeterea;* ut apud Sallust. Cat. 14. 27. 32. Iug. 20., et alibi saepe, apud Flor. II. 8, III. 10., aliosque omnes. *Ab hoc* legit Nic. Heinsius; Cuningamius addit, *forte*, *at hinc.* Recta, et facilis lectio *At hôc*, id est, *Sed hac de re* frementes Galli. *At* transitio adversans necessaria; et *hôc*, ablativo casu, spectaculo, opprobrio militiae, et nominis Romani: *hoc dedignati ad Caesarem se contulerunt*, ut bene exponit Porphyrio: *quorum ideo mentio facta est, ut Romanos, qui sub praepositis spadonibus aequo animo militarent, magis oneraret per comparationem Gallorum.* Hi sunt Gallograeci, qui sequuti sunt ducem suum Deiotarum; referente Plutarcho in Antonio pag. 945. edit. Paris. Amyntas quoque transfugit ad Caesarem Augustum. Vell. Paterc. II. 84. De fremitu militum Gallorum etiam ob gaudium, est locus Ammiani Marcellini XXIII. 5.: *Maxime omnium id numeri Gallicani fremitu laetiore monstrabant.* 20 *citae.* Cruquii mss., et alii apud Lamb., habent *sitae:* ita pro varia lectione H. Steph.; ita editio Gryphiana, Dan. Heinsius, Dacerius; et lectionem magnos fautores habere, notat Bentleius. At disputant Interpretes, cur naves sive *citae*,

sive *sitae* sinistrorsum laterent in portu. Ex toto odes contextu liquet, Horatium hisce versibus loqui de his, quae ante pugnam evenisse constabat Romae; et quae boni ominis haberi poterant pro futura Augusti victoria. Ideo fugae copiarum terrestrium addit metum classis Cleopatrae, quae Actii latebat in portu. Etenim a Dione lib. L. 33., et Plut. in Ant. p. 945 seq. scribitur, quod Cleopatra post pugnantis Antonii classem naves LX. ad portus fauces in anchoris statuerit, iam fugam specians; et res suas ita instruens, et adornans, non ut ad vincendum essent accommodatae, et utiles; sed quo modo rebus perditis facillime se reciperet: et revera, commisso proelio, adhuc incerta victoriae aufugit. Inde fortasse repetenda, quae scribit Dio n. 13. Vell. Paterc. II. 84 : *In ore, atque oculis Antonianae classis per M Agrippam Leucas expugnata, Patrae captae, Corinthus occupata, bis ante ultimum discrimen classis hostium superata.* Hinc etiam fortasse factum, ut classis Antonii paullo ante pugnam rem omnem male gesserit, et ubique tarde nimis auxilio adfuerit; teste eod Plut. *Citae* naves, id est paratae, veloces ad fugiendum, ut notat Acron. *Arte citae, veloque rates, remoque moventur.* Ovid. Art. amat. I. 3. Vid. I. od. 37. 24. *Sinistrorsum;* ut indicet Poeta, eam, quae Actium venerat, classem Augusti persequuturam, *contis nostra Liburna sequi*, Propertius l. c.; iugum inpositura Capitolio, ad dexteram sito, unde Augustus, Agrippa, et Maecenas advenerant; ad sinistram in Aegyptum fugere paratam stetisse. Sequitur deinde Poeta, et hostem terra, marique victum fugere dicit: *Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci*, Propert. IV. 6 63 : et ferri hac, illac incerto mari : *Quippe immensa classis, naufragio belli facto, toto mari ferebatur; Arabumque, et Sabaeorum, et mille aliarum gentium Asiae spolia, purpuram, aurumque in ripam assidue mota ventis maria revomebant.* Ex quo asseri potest cum Gesnero, totum hunc locum Horatii ostendere, scriptam esse hanc oden ad primos victoriae nuntios; quum nondum certo scirent Romae, quid factum esset classi fugienti, et speciatim Cleopatrae, atque Antonio. Ad Actium pugnatum est anno U. C. 723. Vide et supra oden 1., quae huic praemittenda est eodem argumento.

Io triumphe! tu moraris aureos
Currus, et intactas boves?
Io triumphe! nec Iugurthino parem
Bello reportasti ducem;
Neque Africano, cui super Carthaginem

21 *tu moraris aureos Currus, et intactas boves?* Cum interrogatione, ut bene Dacerius: hoc est, ne dubites parare statim Augusto triumphum. Propert. III. el. 9. 49. seq.: *Cape, Roma, triumphum, Et longam Augusto salva precare diem. Intactas boves*, victimas; boves feminino genere, ut elegantius, et gratius, notante Porphyrione; et quia mares, et feminae sacrificabantur, IV. od. 2. 53.; pluribus aliorum locis Saubert. de Sacrif. vet. c. 22., et ad inscriptiones Arvalium Marin. p. 46. 149., ubi de vacca, *bove mare*, et *bove femina* crudite. Quod advertendum erat Nic. Heinsio, quum in margine exemplaris sui, *Forte*, ait, *intactos;* ut notat Bentl. Hinc *crudae bovis* in ode praecedenti v. 6., pro vaccae, quia ad anum libidinosam refertur. At *fessos boves* supra od. 2. 63., non *fessas* ut emendat Cuningamius; quia ad aratrum, ut plurimum, operantur mares, iuvenci, tauri; non feminae, vaccae. Propert. III. el. 5. 67.: *Quod si contentus patrio bove verteret agros;* ut cit. od. 2. 3. Tuetur lectionem Val. Probus in Putsch. c. 1462.: *Horatius: Intactas boves.* 25 *Africano* V. A. B. C. D. E. Vr. B. C. D. E. H. K. L. Vp. A. B. C. E. Ch. A. C. Cr. A. Va. A. Ba. A., alii mss. apud Val., Comment. Cruqu., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1483. 1486. 1509. 1573. Flor. 1482. Aldi 1501. Iuntae 1503. Chapuis Paris. 1503. Basil. 1527. 1531. Frib. 1536. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. Rob. et Henr. Steph. Gryphii 1566. Basil. 1580., et ita Land. H. Figul. Mur. Pulm. Lamb. Cruq. Torr. Chabot, Bond, Dan. Heins. Dacer. Talb. Baxt. Desprez, Gesn. Oberlin. Combe. *Africanum* V. F. H. Vr. A. F. G. I. Vp. D. F. Ch. B. Va. B. C. D., alii mss. apud Pulm. Bersm. Torr. Bentl., Val. Oberl., edd. Venn. 1479. 1483. 1490. 1492. Mancinell. Badius Ascens. Bentl. Cun. Sanad. Val. Wakef. Perplacet Torrentio, licet non admittat in textum, ut referatur ad ducem, non ad bellum; quia etiam Iugurthinum bellum in Africa

Virtus sepulcrum condidit.

gestum sit. Cui accedit Bentleius, addens: *Si id voluit Horatius, bello Punico dictum oportuit, non Africano: quo quidem nomine hoc ab illo distingui non potest.* Sed in his, et in aliis sequentibus nimio confidentius nugatur vir doctus. Videre enim poterat, bellum cum Iugurtha, utut in Africa gestum, ab omnibus Iugurthinum dictum, numquam Africanum; ut ad Sallust. Bell. Iug initio notat Colerus: aliud vero, etiam ab iuniore Africano Scipione gestum, promiscue et Punicum, et Africanum; ut scire est ex Livio XXVIII. 22. n. 42. Neque Scipiones ambo *Punici* appellati sunt, sed *Africani;* quia *bellum cum Africa*, Florus II. 15.; a devicta Africa tota, non Carthagine tantum, IV. od. 8. 18. Igitur recte *Africano* retento; qui Latine sapiunt, probe intelligunt, hic subaudiendum *bello parem ducem;* quod eleganter omissum a Poeta. 26 *cui super Carthaginem Virtus sepulcrum condidit.* Missis Bentleii, aliorumque Interpretum disputationibus de utroque Scipione Africano; de Africano iuniore intelligendum Horatium non dubito ex ipsa comparatione bellorum, et ducum: duces enim nominat, qui bella finierunt, nimirum Iugurthinum, Africanum, seu Punicum, et Aegyptiacum; quibus finitis, Africa, et Aegyptus in potestatem Populi Romani redactae sunt: Duces Marius, Scipio Aemilianus Africanus iunior, Augustus, quem supra alios Poeta merito extollit. Porro de hoc Scipione verum est, quod paucis magnifice praedicat Florus II. 15.: *Ut quam urbem concusserat avus, nepos eius everteret.* Qua funditus deleta, egregie de illo pariter Vell. Patercul. I. 12. scribit: *Funditus sustulit, fecitque suae virtutis monumentum, quod fuerat avi eius clementiae.* Ducta comparatione a monumentis sepulcralibus, quae aedificabantur splendide, ut defuncti memoria propagaretur, ac viveret sempiterno. Trimalchio apud Petron. c. 71.: *Amice carissime, aedificas monumentum meum, quemadmodum te iussi?.. Ut mihi contingat tuo beneficio post mortem vivere.* Fama vivet Scipio cum ipsa Carthagine; quia de hac, de illius gloria, et interitu mentio numquam poterit fieri, quin Scipionis ipsius nomen, et virtus statim, ac indivise menti occurrat: sepulcrum materiali sepulcri longe

Terra, marique victus hostis, Punico
Lugubre mutavit sagum.
Aut ille centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturus non suis,
Exercitatas aut petit Syrtes Noto,
Aut fertur incerto mari.
Capaciores adfer huc, puer, scyphos,
Et Chia vina, aut Lesbia;
Vel, quod fluentem nauseam coerceat,
Metire nobis Caecubum.
Curam, metumque Caesaris rerum, iuvat
Dulci Lyaeo solvere.

gloriosius, et perennius; quia in animis, et ore hominum ad aeternitatem versabitur. Quod Val. Maximus I. 7. de sepulcro cuiusdam naufragi dicit: *Memor eorum beneficii, Simonides elegantissimo eum carmine aeternitati consecravit, melius illi, et diutius in animis hominum sepulcrum constituens; quam in desertis arenis struxerat.* Metaphoram aliis exemplis illustrat Bentleius. 31-32 *petet Syrtes Noto, aut feretur* legit Marcilius, quia poeta non decernit, quo fugiat Antonius; sed coniectat fore, ut fugiat aut in Cretam, aut in Africam, aut mari vagetur, et piraticam facitet. Retulisse sat est. 33 *Aut Chia.* Ita legi in vetustis codicibus asserit Torrentius, idque concinnius putat. His codicibus, et alio fultus Bentleius, lectionem admisit in textum, ut elegantiorem; et interpunctionem mutavit, ut *Chia* referatur ad *metire.* Durior imo lectio, et amusa, tot *aut* multiplicatis: et quae vina a scyphis separat, et sequenti iungit contra naturalem sensum. Bentleii novitatem amplexati sunt Cuning. Wakef. *Aut Chia* pariter scriptum in cod. Sorb. notat Valart. Etiam *Trimalchio capaciorem poposcit scyphum* apud Petron. c. 65.

37 *Caesaris rerum.* Klotz legit ex ingenio *Caesaris tecum*, et intelligit Maecenatem; quia *rerum* valde ipsi languet; neque opus erat, ut quisquam de *rebus* Caesaris

ODE X.

IN MAEVIUM POETAM.

Homini duro, et maledico, seculique sui ingeniis infesto, in Graeciam navigaturo, tempestatem, et naufragium imprecatur.

Mala soluta navis exit alite,
Ferens olentem Maevium.
Ut horridis utrumque verberes latus,
Auster, memento fluctibus.
Niger rudentes Eurus, inverso mari,
Fractosque remos differat.
Insurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementes ilices:

sollicitus esset, victo, fugatoque Antonio. Pudet stultitiis huiusmodi insistere; et absurda lectoribus exponere, quae ipse per se facile intelligit ex hoc mactatu oriri. Quomodo Poeta puerum poscit vina, ut statim bibat cum Maecenate absente? Quis, sine commentario, *tecum* ad Maecenatem referat, quum immediate Horatius puerum alloquatur? Si *rerum* auferas, Horatium iuvabit solvere vino curam, et metum ipsius Caesaris, non proprium de illius rebus. Confer I. od. 37., ubi idem argumentum.

1 *Malo* Mar. Victorin. apud Putsch. c. 2525. Sed *mala*, praeter mss. omnes, etiam Servius ad Virg. III. E. 90.; et Diomedes apud eumdem Putsch. c. 482. Lactant. ad Stat. III. Theb. 55. 4 *flatibus* coniicit Burmann. ad Val. Flacc. I. 639.; et ita ms. apud Valart. 5 *Eurus*. Vid. II. od. 16. 23. 24. III. od. 17. 11. IV. od. 6. 10. 8 *Frangat* ed. Princ. *Plangit* ex divinatione propria, per somnium, in textum intulit Wakefield; adductis Lucretii VI. 114., et Sil. Italici I. 587. locis, in quibus de sibilo ventorum agitur. Sed quid hic de sibilo, quum de Aquilone velit Horatius, qui, ut remos Eurus antea fregerat, ita navim frangat, subvertat, ut in montibus

Nec sidus atra nocte amicum appareat,
Qua tristis Orion cadit;
Quietiore nec feratur aequore,
Quam Graia victorum manus,
Quum Pallas usto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.
O quantus instat navitis sudor tuis,
Tibique pallor luteus!
Et illa non virilis eiulatio,
Preces et aversum ad Iovem;
Ionius udo quum remugiens sinus
Noto carinam ruperit!
Opima quod si praeda curvo littore
Porrecta mergos iuveris;
Libidinosus immolabitur caper,
Et agna Tempestatibus.

altis frangit, subvertit ilices trementes? *Frementes* Cuningamius, more suo. Klotz somniat *gementes*. Sed praeter mss. omnes, et impressos, *trementes* etiam habet Plotius apud Putsch. c. 2627. 10 *Orion*. Vid infra od. 15. 7.

11 *Quietiusve* Plotius l. c. 13 *usta* Cuning. 18 *Adversum* Vr. I. Va A. ed Princ., et aliquae aliae. 19 20 *sinu Notus* mss. apud Fabric. R. Steph. Torrent. Cruquium, qui amplexius est; et ed. Princ.: Torrentius laudat; refutant Dacer. Talbot, et, qui multa inutilia huc attulit erudite, Bentl.. Porphyrio, et nostri mss. stant pro vulgata, cui consonat auctor III. od. 10. 6 od. 29. 57. 22 *Porrecta*. Vel repugnantibus mss. et impressis; vituperatis librariis, et tot editoribus, qui tam negligenter hìc versati sint, Bentleius suo periculo emendat *proiecta*. Sed audenter, et inscite; quia neque contextum intellexit, neque verborum vim, ac differentiam. Horatius imprecatur Maevio naufragium, ex naufragio ut mortuus a fluctibus ad littus propellatur, et ibi extentus mergis in escam sit; fortasse etiam notis, ac spe-

ODE XI. (A).

AD PECTIUM.

Apud eum liberrime queritur, se amore Lycisci captum non posse ad versus faciendos operam et studium conferre.

Pecti, nihil me, sicut antea, iuvat
Scribere versiculos, amore perculsum gravi:

ctatoribus omnibus spectaculum, et ludibrium. Proiici quidem potest naufragus ad littus; sed non mortuus tantum, verum etiam vivens. Lucret. V. 223.: *Tum porro puer, ut saevis proiectus ab undis Navita, nudus humi iacet, infans, indigus omni Vitai auxilio.* Ovid. II. ex Ponto ep. 3. 30.: *Vix duo proiecto, treve tulistis opem.* Heroid. ep. 2. 135.: *Ad tua me fluctus proiectam littora portent.* At qui iacet in littore, esca mergis, aliisque avibus carnivoris apposita, nec reluctans, omnino mortuus esse debet; ideoque recte dicitur *porrectus*, seu extentus. Catull. LVI. 6.: *Postquam es porrecto facta marita sene:* hoc est, mortuo, et porrecto in feretro. Virg. IX. Ae. 589.: *Et media adversi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.* Hoc voluit Horatius, hoc eleganter expressit Latine callentibus. Bentleium imitati sunt, servum pecus, Cuningamius, et Wakefield; sed Valart allegare videtur mss.. 22 *iuveris* V. A. E. a 1. m. Ba. a 2. m., alii mss. apud Lamb. Torrent. Barthium Advers. XXXII. 15. Talb. Combe; ita Comment. Cruq. H Steph. Gryphius 1566. Lamb. Cruq. Dan Heins. Rutgers. Chabot, Desprez, Bond, Taib. Dacer. Bentl. Cuning. Baxt. Val. San. Gesn. Batteux, Oberlin. Combe, Wakef. Bentleius probat. Al. *iuverit.*

(A) De metro huius odes contra Henr. Stephanum, Lamb. Cruquium, Georg. Fabr. aliosque, qui versum secundum in duos discerpserunt, vide Ios. Castalionem Observat. dec. 4. c. 10. Multis pariter disputant Bentleius, et Gesnerus. 1 *Pecti, Peti, Petti*, [ut in Bodon.] in mss. et impressis legitur; et in titulo, *Ad Pectium, Petium,*

Amore, qui me, praeter omnes, expetit
Mollibus in pueris, aut in puellis urere.
Hic tertius December, ex quo destiti
Inachia furere, silvis honorem decutit.
Heu me, per Urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui! Conviviorum et poenitet,
In quis amantem et languor, et silentium
Arguit, et latere petitus imo spiritus.

Pettium, [Bod.] Nullus editor critice, de eo inquisivit, forte quia huius amici nostri Poetae nulla occurrit alibi mentio. *Pettios*, et *Pectios* etiam in marmoribus se invenisse asserit Georg. Fabricius. *Pettios* tantum invenio apud Grut. et Murat. Acron ms. Vat., et Porphyrio Vo. A., et Ch. habent *Pecti*, ut impressi; et ita plures ex melioribus nostris mss. Horatii: ita denique Atilius Fortunatianus ap. Putsch. c. 2705., Terentian. Maur. c. 2450 Mar. Victorin. c. 2619.: his potius adhaerendum putavi. 2 *perculsum* V. A. B. C. D. F. H. Vr. A. B. D. E. F. G. H. I. Vp. C. F. Ch. C. Cr. A. Ba. A. Va. A. B., ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1486. 1492. 1509. 1573. Aldi. 1501. Iuntae 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. Rob. Steph. 1544., et alii fere omnes, etiam inter recentiores, Baxt. Gesn. Oberl. Combe. *Percussum* V. I. Vr. K. Vp. A. B. E. Ch. A. B. Va. C., alii mss. apud Torr Combe, ed. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. Chapuis Paris. 1503., Badius Asc. Bentleius, qui multis disputat, et quem sequuntur Cuning. Sanad. Wakef. Primam lectionem praetuli tum ex auctoritate mss. et editorum; tum ex ipsa re; quod sit gravius vulnus huius amoris, et inhaerens animo, ut nullum Poetae consilium stare posse videatur: similiter supra od. 7. 16.; diverse I. od. 7. 11. Grammatici veteres apud Putschium, alii aliter referunt locum; ut notavit Bentleius. 8 *et poenitet*. Torrentius suspicatur, legendum *heu poenitet;* Bentlejus ex ingenio *ut poenitet*, *conviviorum poenitet*, prout Plotius apud Putsch. c. 2662. Sed bene *et* cum aliis et mss. et impressis, pro *etiam*.

9 *In quis* V. D. H. L. Vr. A. D. F. G. H. I. K. Vp. A. B. C. E. F. Ch. A. B. Va. A. Acron ms. Vat. et impressus,

Contrane lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium! querebar, applorans tibi:
Simul calentis inverecundus Deus
Fervidiore mero arcana promorat loco.
Quod si meis inaestuet praecordiis
Libera bilis, ut haec ingrata ventis dividat
Fomenta, vulnus nil malum levantia;
Desinet imparibus certare summotus pudor.
Ubi haec severus te palam laudaveram;
Iussus abire domum, ferebar incerto pede
Ad non amicos, heu! mihi postes, et, heu!
Limina dura, quibus lumbos et infregi latus.
Nunc, gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia, amor Lycisci me tenet;
Unde expedire non amicorum queant
Libera consilia, nec contumeliae graves;

Porphyrio mss. Vatt. et Ch., edit. Flor. 1482. Ven. 1490. Iunta 1503. Landin. Badius Ascens. Bentl. Cun. San. Wakef. Al. *In queis.* 11 *Contrane* V. B. C. D. H. L. Vr. B. C. D. G. H. K. Vp. A. B. E. F. Ch. A. B. Va. A. Ba. A., alii mss. apud Cruq. Torr. Talb. Val. Porphyrio ms. Ch. Comment. Cruq. ed. Ven. 1483. Ant. Mancin. Cruq. Talb. Bentl. Baxt. Cun. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Laudarunt Torrentius, et Dacerius; et cum interrogativo post *ingenium?* sed non admiserunt in textum Al. *Contraque.* 14 *Fervidiora mero arcana* Aldus 1501. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Baxt. Oberlin. Combe. Wakef. Qua auctoritate, et qua significatione? 17 *allevantia* Vp. E., edit Flor. 1482. Ven 1483., et Cuningamius. Sed bene *levantia*, ut infra od. 13. 10. 19 *Ut haec* ms. Mus. Brit. apud Combe; et ita Cuning. 24 *mollitie* Vr. D.: quod ex duobus aliis mss. praetulit Bentleius, inde Sanad. Wakef.; quia vastus, et inconditus sonus *a a.* Immo dulcior, et mollior evadit, si aliquanto suspendas, et trahendo pronuncies, languidule; ut res videtur exigere.

Sed alius ardor, aut puellae candidae;
Aut teretis pueri, longam renodantis comam.

ODE XII.

IN ANUM LIBIDINOSAM.

Invehitur in eam, quae illius amores ambiebat.

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barris?
Munera cur mihi, quidve tabellas
Mittis, nec firmo iuveni, neque naris obesae?
Namque sagacius unus odoror,
Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis,
Quam canis acer, ubi lateat sus.
Qui sudor vietis, et quam malus undique membris

1 *barris.* Barri Mauris sunt elephantes; ut multis docent Bochart. Hier. par. 1. lib. 2. c. 23., et Io. Phil. Casselius de Orig. vocis Cinnamb. §. 4. in Act. Societ. Lat. lenens. vol. 3. p. 157. seqq. 2 *cur mihi* V. A. B. C. E. F. Vr. A. B. C. E. F. G. H. I. L. Vp. A. C. F. Ch. A. An. A. Va. A. Acron. ms. Vat. ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. aliae, Flor. 1482. Aldi 1501 Iuntae 1503. Chapuis Paris. 1503. Basill. 1527. 1531. 1580 Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Lamb. Mur. Cruq. Torrent. Gryph. et alii editores fere omnes ante Bentl., qui ex mss aliquibus, et Acrone edito, et ms. legit *quid mihi?* et ita habent etiam ex mss. nostris ceteri. Bentleium sequuntur Cun. Val. Wakef. [Bod.]: retinuerunt aliam lectionem Baxterus, Gesner. Oberl. Combe; quibus assentior ob mss. auctoritatem, et numerum; et ob varietatem ab aliis *quid.* Aliqui mss., ed. Princ. et aliae aliquae editiones veteres, et Mar. Victorin. apud Putsch. c. 2619. habent *curve tabellas:* mss. Ch. C. D., et Atilius Fortunatianus c. 2706. *cur mihi, curve tabellas.*

3 *nec naris* Cun. Val. 7 *Qui sudor* V. B. C. K. L. Vr. B. E. Vp. C. E. F. Ch. B. Va. C. An. A.. alii mss. apud Torr. Bentl. Val. Combe, Acron ms., et duo mss. Porphyr. Vatt.

Crescit odor, quum pene soluto
Indomitam properat rabiem sedare! Nec illi
Iam manet humida creta, colorque
Stercore fucatus crocodili; iamque subando
Tenta cubilia, tectaque rumpit:
Vel, mea quum saevis agitat fastidia verbis:
Inachia langues minus, ac me:
Inachiam ter nocte potes; mihi semper ad unum
Mollis opus. Pereat male, quae te,
Lesbia, quaerenti taurum, monstravit inertem;
Quum mihi Cous adesset Amyntas,
Cuius in indomito constantior inguine nervus,
Quam nova collibus arbor inhaeret.
Muricibus Tyriis iteratae vellera lanae
Cui properabantur? tibi nempe:
Ne foret aequales inter conviva, magis quem
Diligeret mulier sua, quam te.
O ego non felix, quam tu fugis, ut pavet acres
Agna lupos, capreaeque leones!

et alter Ch., edd. Venn. 1483. 1490. 1509. Iuntae 1503.; et ita Bentleius, Cun. Wakef. Oberlin. Al. [Bod.] *Quis sudor.*

8 *Crescat* Cun. *Neque* Ch. A, alii mss. apud Combe, et ed. Princ. 25 *O ego infelix* V. B. Vp. D., alii mss. apud Torr. Bentl. Val.; et ita legunt Charis. p. 161. ed 1551. Servius apud Putsch. c. 1802. Mart. Capella p. 64 ed. 1599.; eosque sequitur Baxterus, Oberlin. Combe. Sed nihil mutandum cum Bentleio. Auctor de morte Drusi, v. 145.: *Iamque ego, non felix? iam pars mihi rapta Neronum?* Sil. Ital. III. 334.: *Armiger Eoi non felix Memnonis Astyr.*

ODE XIII.

AD AMICUM (A.)

Sub allegoria hiemis, ac horribilis tempestatis, Reipublicae Romanae calamitates innuit: et consolatur amicum maerore confectum ab iisdem; eique, exemplo Achillis, aegrimoniam vino, et cantu esse mitigandam insinuat.

Horrida tempestas Caelum contraxit; et imbres,
Nivesque deducunt Iovem: nunc mare, nunc siluae
Threicio Aquilone sonant. Rapiamus amici
Occasionem de die: dumque virent genua,
Et decet, obducta solvatur fronte senectus.
Tu vina Torquato move consule pressa meo.
Cetera mitte loqui: Deus haec fortasse benigna
Reducet in sedem vice. Nunc et Achaemenio

(A) Quia verum nomen ignoratur, et in plerisque mss. deest omnis titulus; ita inscribendum puto ex contextu odes. Acron, et Porphyrio, atque inde alii, *ad Amicos*, ex v. 3.; sed alio sensu accipiendus locus Fortasse Horatius amici nomen tacuit, quia cum eo sermo erat de Reipublicae statu. 1 *constrinxit* Cun. audacter, et inscite. 3 *amici* mss. omnes, editiones veteres, et omnes fere recentiores; atque ita Terentianus Maur. ap Putsch. c. 2450. *Amice*, vocativo casu, Bentleius ex coniectura; inde Cun San. Val. Wakef.; ut referatur ad v. 6. seq. *Amici*, item vocativo casu, Dacer. Talb. Oberl; sed primo casu, *amici*, bene: id est, nos, qui sumus amici, seu amice, amicabiliter, It. *da buoni amici*, laetemur. Unum tantum amicum alloquitur Horatius, cui aliquid adversi pro Republica contigerat; vel qui de Reipublicae statu maerebatur; ut patet ex sequentibus, et comparatione Achillis. 6 *tu-move*. Grammaticus quidam in ms. Ch. A. notat, Horatium hìc alloqui pincernam; et v. sequenti *Cetera mitte loqui*, addit, *ad convivium non pertinentia:* ineptiae. 7-8 *Deus haec fortasse benigna*

Perfundi nardo iuvat, et fide Cyllenea
Levare diris pectora sollicitudinibus:
Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno:
Invicte mortalis, Dea nate puer Thetide,
Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi
Findunt Scamandri flumina, lubricus et Simois;

Reducet in sedem vice. Docte Dacerius huc attulit Edicti Augustaei verba apud Sueton. in Aug. 28.: *Ita mihi salvam, ac sospitem Rempublicam sistere in sua sede liceat.*

8 *Achaemenia* V. K. a 1. m. Vr. D. H. a 2. m. K. Vp. E., Comment. Cruq. edd. Med. 1476. 1502. Flor. 1482. Ven. 1486. Aldi 1501. Iuntae 1503., et inde alii fere omnes usque ad Bentleium, qui restituit *Achaemenio* ex mss.; quibus concinunt alii nostri, Acron, et Porphyrio mss. et editi. Post Bentleium Cuningamius, Baxt. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Vide supra od. 5. 59. 10 *duris* V. F. Vr. F. Vp. E.; et ita edidit Bentleius, conaturque probare exemplis non congruentibus. Eum sequuntur Cun. San. Val. Wakef. Ceteri mss. nostri, *diris;* quod est, sollicitudinibus, angustiis, curis crudelibus, cruciantibus: et respondet v. ult. *deformis aegrimoniae;* et infra od. 17. 73., *fastidiosa tristis aegrimnoia. Dura*, et *dira*, permutata, vide III. od. 6. 36. 11 *ut grandi.* De aetate dictum accipit Baxterus; quod parvulo talis admonitio non conveniat. Sed praeterquamquod grandis aetate, et corpore non convenit alumno, et puero; sicut *nobilis* a virtute animi, et doctrina Chiron; ita *grandis* Achilles dicendus erat a genere, indole, educatione, et spe rerum gerendarum; ut bene Zeunius post Lambinum; et liquet ex Homero Il. IX. 480. Contra apud Iuven VII. 210. seq.: *Metuens virgae iam grandis Achilles Cantabat patriis in montibus.* 12 *Invicte mortalis, Dea.* Sic potius interpungo cum Henricopetrina 1580., Chabot, Dan. Heins. Talbot, Dacer. Baxt. Batt. Oberl. Combe, Wakef., aliis; quam cum Bentleio, Cun. San. Gesnero, *Invicte, mortalis Dea nate puer;* ut sit *mortalis invictus*, non *puer invictus.* In pictura Musei Herculanensis tom. I. 8. repraesentatur Chiron iuvenem Achillem docens ad lyram canere.

Unde tibi reditum certo subtemine Parcae
Rupere; nec mater domum caerula te revehet.
Illic omne malum vino, cantuque levato;
Deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis.

15 *certo subtemine* Vr. A. B. C. E. Vp. D. F. Ch. A. H. Steph. Lamb. Cruq. Torrent. Chabot, Dan. Heins. Bentl. Baxt. Cun. San. Maitt. Batt. Val. Oberl. Combe, Wakef. Al. *certo subtegmine*, *substamine*. Bentleius pro *certo* coniicit *curto;* et sequitur Sanadonus. Achilles Statius ad Tibull. III. el. 3. *secto;* desipit vero Klotz, dum legit *certo sub nomine*, abusus loco Homeri Il. IX. 412. seq., qui nihili ad rem. *Certo* etiam auctor Consolationis ad Liviam v. 240.: *Quondam ego tentavi Clothoque, duasque sorores, Pollice quae certo pensa severa trahunt.* Parcae nere solent *certum stamen*, et *subtemen*, ad Fatorum praescriptum, immutabile; *certum*, et *inevitabile*, Manil. II. 112.; et cui resistere nemo potest: neque ipsa Thetis, Achillis mater, licet Dea, illum subtrahere potest ab imperio Fatorum. Vide supra od. 5. 88, et Carm. secul. 25. Homer. Il. XX. 127.

18 *Deformis aegrimoniae, et dulcibus alloquiis* V. L.; et ita edidit Bonfinis. Alii mss. apud Bentleium habent *et* inter lineas; ex quo, et longis argumentationibus ipse fecit suum *ac;* et ita interpunxit: *Illic omne malum vino, cantuque levato Deformis aegrimoniae, ac dulcibus alloquiis.* Laudant, et sequuntur San. Gesn. Sed obstant ceteri mss. omnes, editi veteres, et recentiores; arcet hiatus, prohibet contextus. Nullibi constat, amicos blandis sermonibus consolatos Achillem, qui se solabatur cithara, ut ap. Homer. Il. IX. 186.; et qui solus fere vitam agebat, ut observat Dacerius; et ipsa eius mater apud eumdem Hom. XXIV. 128. seqq. consilium illi dedit, ut ad sollicitudines levandas conviviis et venere uteretur. Latine, ac poetice quis diceret, *omne malum vino, cantuque levato deformis aegrimoniae?* Horatius amicum adhortatur tantum, ut *vino, et fide Cyllenea levet pectora diris sollicitudinibus;* idque Achillis exemplo, sive iuxta quod Achillem monuerat Centaurus Chiron: *ut cecinit.* Si recta procedit comparatio, et monitum, quid huc intrudimus argumentis amicorum alloquia,

ODE XIV.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

Phrynes amorem obstare, quominus iambos promissos absolvat.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Oblivionem sensibus,
Pocula Lethaeos ut si ducentia somnos
Arente fauce traxerim,
Candide Maecenas, occidis saepe rogando.
Deus, Deus nam me vetat
Inceptos, olim promissum carmen, iambos
Ad umbilicum adducere.

seu verborum consolationes? Rectius ergo dicemus cum Mureto Variar. lect. lib. 2. c. 3., Pulmanno, Dacerio, aliis, vinum, et cantum dici a Poeta dulcia deformis aegrimoniae alloquia, id est, solatia: appositorie. *Alloquium* pro consolatione usurpari, idem Bentleius probat multis exemplis; probat et Dacerius. Pessime omnium Klotz, quia vulgatae nullus est ei sensus, emendat, ac legit, *deformes aegrimonias*.

3 *veluti, uti si.* Vid. Bentl. 5 *me occidis* Valart ex coniectura audaci, et inutili; quum *me* eleganter hìc omittatur, et aliud habeatur in sequenti versu. 7 *promissum carmen.* Vid. de Arte poet. 45. 8 *Ad umbilicum adducere.* Extremitas chartae papyraceae, vel membranae, ex quibus conficiebantur volumina, adnectebatur bacillo, et circumvolvebatur. Illius capita umbilici formam imitabantur. Quum vel scriptor, vel lector ad finem perveniebat; pro, finem facere, dicebatur ad umbilicum adducere, vel pervenire. Huiusmodi volumina passim videntur in antiquis monumentis; et ad exemplum, de iis pluribus agunt Trotz de Prima scrib. rat. p. 589. Martorell. de Reg. theca cal, p. 242. seqq. Winkelm. Storia delle arti del dis. III. p. 198., et quae ibi adnotavimus.

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium;
Qui persaepe cava testudine flevit amorem,
Non elaboratum ad pedem.
Ureris ipse miser. Quod si non pulchrior ignis
Accendit obsessam Ilion,
Gaude sorte tua: me libertina, neque uno
Contenta, Phryne macerat.

ODE XV.

AD NEAERAM.

Non servatam ab ea fidem conqueritur, et nuntium ei se missurum minatur.

Nox erat, et Caelo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera;
Quum tu, magnorum numen laesura Deorum,
In verba iurabas mea,
Artius atque edera procera adstringitur ilex,
Lentis adhaerens brachiis:
Dum pecori lupus, et nautis infestus Orion
Turbarit hibernum mare,
Intonsosque agitarit Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum.

8 *Turbarit* ed. Princ. 8-9 *Turbarit = agitarit* V. A. a 2. m. E. F. Vr. B. F. K. Ch. B. a 2. m. C. Va. B., alii mss. apud Barthium Advers. XXXVII. 15. Bentl. Val., ed. Loscheri 1498.; et ita Bentl; frustra repugnante Baxtero, et Can. Est futurum potentialis modi, ut dicunt Grammatici, *turbaverim*, *agitaverim*, per syncopen *turbarim*, *agitarim*; non futuri exacti, ut putat Gesnerus, qui ideo lectionem reiicit: modus, ut hìc v. 16.; et infra od. 16. 28. seqq. Al.

O, dolitura mea multum virtute, Neaera!
Nam, si quid in Flacco viri est,
Non feret assiduas potiori te dare noctes,
Et quaeret iratus parem.
Nec semel offensae cedet constantia formae,
Si certus intrarit dolor.
At tu, quicumque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedis malo,

Turbaret - agitaret, quae spectant ad praeteritum tempus; quum *fore* spectet ad futurum. 12 *virium est* plures mss. nostri, Valart., et aliorum; et est apud Petron. c. 128.: *Perfusus ego rubore manifesto, etiam, si quid habueram virium, perdidi;* sed alio sensu ab Horatiano. 15 *offensi* Bentleius ex coniectura, contra omnes libros scriptos, et impressos, et meris argutationibus; et ita multo ante Gogav. Eum refutant Baxterus, et Gesrneus; sed nauci. Sensus ex contextu est: Quia tu, inquit Horatius, violasti sacramentum adeo sollemne, quo te indissolubiliter mihi obligaveras, ut in amorem alterius concederes; ego iratus vicissim quaeram mihi puellam, quae me amet ex corde. Et tu, Neaera multum dolitura es virtute mea; nam numquam (*nec semel*) fiet, ut constantia mea cedat formae invisae, quamvis in eius animum, seu tibi, certus intraverit dolor: te non ex inconstantia, volubilitate feminea; sed tota mente periurii, et infidelitatis poeniteat. *Offensum* pro *inviso, odioso*, a Cicerone dictum, fatetur Bentleius. Et est pro Cluent. 58.: *Si qua apud vos causa huiusmodi delata sit eius, qui lege non teneatur, etiamsi is invidiosus, aut multis offensus esse videatur, etiamsi eum oderitis, etiamsi inviti absoluturi sitis; tamen absolvatis.* V. in Verr. 62.: *O miserum, atque invidiosum, offensumque paucorum culpa, atque indignitate ordinem senatorium.* Pro P. Sext. 58.: *Aliusve est aliquis improbis civibus peculiaris populus, cui nos offensi, invisique fuerimus?* Suet. in Iul. Caes. 19.: *Pompeium assectatus est, offensum Patribus, quod Mithridate victo... Et tu* V. B. D. K. Vr. B. C. D. E. H. Vp. E. Ch. A. Va. A. D. Cr. A., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr.

Sis pecore, et multa dives tellure licebit;
Tibique Pactolus fluat;
Nec te Pythagorae fallant arcana renati,
Formaque vincas Nirea;
Heu, heu! translatos alio maerebis amores:
Ast ego vicissim risero.

ODE XVI.

AD POPULUM ROMANUM.

Queritur, bellorum civilium nullum esse finem: quare de Republica desperat; aliasque meliores terras, et Insulas fortunatas ipse cogitat; et aliis, ut idem faciant, suadet.

Altera iam teritur bellis civilibus aetas,
Suis et ipsa Roma viribus ruit.

Bentl. Combe; ita Porph. ms. et impressus, Comment. Cruq. ed. Ven. 1483. Cruquius, Bentl. Cun. Wakef. *At tu* ceteri mss. nostri, et fere omnes primae editiones, (in quo fallitur Bentleius, qui contrarium asserit) et inde aliae editiones fere omnes; ut vulgata lectio sit; et bene: *at* enim particula adversans, It. *Tu poi:* eamque probant exempla ab ipso Bentleio allata. Ovid. Art. am. III. 683. de Rem. am. 371. Tib. I. el. 5. 69. Lucan. IX. 538.; sed prae aliis, non visus, Propertius III. el. 16. 27. seqq. locum integrum Horatii ob oculos habuisse videtur: *Nirea non facies, non vis exemit Achillem; Croesum aut, Pactoli, quas parit humor, aquas. At tu, nauta, pias hominum qui traiicis umbras, Huc animae portent corpus inane tuae.* Eique *at tu* est familiare, ut ibi notat Burmannus, III. el. 5. 71. el. 9. 71. el. 13. 43., et saepe alibi. 22 *Nerea* aliqui mss. et editi, errore evidenti; ut etiam apud Propertium l. c., et alios auctores, et notant Burmannus ad eumdem Propertii locum, et Nic. Heinsius ad Ovid. Art. am. II. 109. Nireus, post Achillem formosissimus, laudatus Homero Il. II. 673. Ovid. l. c., aliis.

Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porsenae manus,
Aemula nec virtus Capuae, nec Spartacus acer,
Novisque rebus infidelis Allobrox;
Nec fera caerulea domuit Germania pube,
Parentibusque abominatus Hannibal;
Impia perdemus devoti sanguinis aetas,
Ferisque rursus occupabitur solum!
Barbarus, heu! cineres insistet victor, et Urbem
Eques sonante verberabit ungula;
Quaeque carent ventis, et solibus, ossa Quirini
(Nefas videre) dissipabit insolens!
Forte, quid expediat? Communiter, aut melior pars
Malis carere quaeritis laboribus?

6 *infidelis Allobrox.* In coniuratione Catilinae, de qua Sallustius Cat. 42.; et bene Commentator Cruquianus.

6-8 *Novisve - parentibusve* Bentleius ex argutiis, et Cun. Exemplis, et ratione vulgatam lectionem defendit Iohnsonus part. 2. p. 62. praeter necessitatem. 8 * *abominandus* Vr. D. F. 11 *Barbarus.* Poeta imitatur Virg. I. E. 71. seqq. Locum illustravimus in nostris Observationibus ad eumdem Virg. p. 21. 14 *videri.* 15 *Forte, quid expediat?* Sic cum interrogatione locus interpungendus; et subintellitur *quaeretis;* ut monet Grammaticus quidam in V. C. et Vr. B.; alter in Ch. C. *quid utile sit quaeritis;* aut *inquiritis*, ut alter in Ch. A.; quod iam innuerat Porphyrio, etsi confuse, ex sequenti: nempe: Fortasse vultis scire, quid expediat agere? Tamquam desperatissimo loco medelam afferre putavit Rutgersius Venus. lection. c. 11., legens, *Forte*, (*quod expediat*,) *communiter, aut melior pars Malis carere quaeritis laboribus?* [Bod, sed affirm.] Quam lectionem amplexus Bentleius, licet non admittat in textum, tamquam veram sententiam a vera Horatii manu, exponit: *Quod prosit, quod utile, et salutare sit, quod bene eveniat, quod bene et feliciter vertat, quod bonum*

Nulla sit hac potior sententia: (Phocaeorum
Velut profugit exsecrata civitas;
Agros, atque Lares patrios, habitandaque fana
Apris reliquit, et rapacibus lupis)
Ire, pedes quocumque ferent; quocumque per undas
Notus vocabit, aut protervus Africus.
Sic placet? an melius quis habet suadere? Secunda
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed iuremus in haec: simul imis saxa renarint
Vadis levata, ne redire sit nefas:
Neu conversa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina laverit cacumina;
In mare seu celsus proruperit Apenninus,

felix, faustumque sit. Sed absona omnia; uti et ea, quae addunt Sanad et Gesnerus. Post praecedentes exclamationes, Horatius ex abrupto, et concitate ad populum Romanum conversus, interrogat, se interrogatum iri supponens; et huiusmodi interrogationi subiungit v. 23. *Sic placet?* Similis locutionis modus est I. od. 12. 13. Vix notandum, in Va. C., et ab Aldo 1501. legi, *forte quod expediet;* et in Vr. H. Vp. B. E. *Forte quid expediet.* 19 *Lares proprios.*

21 *Ite ferunt.* 25 *in hoc.* 26 *ne redire sit nefas.* Simile apud L. Florum III. 10.: *Primus Galliae motus ab Helvetiis coepit: qui Rhodanum inter, et Rhenum siti, non sufficientibus terris, venere sedes petitum, incensis moenibus suis. Hoc sacramentum fuit, ne redirent.*

29 *proruperit Apenninus* V. H. Ch. A. Pluribus ostendi veritatem huius lectionis in Observationibus ad Virg. p. 162., quam ex solo ms Ch A. habueram. Postea illam reperit in alio ms eiusdem aetatis, seculi XI. vel XII., Bibliothecae Regiae Hafniensis, Torkillius Baden in sua editione Horatii, impressa Hafniae 1793. Eam admisimus in editione Bodoniana Parmensi. Nunc iuvat illam confirmare ex ms. Vat. Eius elegantiam, et vim ad Horatii mentem, prae vulgata *procurrerit*, statim quisque intelligit. Confer etiam Virg. I.

Novaque monstra iunxerit libidine
Mirus amor; iuvet ut tigres subsidere cervis,
Adulteretur et columba miluo;
Credula nec flavos timeant armenta leones,

Ae. 246. seq.: *Unde per ora novem vasto cum murmure montis It mare proruptum, et pelago premit arva sonanti.* VII. 32. seq.: *Hunc inter fluvio Tiberinus amoeno Vorticibus rapidis, et multa flavus arena In mare prorumpit.* Idque proprius quoque congruit alto monti, qui se magno impetu efferat, horrendoque strepitu in mare praecipitet. XII. 687.: *Fertur in abruptum magno mons improbus actu.* 30 *Novave* Cun. ex ingenio, et San.

32 *miluo* V. C. D. E. Vr. A. B. C. D. G. H. Vp. D. E. Ch. A. B. C. Cr. A. a 1. m. Va. A. C. D. Ba. A., alii mss. apud Cruq., omnes Torr., Porphyrio ms. Vat. et Ch. et editus, Comm. Cruq. ed. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. Chapuis Paris. 1503. Torr. Dac. Bentl. Cun. Baxt. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Terent. in Phorm. II. 2. 16.: *Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo.* Plaut. in Aul. II. 4. 37.: *pulmentum pridem ei eripuit miluus.* Et paulo post: *Ut sibi liceret miluum vadarier.* In Poen. V. 5. 13.: *Male ego metuo miluos.* Iuven. IX. 55.: *Tot milvos intra tua pascua lassos?* Pers. IV. 26.: *Arat Curibus quantum non milvus oberrat.* Petron. c. 37.: *Qua milvi volant.* Hinc iure miratur Sanadonus, aliquos adhuc inveniri, qui et in Horatio nostro, et in aliis scriptoribus *milvius*, *milvio* [ut Bodon.] retineant; quum dubitare recte quis possit cum Torrentio, an *milvius* Latinum sit. 33 *nec flavos* mss. nostri omnes, et maior pars aliorum, editionesque veteres; ut fatetur Bentleius. Nihilominus ipse ex 4. Cruquii mss. emendat *ravos*, quia *rava lupa* III. od. 27. 3.; et quia *mare ravum* dicitur a Cicerone Acad. II. 33., citante Nonio Marcello. Pudeat hisce ineptiis exturbare lectiones, et inquinare scriptores. Bentleium laudant, et sequuntur Baxt. Cuning. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Cur non potius cum Lambino *fulvos* supposuerunt ex IV. od. 4. 14., et Ovid. I. Met. 304. X. 551. II. Fast. 339. X. Her. 85.? Sed bene *flavos*, quod est perpetuum leonum epitheton, uti et *fulvus*; et *ravos* hic

Ametque salsa levis hircus aequora.
Haec, et quae poterunt reditus abscindere dulces,
Famus omnis exsecrata civitas;
Aut pars indocili melior grege: mollis, et exspes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum;
Etrusca praeter et volate littora.
Nos manet Oceanus circumvagus arva; beata

ex aberratione scriptorum repe endum est. Ravus color diversus est a flavo; mixtus ex nigro, et fulvo; medius inter flavum, et caesium: lupis proprius, ut alter leonibus. Quod qui ignorat, et cum coloribus bestias confundit; numquam lupos, et leones vidisse censendus est; nec historiam naturalem e limine salutasse. 34 *Ametve* Cun. et San.

35 *abscidere* Va. A, *abscidere*(?), et *abcidere* alii mss. ap. Torrent. Sed bene *abscindere*. De differentia utriusque verbi multa adnotavimus in Observationibus ad Virg. p. 37. seq. Vid II. sat. 3. 303. Cuningamius legit, *reditus poterunt abscindere;* et poetica, et Italica aure carebat ad tot consonantium concursum, ut et probationibus. 36 *omnes* refutat Ian. Dousa Commentat. cap. 7. p. 661. Vid. IV. od. 2. 51.

37 *expers* aliqui mss. et editiones. *Exspes*, et *expers* videtur legisse Porphyrio, qui explicat, *quae mollis animi, et sine spe est, expersque virtutis.* Sed *expers* sine addito nusquam legitur. Vid. III. od. 4. 65. od. 11. 11. IV. od. 14. 7. II. sat. 8. 15. *Exspes* bene, ut apud Plaut. in Bacch. III. 1. 3.: *Quem spes reliquere omnes.* 38 *perprimant* Cun. San. [Bodon.] contra Horatianam rationem. Vid IV. od. 11. 9.

39 *pellite luctum* Lamb. ex mss. praefert. Refutant Torrentius. 41 *circumvagus arva.* Longum esset, editores omnes, et alios, referre, qui hunc locum varie interpungunt, et exponunt. Alii interpungunt post *circumvagus;* alii post *beata.* [Bodon.: circumvagus: arva, beata etc.] Nos cum Dac. Baxt. Gesn. Val. Oberlin. Combe facimus; sed una voce, *circumvagus* unitim. *Oceanus circumvagus arva*, est periphrasis pro *insula fertili. Arva* enim dixit, ut statim indicaret, insulam continere terras frugiferas; non

Petamus arva, divites et insulas,
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usque vinea;
Germinat et numquam fallentis termes olivae,
Suamque pulla ficus ornat arborem;
Mella cava manant ex ilice: montibus altis
Levis crepante lympha desilit pede.
Illic iniussae veniunt ad mulctra capellae,
Refertque tenta grex amicus ubera;

arenam, aut deserta invia, et inaquosa, aut scopulos. *Circumvagus* sine addito nullibi est; nec recte defenditur ab iis, qui ibi interpungunt; et propositum generaliter evagandi per Oceanum prima fronte insinuatum supponunt. At verò hoc verbo, ut in aequipollenti, semper insula, seu res circumdata, exprimitur. Ovid. IX. Met. 779.: *Utrumque latus circumfluit aequoris unda.* XV. 624 seq.: *Unde Coroniden circumflua Tybridis alveo Insula Romuleae sacris adsciverit Urbis* 730.: *Scinditur in geminas partes circumfluus amnis: Insula nomen habet* Claudian. Eidyll. I 1. de phoenice: *Oceani summo circumfluus aequore lucus.* Ammian. Marcell. XXIII 6. p. 372. Paris. 1681.: *Euphrates cunctis excellens; qui tripartitus, navigabilis per omnes est rivos, insulasque circumfluens, et arva cultorum industria diligentius rigans, vomeri, et gignendis arbustis habilia facit.* Quae sequuntur, coniungenda sunt; ut *arva beata*, et *divites insulae* augeant sensum, et explicent, quid sint illa *arva* primo enunciata: et ita animum sollicitent ad navigandum illuc: nimirum ad Insulas fortunatas, de quibus passim apud veteres mythologos, et historicos. Quo autem sensu *arva* dicantur *beata*, intelligas ex Ammiano l. c. p. 376.: *Arabes beati, ideo sic appellati, quod frugibus iuxta, et foetibus, et palmite, odorumque suavitate multiplici sunt locupletes.* Vid. Plut. in Sert. p. 571., ubi Horatio concinit.

48 *Leve* Cun more suo. *Nympha* aliqui, quos refutat Bentleius. Vid. III. od 13 16. *Dissilit* Terentian. Maur. ap. Putsch. c. 249. *Prosilit* Marcil. indocte.

Nec vespertinus circumgemit ursus ovili,

51 *ovili* V. A. a 2. m. Vr. C. a 1. m. K. Vp. A. Ch. A. Va. A., mss. 4. apud Cruq., edit. Princ. Damnat Torrentius tamquam minus venustam locutionem; sed bene eam revocavit Baxterus, et Combe. Optima enim est, et venustissima; quod ursus *gemit ovili*, inhians, insidians, obambulans, infestus, supra od. 15. 7.; ut de lupo Virg. V. E 60. seq.: *Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis Ulla dolum meditantur.* III. G. 537. seq.: *Non lupos insidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat.* IX. Ae. 59. seq: *Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili Quum fremit ad caulas.* Non *circum ovile* [ut Bod.] gemens, obambulans, simpliciter. *Gemere* proprium est ursorum, quia eorum vox habet aliquid gemebundum: et hoc verbo utitur Ovidius II. Fast. 186. de Callisto loquens, in ursam mutata. *Vespertinum ovile* legit ex ingenio Bowyerus, tamquam magis poeticum, et melius sonans; et quia apud Horatium I. sat. 6. 113. *Forum vespertinum* dicitur; sed scutica dignus, qui adeo poetice sapit, ut nihil sapere videatur praeter audaciam, et scribendi cacoethes. Ignorabat ille praesertim, *vespertinum* esse epitheton perpetuum ursi, lupi et aliorum animalium, quae oves quaerunt sub noctem. De lupis, utpote communioribus, etiam in Sacris Litteris, Gen. XLIX. 27. Ierem. V. 6. Abac. I. 8. Sophon. III. 3. S. Hieronymus in Abac. lib. 1. c. 1. v. 6-7. t. 6 col. 595. edit. Veron.: *Equi quoque, et equites, qui de longo venient, tam pernices ad persequendum, et cuncta populanda erunt, ut pardos superent, et lupos vespertinos. Lupi severiores esse dicuntur nocte vicina, et tota die fame ad rabiem concitati.* Col. 598.: *Velocitate pardorum, et luporum vespere equites suos abiecerint.* Stat. VIII. Theb. 691. seq: *Sic densa lupum iam nocte sub atra Arcet ab adprenso pastorum turba iuvenco.* X. 42. seq.: *Rabidi sic agmine mixto Sub noctem coiere lupi.* II. Achill. 30 seq.: *Procedunt gemini, ceu foedere iuncto, Hiberna sub nocte lupi.* Tryphiod. Ilii excid. 547.: *Serratos dentes habentibus lupis similes; quique sub noctem hibernam grassantes in incustoditas oves abeunt.* Bochart Hieroz. l. 3. c. 3. n. 4. col. 823. seq. tom. 1. Quid hic ovile, quod totam noctem insidiis est expositum;

Neque intumescit alta viperis humus.
Pluraque felices mirabimur: ut neque largis
Aquosus Eurus arva radat imbribus;
Pinguia nec siccis urantur semina glebis;
Utrumque Rege temperante Caelitum.
Nulla nocent pecori contagia; nullius astri
Gregem aestuosa torret impotentia.
Non huc Argoo contendit remige pinus;
Neque impudica Colchis intulit pedem:
Non huc Sidonii torserunt cornua nautae;

cum Foro, quod vespertinum, quia in eo, vespere, non nocte, frequentior est populus? *52 Nec 54* * *arva rapit* Vr. H. Sed eleganter *radat*, quia, ut notat Gesnerus, copiosi nimis imbres locis clivosis saepe stratum supremum telluris fertile auferunt, et sic *arva radere* videntur.

57-58 Hos duos versus uncis inclusit Gesnerus, et inde Combe, quia illos reponendos putavit post v. *52*. (et illos reposuit Wakef.), fulsit coniectura viri docti in Miscell. Observ. a Burmanno editis, Amstel 1733. vol. 2. tom. 3. p. 381; qui illos a librario antiquissimo transpositos sibi finxit, postquam incuria omiserat suo loco. At non ideo illuc referendi sunt versus, quod ibi de ovili loquatur Poeta: nam locus integer ab ipso refingendus erat, ut illos immediate interponeret ante viperae mentionem. Nec advertit vir ille, qui praedicatur doctus, alio sensu, et ratione diversa, iterum Poetam gregis meminisse; ut nempe alia phaenomena insigniora exponeret, quae ipsi iam *felices* in illa Insula admiraturi erant, a Caeli temperie propitia, et per ipsum Iovem speciali favore moderata. *Pluraque felices mirabimur.* Hinc est, quod iterum de arvis ipsis loquatur, aquis tantum salubribus perfusis; et hinc, quod ab eadem temperie repetat, greges minime afficiendos nimia humiditate, vel nimio aestu; unde contagia. Harum idearum series, et sequentium versuum contextus verius exigebant, ut illi duo praeponerentur versibus *59.* ad *62.*, qui iungendi sunt conclusioni, *Iupiter illa*, ut nos censuimus. Vide supra od. 2. 11. seqq.

Laboriosa nec cohors Ulyssei.
Iupiter illa piae secrevit littora genti,
Ut inquinavit aere tempus aureum:
Aere, dehinc ferro duravit secula; quorum
Fiis secunda, vate me, datur fuga.

ODE XVII.

AD CANIDIAM VENEFICAM.

Ficta palinodia ipsam peius urit; respondet ista, nullum esse precibus, aut veniae locum.

HORATIUS.

Iam, iam efficaci do manus scientiae;
Supplex et oro regna per Proserpinae,
Per et Dianae non movenda numina,

[62 Post hunc versum illa *Nulla nocent - impotentia* leguntur in Bod., ut vulgo] 63 *sacravit* mss apud Torr. et Bentleium, qui eodem fere recidere, *secrevit*, et *sacravit*, existimat; si enim *secrevit*, inquit, ea littora piae genti; etiam *sacravit*, sive *dicavit* ei ut propria. Nemo id concedet, qui viderit, secretas terras dici has ab Horatio, quia longe ab Urbe Roma, a bellis civilibus, extra Europam ipsam, et Mare mediterraneum, extra Columnas Herculis in vasto Oceano erant sitae. Ad easdem Insulas secedere, proposuisse sibi Sertorium, narrat Plutarchus in Sert. p. 572.

65 *Aerea*, *dehinc* V. D K. L. Vr. C. a 2. m. D. I. K. a 2. m. L. Vp. D., alii mss. apud Bentl. Combe, ed. Princ. Cun. San.: refutat Bentleius; ut nec insistendum sit Hoc addam, aeris, seu cupri fodinas praecessisse illas ferri, etiam in iisdem fodinis; ut de Ilva, inexhaustis Calybum generosa metallis, testatur Aristoteles; seu alius auctor, de Natur. auscult.; et de aliis multis Goguet de Orig. leg. art. etc. part. 1. lib. 2. cap. 4.

(A) Vid. supra od. 5.

Per atque libros carminum valentium
Refixa Caelo devocare sidera,
Canidia, parce vocibus tandem sacris;
Citumque retro solve, solve turbinem.
Movit nepotem Telephus Nereium,
In quem superbus ordinarat agmina
Mysorum; et in quem tela acuta torserat.
Unxere matres Iliae addictum feris

5 *Refixa* V. B. D. K. Vr. G. Vp. C. E. F. Ch. A. An. A., alii mss. apud Talb. Bentleium Combe; Acron ms. Vat. et apud eumdem Bentl. Comment. Cruq. ed Princ. Med 1476. Venn. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492 Flor. 1482. Chapuis Paris. 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Lamb Mur Cruq. H Steph. Gryph. 1566 Torr. Dan. Heins. Talb. Dac. Chabot, Desprez, Bond, Cun. Sanad. Maitt. Batt. Val. Oberl. Wakef. Et est *fixa* simpliciter; ut Lucret. V. 1204.: *Stellisque micantibus aethera fixum;* non *revulsa*, ut exponit Commentator Cruquianus, Dac. Bentl. alii. Si enim iam avulsa sunt, quomodo devocantur? Al. [Bod] *Defixa;* ut et *revocare* pro *devocare.* 7 *volve*, *volve* Lambinus contra omnes mss. et editiones veteres.

8 *Telephos* Cun. Vid. infra ad v. 12. 11 *Unxere* V. A. B. C. D. F. K. Vr. A. G. H. a 2. m. I. K. Vp. A. B. C. D. Va. C, alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Talb. Bentl., textus ad Acronem, et Porphyrionem in prima editione Romana, Comment. Cruq., ed. Princ. Med. 1476. 1477. Ven. 1478. 1479. Zar. Henr. Steph. Mur. Torr. Basill. 1580. Chabot, Dan. Heins. Desprez, Dac. Bond, Baxt. Maitt. Batt. Val. Gesn. Combe, Oberl. Frustra Lambinus, et Bentleius conantur defendere *Luxere;* et Muretus Var. lect. lib. 3. c. 19 utramque lectionem laudat. Evidens est enim Poetae sensus, ut verbo *unxere* indicet, ad preces Priami restitutum fuisse *cadaver* Hectoris, damnatum ut voraretur a feris alitibus, aliisque bestiis. Hoc ungi poterat, mortui persona omissa lugeri; quod non advertit praesertim Bentleius, dum tot scriptorum testimoniis abutitur, quae in hunc sensum adducenda erant.

Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem,
Postquam relictis moenibus rex procidit,
Heu! pervicacis ad pedes Achillei.
Setosa duris exuere pellibus
Laboriosi remiges Ulyssei,
Volente Circa, membra: tunc mens, et sonus
Relapsus, atque notus in vultus honor.

12 *Hectora* Cun., qui non vidit, quod recte adnotavit Bentl. infra v. 17., Horatium in Iambis, Sermonibus, et Epistolis Latinas declinationes libentius adhibere; in Carminibus Graecas. 17 *Circa* V. H., alius ms. a 2. m. apud. Bentl., Val. Probus apud Putsch. c. 1446. Phoca ibid 1705.; declinatione Latina, ut multis probat recte Bentleius; et eadem declinatione apud Petron. c. 129. Nec obstat, quod idem Petron. c. 134. efferat Graeca: *Phoebeia Circe Carminibus magicis socios mutavit Ulixis*, in eadem nostri Poetae sententia; nam id evidenter patet factum ad cacophoniam vitandam ex tot *a* et *c* concursu. Bentleium sequuntur Cun. Baxt. Gesn. Combe, Wakef. Al. [in his Bodon.] *Circe.*

17 *tum mens* Ba. A. Chapuis Paris. 1503 18 *Relapsus* V. A. B. C. D. E. F. H. I. K. L. Vr. A. B. C. E. F. a 2. m G. H. Vp. B E. F. Va. A. C., alii mss. apud Lamb. Torr. Bentl., ed. Princ. Flor. 1482 Venn. 1483 1486. 1490. 1492. 1509 1573. Aldi 1501 Iuntae 1503 Basil. 1527. 1531. 1580. Frib 1536. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Mur. Torr. Bentl. Cun Baxt. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Nempe, recuperaverunt pristinam faciem humanam. *Relapsus*, id est ultro, et sponte sua reversus; ut bene Bentleius Simul ac enim Circe magicarum cantionum vim aboleverat; extemplo pristina mens, et vox, et forma sponte redierunt. De Io Ovid. I. Met. 472.: *Ungulaque in quinos dilapsa absumitur ungues.* Apuleius de asino suo IX. Met. p. 197. ed. Prin.: *lumenti faciem sustinens.* XI. princ. p 239.: *Depelle quadrupedis diram faciem.* p. 242.: *Rosis decerptis pessimae, mihique detestabilis iamdudum belluae istius corio te protinus exue.* Al. *Relatus*, quod esset, externa vi reductus.

Dedi satis, superque poenarum tibi,
Amata nautis multum, et institoribus.
Fugit iuventas, et verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida;
Tuis capillus albus est odoribus.
Nullum ab labore me reclinat otium:
Urget diem nox, et dies noctem; neque est
Levare tenta spiritu praecordia.
Ergo negatum vincor ut credam miser,
Sabella pectus increpare carmina,
Caputque Marsa dissilire nenia.
Quid amplius vis? O mare! o terra! ardeo,

19 *tibi, o amata* Bentleius ex ingenio, et nulla necessitate. 20 *institoribus*. Vid. III. od. 6 30. seq 22 *Reliquit ora, pelle amicta lurida* Bentleius item ex ingenio, et argutiis. *Ossa* bene, ut indicet totum corpus macie confectum. Plaut. in Captiv. I. 2 32.: *Ossa, atque pellis sum miser a macritudine*. Sil. Italic. II. 465.: *Iam lumina retro Exesis fugere genis: iam lurida sola Tecta cute, et venis male iuncta trementibus ossa Exstant, consumptis visu deformia membris*. XIV 604.: *Saniesque immixta cruore Exspuitur, membrisque cutis tegit ossa peresis*. Cuningamius, et ex eo San. Wakef., more suo, ex ingenio, aliter locum interpungit: *Reliquit, ossa pelle amictus lurida;* ut post *reliquit* subintelligatur *me;* et legit *amictus* pro *amicta*, subintelligens *sum*. Sanad. et Wakef., qui retinent *amicta*, subintelligunt *sunt*. Hoc est refingere scriptores, non exponere. 24 *ab labore* V. A. E. Vr. B. E Va. B.; mss. tres apud Bentl., edd. Vascos. Burm. Cun. Terentius Hecyra, in Prol. 15.: *Ab studio, atque ab labore, atque arte musica*. Vid. III. od. 17. 1. 27 *Ego negatum*. 29 *Marsa dissilire nenia*. Vid. supra od. 5. 76. 30 *o mare o terra* V. I. Vr. I. K. Vp. A. D. E., Acron ms Vat. et apud Bentl.; et impressus; quod explicat ex illo Terentiano in Adelph. V. 3. 4.: *O caelum, o terra, o maria Neptuni*. Et recte, ut notat Bentleius; nam longe vehementius quid sonat *o* repetitum.

Quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore; nec Sicana fervida
Furens in Aetna flamma. Tu, donec cinis
Iniuriosis aridus ventis ferar,

Vetus poeta apud Cic. de Orat. III. 26.: *O pater, o patria, o Priami domus!* Virg. II. Ae. 241.: *O patria, o Divûm domus Ilium!* Plin. I. epist. 9.: *O mare, o littus, verum, secretumque μουσεῖον.* Ita habent edd. Basill. 1555. 1580., item Bentl. Cun. San. Val. Wakef. Vid. I. sat. 2. 92. Al *et terra.* 32 *fervidum* Cun.; male: est flamma fervida. 33 *Furens* Vr. B. Vp. C., alii mss. apud Pulm. Torr. Bentl. Burm. in Anth. Lat. I. p. 136.; probat multis Bentleius, quem sequuntur Cun. San. Val. Wakef.; ut qui de lectionis veritate adhuc dubitare velit, plane caecutiat. A Lucretio est II. 593: *Eximiis vero furit ignibus impetus Aetnae.* Inde alii. Severus in Aetna, 274.: *Aetnaei montis fremitus, animumque furentis.* Lucan. X. 447.: *Nec secus in Siculis fureret tua flamma cavernis; Obstrueret summam si quis tibi. Mulciber, Aetnam.* Seneca Herc. fur. 106.: *Acrior mentem excoquat, Quam qui caminis ignis Aetnaeis furit.* Hippol. 190: *Opifex trisulci fulminis sensit Deus; Et qui furentes semper Aetnaeis iugis Versat caminos.* Herc. Oet. 285.: *Quis ignis tantus in Caelum furit Ardentis Aetnae?* Claudian. de Raptu Proserp. I. 172. Et communiter etiam ignis *furere* dicitur apud omnes: Virg. III. G. 100. II. Ae. 759. seq. IV. 670. V. 662. Sen. Med. 885. Herc. Oet. 1958. Quin etiam passim vis flammae, et furoris unitur apud oratores, quum de re aliqua vehementissima sermo est, Cicero V. in Verr. 62.: *Ipse inflammatus scelere, et furore, in Forum venit.* De Leg. III. 11.: *Si nos multitudinis vis furentis inflammata invidia pepulisset.* 9.: *Sed ille quas strages edidit? Eas videlicet, quas sine ratione, ac sine ulla spe bona furor edere potuit impurae belluae, multorum inflammatus furoribus.* Denique de vi huiusmodi venenorum magicorum Apul. X. Met. p. 230. ed. Pric.: *Interdum perniciem caecam, totis visceribus furentem, medullae penitus attraxerant.* Fere omnes alii mss. nostri, et aliorum, habent *urens* [ut Bodon.], aut *vibrans*, *virens*, *vivens*; et ita editiones

Cales venenis officina Colchicis.
Quae finis? aut quod me manet stipendium?
Effare: iussas cum fide poenas luam;
Paratus expiare, seu poposceris
Centum iuvencos, sive mendaci lyra
Voles sonari: tu pudica, tu proba
Perambulabis astra sidus aureum.
Infamis Helenae Castor offensus vice,
Fraterque magni Castoris, victi prece,
Adempta vati reddidere lumina:
Et tu, potes nam, solve me dementia.
O nec paternis obsoleta sordibus;
Nec in sepulcris pauperum prudens anus
Novendiales dissipare pulveres!
Tibi hospitale pectus, et purae manus;
Tuusque venter partumeius; et tuo

differunt. 33-35 *Tua, donec-calet* Bentl. argutiis. 36 *Qui finis* Vr. C. a 2. m. F., unus ms. apud Valart. *Ecquod* Cun.
39 *iuvencis* Bentl. Cun. San.: male. Vid. I. od. 4. 12.
40 *sonare.* 42 *vicem* Vr. E. a 1. m.; et ita proposuit Dacerius ex aliquo ms.; ex alio amplexus est Bentleius, et probare adnisus est aliis scriptorum locis ab hoc prorsus extraneis. Longe diverso sensu ab Horatiano quis diceret *offensus vicem;* quod esset *incidere in vicem;* pro *offensus vice*, quod est *indignatus vice;* ut *ingenio offensi*, II. sat. 1. 67 : *offensus damnis*, I. epist. 7. 88. Bentleium sequuntur Cun. San. Wakef. 48 *Novendiales dissipare pulveres!* Huc pertinet illud Virg. V. Ae. 64.: *Praeterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem;* ubi Servius, Horatii versum referens, notat: *Apud maiores ubicumque aliquis extinctus fuisset, ad domum suam referebatur, ibique septem erat diebus; octava die incendebatur, nona sepeliebatur.* Facit etiam huc Apuleius IX Met. p. 199.: *Iamque nono die rite completis apud tumulum sollemnibus.* 50 *partumeius* V. A. I. L. Vr. C. a 2.

Cruore rubros obstetrix pannos lavit,
Utcumque fortis exsilis puerpera.

m. G. K. Vp. A. C. D. F. Ch. D. Va. A. D., alii mss. apud Lamb. Talb. Combe, Porphyrio unus ms. Vo. Strenue lectionem tuentur Turneb. Advers. XXX. 2. Lamb. Dacer. Talbot, Torrent. Desprez, alii plurimi Illam impugnat fuse, et *Pactumeius* defendere conatur Bentleius, quem ex recentioribus sequuntur Cun. Sanad. Baxt. Gesn. Oberl. Combe, Wakef.; et ante Bentleium ita legunt editiones seculi XV, et inde aliae innumerae [etiam Bod.]. Verum non ex celebritate nominum, neque codicum numero lis definienda est; sed ex Horatii mente bene perspecta. Ex tot adductis mss. liquet, quo fundamento asserat Baxterus, ex Aldi conjectura Lambinum reposuisse *partumeius*, contra omnium librorum fidem. Bentleius ingenio abutitur, et verbis, ut suam sententiam probet; asserens principio, nullam foediorem sordem usquam inquinasse Horatium, quam spurcum illud *partumeius*; eique praeferendum putat aliud; quia *Pactumeius*, nomen verum, pluries occurrit in inscriptionibus antiquis apud Gruterum, in Pandectis, et aliis scriptoribus. *Venter* autem, sive *uterus*, illi placet, pro infante, qui in ventre est; quod item probat ex Pandectis, Tacito, et Quinctiliano. Sed bene iam respondetur in editione Dacerii quinta anni 1733., ridiculum esse, gravidam supponere Canidiam; et obstetricem eius pannos lavere: neque ideo, quod Pactumeius nomen est alibi, obtrudendum illud Horatio, nullo alio argumento. Nemo certe ex placito Jurisconsultorum, aliorumque scriptorum, ventrem, et uterum hoc sensu appellabit filium iam natum; et proprio nomine alterius familiae filium adhuc in ventre *Partumeium* vere, sed ironice, dictum ab Horatio, facile intelligemus, si meminerimus, hìc ipsum fingere palinodiam; et conferamus ex ode 5. supra, v. 5. 6: *Per liberos te, si vocata partubus Lucina veris adfuit;* quibus verbis tacite negabat, Canidiam umquam peperisse. Nunc in palinodia ironice affirmat, non solum ipsam vere peperisse liberos; sed Lucinam, quae laborantes utero puellas audit, III. od. 22. 2., Callim. Hymn. ad Dianam, v. 25. Ovid II. Fast. 451., adeo illi propitiam fuisse, ut sine ulla difficultate, aut dolore liberos

CANIDIAE RESPONSIO.

Quid obseratis auribus fundis preces?
Non saxa nudis surdiora navitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.
Inultus ut tu riseris Cotyttia
Vulgata, sacrum liberi Cupidinis?
Et, Exquilini Pontifex venefici,
Impune ut Urbem nomine impleris meo?

emiserit, ut urina emittitur: ficto ideo vocabulo *partumeius*, hoc sensu, ut non editi, sed partum meiere videretur: quod confirmat Poeta in sequentibus; addens, eam statim a lecto exsilire puerperam valentem, et firmam; ut alias fortis, ac sana ante conceptionem. Huiusmodi vocabula ad opportunitatem ficta passim habentur, praesertim in Comicis, Plauto, aliisque: et *submeius*, ac *submeiulus*, sensu in lecto mingendi, iam adduxerunt ex glossis Isidori, et Marcello Empirico c. 26., Dac. et alii. Vid. I. sat. 5. 100.

56 *Cotyttia* pro *Cocytia*, primus docuit Ang. Politianus Miscell. cap. 10., relato ad hunc locum in edit. Henricopetrina Basil 1580., ex vetustissimo libro Georgii Antonii Vespucci Florentini. *Cotytia* pariter in Vp. B. C. Cr. A. a 2. m. Va. A. C. D. An A., et Comment. Cruq. *Cotytia* a Dea Venera, turpitudinum praeside, quae Thracibus Κοτύς, *Cotys*; *Cotyttо* etiam dicta Iuven. II. 92. Synes. Epist. 32. et 44 p. 178. 184.: unde τὰ Κοτύττια, *sacra Cotyttia*, apud Strab. X p. 470. ed. Paris 1626., et apud Theocrit Idyll. VI. 40 ἃ γραῖα Κοτυττάρις, *anus Cotyttaris*; ex quibus, ut et ob quantitatem, etiam in nostro legendum *Cotyttia*. Primus dedit *Cotytia* Aldus 1501., hinc Iunta 1503., atque inde Basil 1527. 1531., et fere omnes. Fallitur ergo Talbot, qui asserit, ante Lambinum in excusis, ut et in libris omnibus mss., legi *Cocytia*. De Dea illa plura dabit Politianus, Dan. Heins Lect. Theocr. c. 11., Cruquius, Dacerius, Burmann. Anth Lat. I. pag 433. 57 *sacra* Ch. C D. Va. A. D., alii mss apud Talb. Val. 58 *Exquilini*. Vid. supra od. 5. 100. [Bod.: *Esq.*]

Quid proderit ditasse Pelignas anus,
Velociusve miscuisse toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata misero vita ducenda est, in hoc,
Novis ut usque suppetas laboribus.

60 *proderat* Vr. D., et sic Bentleius ex aliis mss., Baxterus, Oberlin. Combe, Wakef. [Bod.] 60 *superasse* Sanad. ex ingenio audaci. 62 *Sed tardiora* V. B. D. Va. C. a 1 m., alii mss. apud Pulm Torr. Talb. Bentl., edit. Mediol. 1477. Venn. 1479. 1483. 1490. Flor. 1482. Badius Ascens. Bentleius revocavit in textum; inde Cun. Baxt. San. Oberl. Combe, Wakef; contra sensum Auctoris, quem supponunt Bentleius, Gesnerus, aliique cum Porphyrione, optasse citius mori; quam adeo excruciari; contra id, quod ipse dixerat v. 6. 7. 45.; et ex comparatione Tantali, qui optat *quietem*, non mortem; et sic aliorum. Ait enim Canidia, non Horatius: Quid proderit mihi, ad quid, magno pretio conduxisse anus Pelignas, et cum illis propinasse toxicum omnibus aliis potentius, si tardiora fata votis meis manent te; si evaseris e maleficiis meis; si ego ipsa te dementia solvam, et ita impunitus evadas? Non morieris; sed ex meis maleficiis id potius obtinebo, ut, si vitam produxeris, eam ingratam ducas, et novis semper cruciatibus afflictam. Toxicum non efficacius dixit; sed *velocius*, scilicet ad interimendum; ut de Nerone Suet. c. 32.: *Coejitque se coram in cubiculo quam posset velocissimum, ac praesentaneum coquere.* 64 *laboribus* V. F. Vr. A. D. Vp. D. Ch. B. a 2. m., alii mss. apud Lamb. Bentl., et ita Bad. Ascens. Loch. Bentl. Cun. Val. Recte prae vulgatiori *doloribus*, [sic Bod.] quod ex glossemate irrepsit in textum; ut in aliquibus mss. Lambini, et nostris Ch. B. Va. D., *cruciatibus*. Quemadmodum Herculis *labores* dicuntur I. od. 3. 36.; et *aerumnae*, de quibus plura dabunt adnotatores ad Hygin. Fab. 30. ed. Lugd. Bat. 1742. tom. 1. p. 81.; uti Prometlei, et Tantali *labores* II. od. 13. 38; ita hic *labores* dicuntur cruciatus exantlati ab Horatio ex incantamentis, et veneficiis Canidiae. Dixerat enim v. 24., *Nullum ab labore me reclinat otium;* cui Canidia respondet: immo *novis laboribus* cruciaberis. *La-*

Optat quietem Pelopis infidus pater, 65

bores, et *aerumnas* proprio vocabulo in incantamentis usurpari, liquet etiam ex Apul. Met. p. 251. XI. princ. p. 239.: *Tu meis iam nunc extremis aerumnis subsiste; tu fortunam collapsam affirma: tu saevis exantlatis casibus pausam, pacemque tribue: sit satis laborum, sit satis periculorum.* Pag. 248.: *Multis, et variis exantlatis laboribus, magnisque Fortunae tempestatibus, et maximis actus procellis, ad portum quietis, et aram Misericordiae tandem, Luci, venisti.* Pag. 249.: *Et ecce pristinis aerumnis absolutus, Isidis magnae providentia gaudens, Lucius de sua fortuna triumphat.* Hoc optabat, et orabat Horatius Canidiam. *Labores*, et *dolores* passim confundi, et permutari in mss., notant Critici; sed quid differant inter se, nos docuit Cic. II. Tusc. 15.: *Interest aliquid inter laborem et dolorem: sunt finitima omnino; sed tamen differt aliquid. Labor est functio quaedam vel animi, vel corporis, gravioris operis, et muneris: dolor autem motus asper in corpore, alienus a sensibus.* 65 *infidus* V. B. E. Vr. B. E. Vp. A D E F. Ch. B. a 2. m. C. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Bentl. Val. Combe, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. Aldi 1501. Iuntae 1503. Chapuis Paris. 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. Lamb. Gryph. 1566. Mur. Chabot, Torr. D. Heins. Bond, Desprez, Talb. Dac. Baxt. Gesn. Combe. *Infidi* ceteri mss. nostri, alii apud Cruq. Pulm. Bentl., qui retulit in textum, et ab eo Cun. San. Val. Wakef. Torrentius asserit, ita habere multo plures, ac meliores libros; haud dubie rectius; quo inclinat pariter Talbot: latius vagatur Bentleius, dicens, utrumque quidem *infidum*, patrem et filium; sed hìc potius filio donandum epitheton; quia pater suum habet versu sequente. At *infidi* significatio aliter suadet: eum designat, qui arcana sibi credita revelat, I. od. 18. 16. III. od. 2. 25. seq.; cuius criminis reus fuit Tantalus. Hygin. Fab. 72.: *Iupiter Tantalo concredere sua consilia solitus erat, et ad epulum Deorum admittere; quae Tantalus ad homines renunciavit. Proditor* vocatur Tantalus ab Ovidio III. Amor. 12.; *arcano de pectore fallax* a Statio I. Theb. 246.; garrulus, et loquax

Egens benignae Tantalus semper dapis;
Optat Prometheus obligatus aliti;
Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum: sed vetant leges Iovis.
Voles modo altis desilire turribus,
Modo ense pectus Norico recludere,
Frustraque vincla gutturi nectes tuo;
Fastidiosa tristis aegrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques,
Meaeque terra cedet insolentiae.
An, quae movere cereas imagines,
Ut ipse nosti curiosus, et polo
Deripere lunam vocibus possim meis;
Possim crematos excitare mortuos,

a Luciano de Sacrif. n. 9. et de Saltat. n. 54; et Euripides Orest. 10. eum linguam effrenem habuisse dicit: Ἀκέλαστον ἔσχε γλῶσσαν. Contra Pelops *periurus* dicitur a Catullo de Nuptiis Pelei, LXIII. 346, alia significatione. 66-68 *Tantalus - Prometheus - Sisyphus.* Horum imagines habentur in antiquis monumentis marmoreis: Tantali, Sisyphi, atque Ixionis, in sarcophago Musei Vaticani, apud Sante Bartoli Admir. antiq. Rom. n. 60. Begerum, Winkelm. Mon. ant. ined. n. 123. Visconti Museo Pio clem. t. V. 19.; Promethei in alio Musei Capit., apud Sante Bartoli n. 66., Gronov. Thes. Antiq. Graec. t. I. tab. 1. Montfauc. t. 1 par. 1. p. 24. par. 2. tab. 131. p. 214 Foggin. Mus. Capit. t. IV. tab. 25.

72 *nectes* V. A. C. I. Vr. C. E. H. Vp. A. B. D. Vo. A. Ch. D. An. A. Va. A. C. Ba. A., alii mss. apud Cruq. Lamb. Pulm. Talbot, Val. Bentl., qui probat, et sequuntur Baxt. Gesn. Oberlin. Combe, Wakef. Al [in his Bodon.] *innectes.*

78 79 *possim - Possim* mss. nostri omnes, praeter V. A. *possem*, a 2. m. *possim*, *Possim.* V. H. *possim*, *Possum.* Vr. G. *possum*, *Possim.* Vr. H. *possim*, *Possum.* Va. B. *possem*, *Possem*, a 2. m. *possim*, *Possim.* Ita editiones seculi XV., et alii editores fere omnes. *Possum - Possum*

Desiderique temperare poculum; 80
Plorem artis, in te nil agentis, exitum?

Aldus 1501. Iunta 1503. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph Mur. Chabot, Desprez, Bond, Dac., [Bodon.], aliique pauci; minus poetice, et eleganter. 80 *pocula* Ch. B. Va. A. D, alii mss. apud Bentleium, qui admisit in textum, et cum eo Cun. San. Val. Wakef.; quod Canidia noverit plura philtrorum, et potionum genera; et hìc de arte, et potentia sua glorietur; et ut sic vitetur odiosum homoeoteleuton. Videat potius hìc Canidiam gloriari, quod ut prae aliis stellis Caelo devocare potest Lunam, quae *siderum regina* in carm. secul. 35; ita et exquisitius, et aptius poculum amoris praeparare. Confer v. 5. 60., et supra od. 5. 38.

81 *agentis* V. A. B. a 2. m. F. H. I. K. L. Vr. A. B. C. D. F. H. I. K. L. Vp. B. D. E. Ch. A. B. C. D. Va. A. C. D. Ba. A. An. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Talb. Val Combe; atque ita Talbot, Bentl., alii *Habentis* V. D. Vr. E. G. Vp. C. F. Cr. A. Va. B, editiones seculi XV., et inde aliae plurimae. Lectionem fuse propugnat Lambinus in secunda editione, recedens a prima lectione, et legens, *nullum habentis exitum;* uti etiam habetur in mss. apud Valart. Refutat illum Torr. et Talbot, satis, superque. Alii aliter torquent; legentes, ut idem Torr. et Cun., cum aliquibus mss. apud ipsum Lambinum, Valart, aliosque, *nil habentis exitus:* alii, *nil valentis exitum;* ut cum Mureto, et mss. duobus Cruquii, San. Val. Ex recentioribus Dac. Cun. Baxt. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. retinent *nil habentis exitum; nil* pro *non* explicantes; et *plorem artis*, cum Lambino, causa *artis*, Graeco more. Baxterus *exitum* participium esse existimat. Omnia merae argutiae in re plana, ac simplici. Phaedr. III. 17. 13.: *Nil agere, quod non prosit, fabella admonet.*

Q. HORATII FLACCI
CARMEN SECULARE
AD APOLLINEM ET DIANAM.

Pro Imperii Romani incolumitate.

Phoebe, silvarumque potens Diana,
Lucidum Caeli decus, o colendi
Semper, et culti, date quae precamur
Tempore sacro;
Quo Sibyllini monuere versus,
Virgines lectas, puerosque castos,
Dis, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, et celas; aliusque, et idem
Nasceris; possis nihil urbe Roma
Visere maius!
Rite maturos aperire partus
Lenis, lithyia, tuere matres;
Sive tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis.

4 *Tempore prisco.* 5 *Quod.* 16 *Seu genitalis.* Bentleius operosa argumentatione contendit, legendum *Genetyllis*, tamquam Dianae cognomen, a γενέσει ei inditum, quia partubus praesidebat. Alios quidem ex veteribus scriptoribus

Diva, producas subolem; Patrumque
Prosperes decreta super iugandis
Feminis; prolisque novae feraci
Lege marita:
Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus referatque ludos,
Ter die claro, totiesque grata
Nocte frequentes.
Vosque, veraces cecinisse, Parcae,

fatetur id ad Venerem retulisse; Horatium vero ad Dianam. Sed vir doctus non advertit, Horatium cognomina Romana opposuisse Graeco *Ilithyia;* et Venus, quam Graece *Genetyllidem* dictam probat, Romanis dicebatur *genitalis*. Auctor fragmenti, post Censorinum pag 209. Lugd. Batav. 1642. cap. 3. pag. 213.: *Stella Veneris, genitalis, et roscida, et prospera, et salutaris.* Cui consonat Lucret. II. 437. *Aut iuvat egrediens genitaleis per Veneris res.* Alii aliter refutant Bentleium, Baxterus, Gesnerus, Klotz, praeter Sanadonum, qui lectionem, amore novitatis, arripuit statim, et admisit in textum; et Burmannum, qui emendationem laudat ad Propert. III. el. 8. 11. De verbo *genitalis* alia dabunt Lambinus ad Lucret. I. 7. Nic. Heins. ad Ovid. Amor. II. 13. 7. Burmann. ad eumdem Art. I. 125. Quum Horatius *Dianam* Latine, *Lucinam*, et *Genitalem* appellat; non probo, ut cum Torrentio interpunctio fiat post sequens *Diva*, ut sit *Diva genitalis.* 17 *subolem.* Vid. III. od. 13. 8. 21 *ut denos* aliqui et mss. et editiones veteres. Sed *undenos* cum ceteris habet Censorinus c. 17., et commentario illustrat. 25 *Vosque, veraces cecinisse, Parcae.* Qualia, quantaque ad hos 4. versus effutiant Interpretes, tamquam in obscurissimo, et desperatissimo loco, videat lector apud illos. Hic de celeberrimo illo oraculo sermo est, quod Iupiter promisit Veneris proli Imperium sine fine. De eo iam ab Homero ipso Iliad XX. 308., passim scriptores, praesertim Dionysius Ant. Rom. lib. 1. c. 53. eumdem Homerum laudans. Pluries Virgil. I. Ae. 19. seqq.: *Progeniem*

Quod semel dictum, stabilisque rerum

sed enim Troiano a sanguine duci Audierat, Tyrias olim quae verteret arces. Hinc Populum late regem, belloque superbum, Venturum excidio Libyae: sic volvere Parcas. 229. seqq.: *Alloquitur Venus: O qui res hominumque, Deûmque Aeternis regis imperiis, et fulmine terres: Quid meus Aeneas in te committere tantum, Quid Troës potuere, quibus tot funera passis, Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis? Certe hinc Romanos olim, volventibus annis, Hinc fore ductores, revocato a sanguine Teucri, Qui mare, qui terras omni ditione tenerent, Pollicitus.* 201. seqq.: *Per varios casus, per tot discrimina rerum, Tendimus in Latium: sedes ubi Fata quietas Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiae.* IV. 225. seqq.: *Fatisque datas non respicit urbes... Non illum nobis genetrix pulcherrima talem Promisit, Graiumque ideo bis vindicat armis: Sed fore, qui gravidam imperiis, belloque frementem Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri Proderet, ac totum sub leges conderet orbem.* VII. 120. seqq.: *Continuo, salve Fatis mihi debita tellus; Vosque, ait, o fidi Troiae salvete Penates. Hìc domus, haec patria est: genitor mihi talia, (namque Nunc repeto) Anchises, Fatorum arcana reliquit.* Ovid. I. Fast. 517.: *Montibus his olim totus promittitur orbis: Quis tantum Fatì credat habere locum?* Sulpicia Satyr. v. 33. seqq.: *Stabat in his; neque enim poterat constare sine ipsis; Aut frustra uxori, mendaxque Diespiter olim, Imperium sine fine dedi, dixisse probatur.* Tryphiod. Ilii excid. 683. seqq.: *Ceterum Aeneam, et Anchisen sustulit clam Venus, Miserata senem* Anchisen, *et filium* Aeneam: *procul vero a patria Italiam habitare fecit, ac Deorum sic perficiebatur decretum, Iove id approbante; ut Imperium aeternum esset filiis, et nepotibus Martiae Veneris.* Erinna Lesbia, de qua mox. Vid. III. od. 3. In hoc fuere *veraces* Parcae, in canenda Romani Imperii origine, diuturnitate, stabilitate: ideo erant invocandae, et laudandae, etiam ex Sibyllae praescripto. 25 *dictum, stabilisque* V. E. Vr. E. I. K. L. Vp. E. F. *Est* etiam omittunt Bentl. et San. Puto ex glossemate irrepsisse in textum. Sine eo mollius fluit in carmine, quod canitur:

Terminus servat, bona iam peractis
lungite fata.

26-27 *stabilisque rerum Terminus servat.* Et *servat*, et *servet* promiscue habent mss., et editores, qui locum, eiusque intelligentiam mire confundunt, ut nihil videant. Bentleius, audacior omnibus, emendat ex ingenio, et legit: *Quod semel dictum stabilis per aevum Terminus servet.* Ex praecedenti adnotatione nullo negotio intelligitur etiam huius membri sensus: nempe stabilitas Romani Imperii, et amplitudo, quae iam ab ante; sed magis sub Augusto ad apicem inconcussum pervenisse videbatur. Polybius in Excerpt. Peiresc. p. 153.: *Everso Macedonum regno Imperium orbis terrarum penes Populum Romanum sine controversia stare videbatur.* Paulo ante Augustum, Sallust. Cat. c. 37.: *Ea tempestate mihi Imperium Populi Romani multo maxume miserabile visum est: cui cum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent...* De Augusto et ipso Vitruv. lib. 1. praef.: *Quum divina tua mens, et numen, Imperator Caesar, Imperio potiretur orbis terrarum; invictaque virtute, cunctis hostibus stratis, triumpho, victoriaque tua cives gloriarentur, et gentes omnes subactae tuum spectarent nutum; Populusque Romanus, et Senatus liberatus timore, amplissimis tuis cogitationibus, consiliisque gubernaretur.* Ovid. I. Fast. 77. seq.: *Iupiter, arce sua totum quum spectet in orbem; Nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.* II. Trist. el. 1. 232. seq. ad Augustum: *Denique, ut in tanto, quantum non exstitit unquam, Corpore, pars nulla est, quae labet, Imperii.* Eutropius Hist. Rom. VII. 9. de eodem Augusto: *Nullo tempore res Romana magis floruit.* Eucherius Lugdunensis Episcopus de Contemptu mundi ad Valerianum Epist. paraen. p. 29. Antuerp. 1621.: *Magnum ex hoc divinae pietatis argumentum est; quod sub Caesare Octavio, quum ubique Romana possessio verticem tenuit, tunc se Deus terris dedit.* Generaliter Plutarchus de Fort. Roman. t. 2. p. 317.: *Fortuna Persis, et Assyriis desertis, cum leviter pervolasset Macedoniam, celeriterque abiecisset Alexandrum, Aegyptumque, deinde Syriam peragrando regna*

Fertilis frugum, pecorisque tellus
Spicea donet Cererem corona:

distulisset, et saepe conversa Carthaginienses tulisset; postquam transmisso Tiberi ad Palatium appropinquavit, alas deposuit, talaria exuit; ac infideli, et versatili illo globo misso facto, ita Romam intravit, ut mansura. Sed adhuc latius, et virili, ac pleno spiritus carmine, Erinna Lesbia poetria, aevi Pompeii, aut circiter, iuxta Lipsium, audienda est, ex Stobaeo Serm. 48. pag. 166., et Lips. de Magnit. Rom. cap. 2.; quod integrum Latine huc afferre operae pretium erit; quamquam illud, ex aequivocatione nominis Graeci, iam S. Hieronymo contra Iovin. lib. 2. in fine, notata, in laudem *Fortitudinis* scriptum putet Grotius in metaphrasi sua p. 48., et Fabric. Bibl. Graeca, t. 1. lib. 2. c. 15.; non in laudem urbis *Romae*, ut Gesnerus Stobaei interpres, Henr. Stephanus in Lyricis p. 403. Lipsius l. c., aliique.

Filia o Martis, mihi, Roma, salve,
Aureo Regina decora cultu;
Quae vel in terra stabiles Olympi
Incolis arces.
Nam dedit soli tibi cana Parca
Regium sceptrum minime atterendum;
Ut potens rerum domineris una,
Imperitesque.
At tuum currum, retinente freno,
Colla telluris, tumidique ponti
Illigas; et tu populos gubernas
Firma per aevum.
Ipsa, quae gaudet variare cuncta,
Resque transformare hominum, Vetustas,
Spirat haec uni tibi semper auram a
Puppe secunda.
Denique, in cunctis populis valentem
Procreas bellis suboleм; utque laeta
Surgit e terra seges, ipsa abundas
Fruge virorum.

Nutriant fetus et aquae salubres;
Et Iovis aurae.
Condito mitis, placidusque telo,
Supplices audi pueros, Apollo:
Siderum regina bicornis, audi,
Luna, puellas.
Roma si vestrum est opus; Iliaeque
Littus Etruscum tenuere turmae;

Vere ergo dixit Poeta, et verum cecinisse Parcas; et, iam bonis fatis peractis, stabile tunc fuisse Romanum Imperium; et *quasi terminus quidam positus felicitati*, ut Eumen. Paneg. Constant. Aug. c. 12.; ut etiam *immota* Sibyllarum carmina, apud Zosimum lib. 2. cap. 5. 6. Phlegontem Tralllianum c. 4., quae diuturnitatem eiusdem Imperii praedixerant, dum ludi seculares agerentur. Claudian. de bello Gild. 28. seqq.: *Si mea mansuris meruerunt moenia nasci; Iupiter, auguriis si stant immota Sibyllae Carmina, Tarpeias si necdum respuis Arces.* Vid. II. ep. 1. 254.

31. 32 *et aquae, salubres et Iovis aurae.* Ita subdistinguit Baxterus; quod *salubres* ad *aurae* magis pertineat, quasi diceret *aquae Iovis, et salubres aurae Iovis;* nam et siccitatem, et pestilentem aerem deprecatur. Eum sequuntur Gesnerus, Oberlin. Combe, alii: indocte. *Salubres aquae* sunt tempestivi imbres; non nimii, qui deducant Iovem, supra od. 3. 2.; aut alio modo noxii, Lucret. V. 217. 342 VI. 289. Columella X. 329. seq.: ideo aquae cum addito sunt enunciandae. Secus *aurae*, motus aeris lenis, I. od. 23. 4. III. od. 4. 8., cum Virg. II. Ae. 728.: *Omnes terrent aurae.* Catull. LXI. 41.: *Mulcent aurae, firmat sol, educat imber.* Plin. V. epist. 6.: *Semper aer spiritu aliquo movetur; frequentius tamen auras, quam ventos habet;* quae ideo magis per se lenes, atque salubres intelliguntur, quum sint *Iovis* benefici. De eo Claud. Mamertin. Paneg. Maxim. c. 3.: *Neque enim tunc tantummodo commovetur, cum tonitrua incutit, et fulmina iacit; sed etiamsi tumultuantia elementorum officia pacavit; nihilominus tamen et*

Iussa pars mutare Lares, et urbem
Sospite cursu:
Cui per ardentem sine fraude Troiam
Castus Aeneas, patriae superstes,
Liberum munivit iter, daturus
Plura relictis;
Dî, probos mores docili iuventae;
Dî, senectuti placidae quietem;

ipsas, quae tacite labuntur, auras placido sinu fundit. Hinc Iupiter *moderator aurarum* dicitur Eumen. Paneg. Constant. Aug. c. 13.: *Hoc nobis est ista largitio, quod terra mater frugum, quod Iupiter moderator aurarum.* Et sunt apud Caton. Dirae, v. 22.: *Hinc aurae dulces, hinc suavis spiritus agri.* 39 * *Et urbes* V. F. Vr. D. F.

45-46 *docilis-senectutis* partim ex coniectura, partim ex mss. (et ex nostris *senectutis* V. B. Vr. K. Vp. C. F. Ch. A. a 2. m. Va. A. a 1. m.) legit Bentl.; amore novitatis potius, quam veris rationibus ductus, ut sensum Auctoris subvertat, etsi perspicuum. Putat enim *iuvenes*, et *senes* esse Romulam gentem; adeoque vitiosa repetitione. Non vidit, Poetam post iuvenes, et senes, universam Romanam gentem, Populum cunctum, eiusque res, subolem, et decus Numinibus commendare. Similis locus apud Ovidium I. Fast 41. seq.: *Tertius a senibus, iuvenum de nomine quartus: Quae sequitur numero turba notata fuit.* Insuper addit ex coniectura, et ex mss. uno, (ut habet etiam ex nostris Vr. G. Vp. C. a 2. m.) posse legi *senectuti placidam quietem.* Sed coniecturam reiicit. Attamen novitatem receperunt in textum Cun. et Wakef., nulla addita ratione. Quis temperet a flagris? Epitheton *senectuti* appositum consonat praecedenti *docili iuventae*, et sequenti *Romulae genti;* et hallucinati sunt hi locis auctorum ab ipso Bentleio adductis, in quibus *quies* dicitur *placida;* alio plane sensu; quum hic senectutis proprium sit epitheton *placida;* ut apud Cicer. de Senect. c. 5.: *Est etiam quiete, et pure, et eleganter actae aetatis placida, ac lenis senectus.* Sen. de Vita beata,

Romulae genti date remque, prolemque,
Et decus omne.
Quique vos bobus veneratur albis,
Clarus Anchisae, Venerisque sanguis, 50
Imperet bellante prior; iacentem
Lenis in hostem,

c. 21.: *Et in multa senectute placidus vivet.* Et apud Quinctil. Inst. Orat. XI. 3.: *Senes austeri, ac mites.* Quietem precatur Horatius senectuti, quae iam per se placida, ac mitis est.

49 *Quique* V. E. Vr. I. K. Vp. D. F. Ch. B. Va. A., alii mss. apud Val., Acron, edd. Venn. 1492. 1509. Aldus 1501. Mediol. 1502. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536., et inde fere omnes, Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur. Torr. Chabot, Bond, Desprez, Talb. Dac. Maitt. Sandby, Batteux, alii. *Quaeque* alii mss. nostri, et aliorum, aliae editiones seculi XV., Torrentius, et Talbot in notis; Comment. Cruq. et Cruq., et inter recentiores Bentleius, qui cum praecedentibus sensum mire contorquet, Cun. Baxt. Gesn. Val. Oberlin. Combe, Wakef. Ni cavillari inepte velimus, clarus sanguis, qui veneratur, est Augustus; ut apertius patet ex sequentibus. 49 *bubus.* 50 *Clarus Anchisae, Venerisque sanguis.* Huc respexisse videtur poeta auctor inscriptionis II. Regillae, apud Visconti Inscriz. Greche Triopee, p. 32.: Αγχίσεω κλυτὸν αἷμα, καὶ Ιδαίης Αφροδίτης *Anchisae inclytus sanguis, et Idaeae Veneris.* 51 *Imperet* Vr. B. C. F. G. K. Vp. D. Ch. A. a 1. m. B. Va. C. Cr. A., alii mss. apud Combe, ed. Princ. et aliae seculi XV. Aldi 1501. Iuntae 1503. Basill. 1527. 1531.; inde aliae innumerae. *Impetret* alii mss. nostri, et aliorum; et editores, ex illis, qui legunt *quaeque*, Bentl. Baxt. Cun. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. 51 *bellante prior; iacentem Lenis in hostem. Prior* est superior, vincens, debellans eum, qui audet resistere. Vid. II. sat. 5. 30. II. epist 2. 204. *Lenis*, moderatus in victoria, parcens victis. Ovid. V. Trist. 2. 36.: *Saepe suo victor lenis in hoste fuit.* Propert. III. el. 17. v. ult.: *Victor erat quamvis, aequus in hoste fuit.* Haec laus prae-

Iam mari, terraque manus potentes
Medus, Albanasque timet secures:
Iam Scythae responsa petunt, superbi
Nuper, et Indi.
Iam Fides, et Pax, et Honos, Pudorque
Priscus, et neglecta redire Virtus

cipua Augusti: hoc in primis ipse gloriabatur semper, et in oratione apud Dion. LIII. n. 7. pag. 700.: *Bella civilia maxima, ac multiplicia, eademque continua, et confecimus prospere, et victoriam summa humanitate temperavimus; omnibus se opponentibus tamquam hostibus superatis; omnibus cedentibus, tamquam amicis conservatis.* Id probe sciebat Horatius: ea propter Deos rogat, ut Augustus excelsis hisce magnanimitatis dotibus imperet, ut antea, etiam in posterum. Ad Augustum pariter respexit Virg. VI. Ae. 852.: *Romane memento Parcere subiectis, et debellare superbos.* Plane, atque insigniter desipit Sanadonus in hoc loco noviter exponendo. 53 *manum potentem* coniicit Bentleius, ut ad Augustum referatur. Anne rectius Poeta laudat pariter exercitus terrestres, et maritimos, qui adeo Augusti ipsius gloriae contribuerant? Vid. III. od. 6. 9.

55 *Scythae-Indi.* De eorum legatione ad Augustum anno V. C. 734. Suet. in Aug. c. 21.: *Quae virtutis, moderationisque fama Indos etiam, et Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam Populique Romani ultro per Legatos petendam.* Dio LIV. n. 9. pag. 739. De Scythis vid. II. od. 9. 23. III. od. 8. 23. IV. od. 14. 42. od. 15. 24.; de Indis I. od. 12. 56. IV. od. 14. 42. Torrentius, et alii referunt *superbi* ad *Indos;* quia fortes, et simplices Scythae; imbelles, et arrogantes Indi. At *nuper* non animi dotem indicat, quae, utpote ingenita, permanens est; sed superbiam paulo ante conceptam ab Scythis ob res aliqua felicitate contra Romanos ab ipsis gestas, quum in fines Romanos incurrerent, et populari solerent; at per Lentulum Augustus eos repressit. Vid. II. od. 9. 23. Ovid. II. Trist. el. 1. 203. Flor. IV. 12. 57 *Honos* Vr. A. C. D. H. Vp B. C. F. Ch. A.. alii mss. apud Bentl.; atque ita bene Lambinus,

Audet; apparetque beata pleno
Copia cornu.
Augur, et fulgente decorus arcu,
Phoebus, acceptusque novem Camenis;
Qui salutari levat arte fessos
Corporis artus;
Si Palatinas videt aequus aras,

Dan. Heinsius, Tarteron, Bentl. Cun. Al. [Bod.] *Honor.* 65 *Palatinas-aras* V. E. H. I. Vr. B. a 2, m. E. H. Vp. B. E. Ch. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Lamb. Cruq. Torr. Bentl. Val.; ita Porphyrio ms. et impressus, edit Princ. Cruq. Baxter. Gesner. Oberlin. Combe. *Arces* alii mss. nostri, et aliorum, atque editores fere omnes, [in his Parmenses.] quos inter eminet Bentleius, qui contra *aras* pugnat; sed infeliciter. Lectio *arces* ei, nescit quomodo, magis arridet; cum quia poeticum magis, et figuratius videtur; tum quia praeter domum Augusti Palatinam, etiam ipsum Apollinis Templum sensu comprehendit. Quare hìc etiam Palatium Augusti contemplari velit, non video; quum iam pro ipso Augusto nominatim Poeta precatus sit; et subtilitate opus est, ut quis utramque arcem comprehensam coniiciat praeter necessitatem. Dacerius *arces* exponit de ipsoTemplo tantum; alii de sola Augusti domo. Male omnes. Palatium ipsum *arx* dicebatur. Plin. Paneg. c. 47.: *Magno quidem animo parens tuus, hanc ante vos Principes arcem, publicarum aedium nomine inscripserat.* Sed hìc abs re. *Arces* quidem passim apud poetas, et apud nostrum I. od. 2. 3., dicuntur Templa Deorum; sed quae in alto sita, ut late conspiciantur: quod de hoc Apollinis Templo dici nequit, in ipso Palatio incluso. Vid. Suet. in Aug. 29. Unde factum puto, ut *Aedes* ab Horatio vocetur I. sat. 10. 38. II. epist. 2. 94. Propert. IV. el. 6. 11. Iuven. VII. 40., aliisque. Ne te morer lector; recte *aras* dixit Poeta, quia die ludorum tertio ibi sacrificia fiebant. Zosimus II. 5.: *In Capitolio, Temploque Palatino XViri sedentes in suggestu lustralia populo distribuebant ... Posteaquam po-*

Remque Romanam, Latiumque; felix

pulus universus in locis iis, quae diximus, et in Templo Dianae, quod est in Aventino colle, convenit, rem sacram faciunt.... Die tertio in Apollinis Aede Palatini ter novem illustres pueri, cum totidem virginibus, omnes utrinque florentes, hoc est, qui ambos parentes adhuc superstites habent, hymnos, et paeanas Graeca, Romanaque lingua canunt, quibus subiectae Romanis urbes serventur. Ideo etiam Poeta his Apollinis aras Dianae in Aventino, et in Algido coniungit. *Apollinis aras* Praeneste laudat marmor ibi effossum, apud Ceccon. Stor. di Palestr. l. 3. c. 3. Foggin. Fasti Verr. Flacci, p. 51. Petrini Annal. p. 298. Simulacri Apollinis Palatini, quod Scopae opus celebre, in marmore, imaginem videas apud Visconti Mus. Pio clem. I. tab. 23.; et in nummis Augusti, Antonini Pii, et Commodi apud Morell. Thes. numism. Aug. tab. 11. n. 29. seqq. Vaill. Num. Imp. Roman. praest. t. 1. pag. 74. et 96. t. 2. p. 182. ed. Rom. 66 *Latiumque; felix.* Sic distinguas, ut *felix* spectet ad sequens *lustrum*, seu quinquennium; proprium epitheton, quod etiam contextus exigit; ne *alterum lustrum* sine addito sit; et *felix* respondeat v. 27., *bona fata peractis;* et *melius* augeat spem in tempus remotius. Eumen. Paneg. Constant. Aug. c. 13.: *Quinque annorum nobis reliqua remisisti. O lustrum omnibus lustris felicius!.. Praeclara fertur Catonis oratio de lustri sui felicitate; iam tunc enim in illa vetere Republica ad Censorum laudem pertinebat, si vindemia redundasset, si oliveta larga fluxissent.* Lucilius apud A. Gellium IV. 17.: *Scipiadae magno improbus obiiciebat Asellus, Lustrum illo Censore malum, infelixque fuisse. Felix* etiam consonat formulae illi notissimae, de qua Cicero I. de Divin. 45.: *Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, praefabantur.* Varro de L. L. V. 9. Ennius apud Non. Marcell. v. Fortunatim: *Res fortunatim, feliciter, ac bene vortat.* Bene, et apposite quoad Augustum, qui, teste Dione LIV. n. 12. p. 742., a. V. C. DCCXXXVI. in aliud quinquennium sibi principatum prorogavit; quum iam decennium esset in exitu; e-

Alterum in lustrum, meliusque semper
Prorogat aevum:
Quaeque Aventinum tenet, Algidumque,
Quindecim, Diana, preces virorum
Curat; et votis puerorum amicas
Applicat aures:

anno sequenti ludos seculares instituit. *Lustrum* ergo in sensu proprio quinquennii accipiendum est; ut probavit Ios. Castalio Var. lect. pag. 45. in Miscell. Italic. erud. tom. 1.; non pro *seculo*, ut contendunt Iuvencius, Baxterus, alii. *Latium* autem per se stare debet; ut apud laudatum Ennium Annal. I. in fragm. a Columna collectis, Neap. 1590. p. 35., et a Paulo Merula, Lugd. Bat. 1595. p. 1., quem Horatius imitatus est: *Qui rem Romanam, Latiumque augescere voltis.* 68 *Prorogat* V. C. Vr. D. An. A. edit. Princ. Ven. 1509. Al. *Proroget.* 71 *Curat* V. A. B. C. F. Vr. B. C. D. E. F. a 2. m. G. H. L. Vp. B. C. F. Vo. C. Ch. A. Cr. A., alii mss. apud Cruq. Bentl. Combe, Acron, et Porphyrio, edit. Princ. Iunta 1503. Cruq. Bentl. Cuning. Al. [Bod.] *Curet.*

72 *Applicat* V. B. C. D. E. F. Vr. A. B. C. D. E. F. a 2. m. G. Vp. B. C. D. F., alii mss. apud Cruq. Bentl. Combe, Acron, et Porphyrio, ed. Princ. Iunta 1503. Ven. 1509. Cruq. Bentl. Cun. Al. [Bod.] *Applicet.* 65-72. *Si-videt-Prorogat-Curat-Applicat.* Bentleius, qui ita legendum recte contendit, in exponendo Auctoris sensu longe abest a veritate; et omnes vulgo Interpretes veteres, ac recentiores. Acron, et Porphyrio optime subintelligebant repetitum *si:* Apollo, *si prorogat;* et Diana, quae tenet Aventinum, et Algidum, *si curat, si applicat.* Bentleius, qui id negat, non vidit, particulam eamdem subintelligendam pariter v. 37., *et si Iliae;* item III. od. 24. 36-40.; ut *iuvat* I. od. 1. 4-9. In re clarissima haeserunt Interpretes, ignoratione mythologiae quoad munera Deorum, et minorum officia erga maiores, et omnium principem Iovem. Singulorum, et eorum praesertim, qui in patronos Gentium, Imperii, aut singulorum hominum assumebantur, officium erat,

Haec Iovem sentire, Deosque cunctos,
Spem bonam, certamque domum reporto,

Clientum precibus aures propitias, benignas praestare; preces inde ad Iovem, Deorumque concilium deferre; non ut ipsi immediate exaudirent. Id patet vel ex ipso Horatio IV. od. 6. 21. seqq.; notum ex Homero, Virgilio, omnibusque aliis scriptoribus passim. Unum tantum afferam testimonium de ipsius Apollinis munere, apud Mart. Capellam lib. 1. p. 10. edit. Plantin. 1599.: *Sed tu Delie, quo Tonantis extet Compar propositum, volensque nutus, Instes; nam solitus ciere pectus, Et praeversa vigil movere sensa: Illum contribuas favere iussis, Et coeptis sacra fulserit voluntas. Haec dicente Mercurio, Quin potius, inquit Venus, uterque vestrum Iovem voce conciliet. Nam et hic cius consiliorum conscius, et tu praeceptionis arcanus. Ille mentem novit, tu-verba componis. Phoebo suevit instante concedere, tibi pectus* (ita lego pro *sectus*) *solitus aperire.* Et fusius adhuc pag. 12., ubi orationem Apollinis ad Iunonem refert; ac inter alia haec dicentem inducit: *Sed te parentis cura si stringit pia; Par est Deorum convoces coetum potens; Connubium ipsa sanciens cum coniuge; Quo prolis exstent lege supera nuptiae; Perpesque vinclum Caelitum signet decor.* Ex his concludimus, Horatium haec sibi velle. Chorus post orationem ad Apollinem, et Dianam, ad Populum inquit: Si Apollo, et Diana nostras preces benigne audiunt; si nostrum patrocinium ex animo, efficaciter assumunt; et Iovis, ac aliorum Deorum concilium adeuntes, pro nobis implorant; nullus est dubitandi locus, spem certam reporto domum, fore ut Iupiter, et cum eo Dii omnes in concilio, simul congregati, nos exaudiant. Quid simplicius, quid planius ad mythologiae leges? Facessant tandem tot Interpretum, praecipue Bentleii, et Sanadoni, aut subtilitates, aut somnia, aut inutilia verba, quibus maxime sublime omnium Horatii carmen futilibus emendationibus deturparunt; aut ineptis explicationibus in transversum egerunt. 75 *Phœbo* ms. unus apud Barth. Advers. XXXVIII. 18.. inde Cun. amore novitatis; quum Bentleius, qui utramque lectionem laudat,

Doctus, et Phoebi, chorus, et Dianae, 75
Dicere laudes.

nihil mutandum censuerit contra ceteros omnes scriptos, et editiones priscas, quae miro consensu *Phoebi* exhibent. Eo alludit etiam Sidon. Apollin. Carm. IX. 226. seqq.: *Nam quod per Satyras Epistolarum, Sermonumque Sales, novumque Epodon, Libros Carminis, et Poeticam Artem, Phoebi laudibus, et vagae Dianae Conscriptis, voluit sonare Flaccus.*

76 * *Discere* Ch. A.

FINIS LYRICORUM.

INDEX ODARUM.

Primus numerus librum indicat; alter odem.

Aeli vetusto III. 17.
Aequam memento II. 3.
Albi, ne doleas I. 33.
Altera iam *epod.* 16.
Angustam amice III. 2.
At o Deorum *epod.* 5.
Audivere IV. 13.

Bacchum II. 19.
Beatus ille *epod.* 2.

Caelo supinas III 23.
Caelo tonantem III. 5.
Cur me querelis II. 17.

Delicta maiorum III. 6.
Descende Caelo III 4.
Dianam tenerae I. 21.
Diffugere nives IV. 7.
Dive, quem IV. 6.
Divis orte IV. 5.
Donarem IV 8.
Donec gratus III. 9.

Est mihi IV. 11.
Et thure I. 36.
Exegi monumentum III. 30.
Extremum Tanain III. 10.

Faune, Nympharum III. 18.
Festo quid III. 28.

Herculis ritu III. 14.
Heu, heu! II. 14.
Horrida tempestas *epod.* 13.

Iam, iam *epod.* 17.
Iam pauca II. 15.
Iam satis I. 2.
Iam veris IV. 12.
Ibis Liburnis *epod.* 1.
Icci, beatis I. 29.
Ille et nefasto III. 13.
Impios parrae III. 27.
Inclusam Danaen III. 16.
Intactis III. 24.
Integer vitae I. 22.
Intermissa, Venus IV. 1.
Iustum, ac tenacem III. 3.

Laudabunt alii I. 7.
Lupis, et agnis *epod.* 4.
Lydia, dic I. 8.

Maecenas atavis I. 1.
Mala soluta *epod.* 10.
Martiis caelebs III. 8.
Mater saeva I. 19.
Mercuri, facunde I. 10.
Mercuri, (nam III. 11.
Miserarum est III. 12.
Mollis inertia *epod.* 14.
Montium custos III. 22.
Motum ex Metello II. 1.
Musis amicus I. 26.

Natis in usum I. 27.
Ne forte IV. 9.
Ne sit ancillae II. 4.
Nolis longa II. 12.
Nondum subacta II. 5.
Non ebur II. 18.
Non semper II. 9.
Non vides III. 20.
Non usitata II. 20.
Nox erat *epod.* 15.
Nullam, Vare I. 18.
Nullus argento II. 2.
Nunc est bibendum I. 37.

O crudelis IV. 10.
Odi profanum III. 1.
O Diva gratum I. 35.
O fons Bandusiae III. 13.
O matre pulchra I. 16.
O nata mecum III. 21.
O navis I. 14.
O saepe mecum II. 7.
Otium Divos II. 16.
O Venus I. 30.

Parcius iunctas I. 25.
Parcus Deorum I. 34.
Parentis olim *epod.* 3.
Pastor quum I. 15.
Pecti, nihil *epod* 11.
Persicos odi I. 38.
Phoebe Carm. sec. 261.
Phoebus IV. 15.
Pindarum IV. 2.
Poscimur I. 32.

Quae cura IV. 14.
Qualem ministrum IV. 4.
Quando repostum *epod.* 9.
Quantum distet III. 19.
Quem tu IV. 3.
Quem Virum I. 12.
Quid bellicosus II. 11.
Quid dedicatum I. 31.
Quid fles III. 7.
Quid immerentes *epod.* 6.
Quid obseratis *epod.* 17.
Quid tibi vis *epod.* 12.
Quis desiderio I. 24.
Quis multa I. 5
Quo me, Bacche III. 25.
Quo, quo *epod.* 7.
Quum tu, Lydia I. 13.

Rectius vives II. 10.
Rogare longo *epod.* 8.

Scriberis Vario I. 6.
Septimi, Gades II. 6.
Sic te, Diva I. 3.
Solvitur acris hiems I. 4.

Te maris I. 28.
Tu ne quaesieris I. 11.
Tyrrhena regum III. 29.

Velox amoenum I. 17.
Vides, ut alta I. 9.
Vile potabis I. 20.
Vitas hinnuleo I. 23.
Vixi puellis III. 26.

Ulla si iuris II. 8.
Uxor pauperis III. 15.

FRIDERICI HENRICI BOTHII
ANNOTATIONES AD HORATIUM
EJUSQUE
VITAM, SUETONIO TRIBUTAM.

I. IN VITAM.

Ἀνθυπερφρονέμεν. Mitscherlichius quoque et Parmenses et Vanderburgius, secundum P. Nannium suosque codd.: ἀνθυπερηφανέμεν. - Ὀγκωδέστατος. Bod. non male: ὀγκωδέστερος. - *Sicut est ventriculi tui.* Quae hic leguntur apud P. Nannium Miscell. 3. cap. 1. et ceteros, quos nominat Fea in notâ 15. verba haec *Ad res — referretur*, ea tam absurda censent, tamque aperte e Senecae (Natur. Quaest. 1, 16.) narratiunculâ de Hostio ducta contendunt, recentiores fere omnes interpretes, secundum Dacerium, Gesnerum. et inprimis G. E. Lessingium in Vindiciis Horatianis (Rettungen des Horaz in G. E. Lessings verm. Schriften tom. 3. pagg. 191 — 275.), ut totus is locus abjudicandus ipsis et nescio cui inepto grammatico tribuendus esse videatur. Laudo consilium virorum clarissimorum, cum adspersam Horatio maculam abstergere voluerunt. Ceterum rectius de hisce rebus existimare puto Wielandium in versionibus germanicis Epistolarum et Satirarum Nostri, velut in prolegomenis Sat. 1, 2.; quibus adde Sat. 2, 3. extrem. etc. (*) Ad verba ista quod attinet, emendanda nobis

(*) Carolus Vanderbourg, qui collatis 18 membranis Parisiensibus, Horatii carminum libros 5 cum metricâ versione francogallicâ notisque criticis atque exegeticis, 2 voluminibus formâ octonariâ (paginarum 430 et 674), edidit Lutetiae Paris. 1812. et 13., praefat pag. 44 : „La France," inquit, „est peut-être le pays du monde où les vers d'Horace ornent la mémoire du plus grand nombre de personnes, et la France est peut-être le pays de l'Europe où son caractère est le moins connu. Dacier n'a vu en

videntur potius quam temere expungenda. Atqui emendare coepit ea l. l. ipse Lessingius, reponens: *specula in cubiculo*

---

lui qu'un philosophe religieux et un moraliste sévère, sans trop s'inquiéter si ses principes s'accordoient avec ses actions. Sanadon en a facit un bon Epicuréen et un habile courtisan. Il n'a pas tenu à l'abbé Galiani de le faire passer pour un homme sans coeur (vid. ad Od. 2, 7, 9 — 12; 3, 16, 31.) sans moeurs et sans principes, et, ce qui est le plus étrange, il lui en a su gré. Poinsinet de Sivry au contraire a donné une édition de ses poésies Paris, 1777, 2 vol. in 8.) tout exprès pour lui établir une réputation de chasteté et de bravoure. Voltaire enfin, avec sa légèreté, et son assurance ordinaire, l'a traité de parasite discret et d'adroit esclave; il lui a reproché ce qui, dans ses écrits, peut blesser les moeurs, et cela après avoir lui-même écrit sa Pucelle, et tout en flattant la dernière maitresse de l'avant-dernier de nos rois. (Lectores meminerint, haec scripta esse ipsis Calendis April. 1812.) Notre poète est cependant jugé d'une manière plus équitable par Algarotti, dont l'abbé Arnaud a traduit librement l'ouvrage; mais ce n'est guère qu'en Allemagne qu' Horace a été parfaitement connu. Lessing est, je crois, le premier qui ait entrepris son appologie; l'ingénieux Wieland l'a achevée dans son Commentaire sur les Epitres et les Satires, et M. Wetzel (Lignit. 1799. 2 voll. in 8.) a profité des lumières de tous deux. Avec leurs secours, avec celui d'Horace lui-même, on pourroit aujourd'hui écrire une Vie de ce grand poète également pleine de vérité et d'intérêt; mais elle figureroit plus convenablement à la tête de ses Oeuvres complettes, ou du moins de ses epîtres et de ses Satires, qui sont ceux de ses ouvrages où il se fait connoître le mieux. — J'ai pensé que je suppléerois en quelque manière à ce travail en imprimant ici une traduction de la Vie attribuée à Suétone, revue sur 4 Mss. (Verba Ad res — referretur omissa etiam a Vanderburgio, de quibus conferas licet notam ad Sat. 2, 3. 308., sed propriâ ratione nullâ, nisi quod ejusmodi delicias pretiosiores esse putat quam pro tenui censu Horatii; in quo ei non assentior.) Ceux qui la liront avec attention et en se dépouillant des préjugés qu'ils ont pu concevoir contre notre poète, seront très-disposés à reconnoître qu'il ne fut ni un bas parasite ni un vil flatteur, mais qu'au contraire, placé dans une position difficile et vivant dans un temps non moins difficile, il put se conduire avec autant de noblesse que de prudence, et fit preuve à la fois d'un esprit sage et d'un caractère élevé."

scortans ita dicitur habuisse disposita etc. Sermo est enim haud dubie de dispositis, non scortis, sed speculis, in quibus scorta conspicerentur. (*) Pergamus igitur viâ, quam munivit criticus ingeniosissimus: nam persanatum ab eo esse locum, quis credat? aut quî factum esse dicamus, ut, *specula*, lectionem planissimam, qui reperisset in αὐτογράφῳ librarius, ei lectioni substitueret obscurum et soloecum illud *speculato*? Neque satis est ejus in locum sufficere, quod quidem nullo negotio fiat, *specularî*, cum propter aeque apertum sensum hujus scripturae, tum propterea quod opus nobis est, ut dixi, *speculis* dispositis. Quid multa? sic legendum censeo: *nam specula lato in cubiculo scortans ita dicitur habuisse disposita, ut, quocunque respexisset, ibi ei imago coitûs referretur*; *lato*, ut locus esset speculis grandioribus, quibus in hoc genere etiam alios, et nostrâ quidem memoriâ, usos constat. Descriptores librorum, bis positas syllabas semel exarare soliti, pro *specula-lato* intulere *speculato*, et similiter τὸ *ita* propter vicinum *rta* in *scorta* omisere.

II. ANNOTATIONES AD HORATIUM.

Od. I, 1, 2. Sanado, Gesnerus, Fea, alii: *O et praesidium, et dulce decus meum!* cum *meum* ad *praesidium* quoque pertineat. Sed ita errare in interpunctione solent, Itali praesertim et Galli recentiores, excepto Vanderburgio.

5. Recte Rutgersius Lect. Venus. cap. I.: „*Palmaque nobilis.* Hic τελεία στιγμὴ ponenda est. Repetendum autem ἀπὸ κοινοῦ *juvat*: *Sunt, quos collegisse et meta juvat.* Qui hanc Oden primi contaminare aggressi sunt, offendit genus loquendi ipsis fortassis insolens, sed tamen Flacco usitatum. In hac ipsâ Ode,

Est qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit —

(*) Vit. Horat. ap. Feam praefat. pag. 37: Fuit — libidinosus, ita ut cubiculo speculato uteretur, quo se cocuntem videret.

Et clarius Ode primâ libri quarti,

Me nec foemina, nec puer
Jam, nec spes animi credula mutui,
Nec certare juvat mero.

Et ita Servius illud primi Aeneidos explicat:

Vultis et his mecum pariter considere regnis?
Urbem, quam statuo? vestra est —

ut sit, *Vultis considere? Vultis Urbem?* Verum, ut ego puto, malè. *Terrarum dominos.* Hic se Diis immortalibus parem putat, si ad quammaximos honores perveniat; ille, si amplissimas opes consecutus sit. Agricolam autem, qui immoritur studio agellos patrios excolendi, adducere numquam possis, quin quietè rusticari malit, quam cum periculo mercaturam aggredi. Ut jam planissimus locus sit, qui tantopere ingenia Criticorum exercuerat."

Sic igitur haec interpungenda cum Rutgersio et J. G. Graevio in notis, quae exemplo Horatii Cruquiani, quod Heidelbergae servatur in bibliotheca Academica, manu ipsius Graevii adscriptae sunt:

Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum (vel potius *Olympium*)
Collegisse juvat, metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis.
Terrarum dominos evehit ad deos
Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus;
Illum, si proprio condidit horreo
Quidquid de Libycis verritur areis.
Gaudentem etc.

Frustra argutantur alii, inprimis Cun. Animadv. p. 281.

6. *Terrarum dominos evehit ad deos.* In diis hoc loco, ut alibi saepius, reges atque imperatores intelligi Fea jubet propterea, quod dii superi sint *omnium* rerum domini, non orbis modo terrarum. Fateor; sed terras tantum poëta commemorat, quia homines, quamvis magni ac beati, quales habebantur victores in ludis sacris, tamen, pro suâ conditione, divinae felicitatis non nisi partem, ut ita dicam, terrestrem attingere

poterant; quo modo nostrates dicunt: er ist ein Gott auf Erden. Vid. ad v. 29. Regibus vel imperatoribus comparari illos victores parum est, ut quorum in numero reges ducesque non pauci fuerint, velut Hiero Syracusanus, Thero Agrigentinus, Philippus, Alexandri M. pater, alii, de quibus videndi Pindari interpretes.

Ceterum Fea, Bod. etc. magnis ubique litteris initialibus Caelum, Deus, Populus, etc. praeter necessitatem quidem, refragantibusque veteribus litterarum monumentis. Cf. not. ad 2, 5, 4.

8. Vanderburgii sex codd.: *Certet*, minus conveniente *condidit* in seqq. In superioribus ejusdem quoque libri 16.: *nobilium*. Sic libri quidam Art. poët. 157. *naturis* pro *maturis*, ut hasce litteras permutari inter se proclive est.

Od. 1, 1, 17. *rura*. *Tuta* Val. Acidalius in Notis ad Vellej. 2, 110, et J. F. Gronov. Observ. eccles. c. 10. p. 101., denique Bentlejus, qui recte monet, etiamsi ferri fortasse possit lectio recepta, tamen aptius venustiusque opponi inter se *metuens* et *tuta*; *tuta* autem per se dici, ut Ovid. Trist. 2, 201, Tacit. Ann. 1, 2.; *tuta oppidi*, ut *tuta domorum* Virg. 11, 882.; convenienterque jungi *otium* et *tuta*, ut Martial. 3, 67; 12, 5; Virg. Georg. 3, 376, et apud Hunc ipsum Serm. 1, 1, 31.; denique rite et de more laudari *tuta*, ut Epist. 1, 15, 42. Contra *rura oppidi* vel quiddam simile in hoc genere haud facile reperiri. Addi poterat, non semel confusa esse haec vocabula, ut facillime quidem possunt in minutâ scripturâ; nec diffiteor, Od. 4, 5, 17. cum habeatur in libris:

Tutus bos etenim rura perambulat;
Nutrit rura Ceres —

in quibus offensioni est repetitum *rura*, similiter legendum mihi videri: *Tutus bos etenim tuta perambulat*. Accedit, quod in proximis est *Gaudentem patrios findere sarculo agros*, quod genus gaudii non multum differt a laude ruris, quae h. l. dicitur. Quare sententiae triumvirorum elegantissimorum subscribo.

20. *Partem solido demere de die*. Dormiens. Vid. ad Sat. 2, 6, 61.

25. Vid Fea ad Epod. 5, 55. *Detestanda* Vanderb. liber T. Haec passim miscentur: vidd. Vindic. Ovid. ad Met. 1, 190.

29. *Me* Rutgers. (incertum quo loco: nam neque in Notis ejus neque in Venusinis Lectionibus hujusmodi quidquam est, ut observavit nuper doctissimus J. Fr. Boissonadius in Supplemento ad F. A. Wolfii Anall. litter. Tom. 1. part. 2. pag. 272., quod supplementum legitur eorundem Anall. Tom. 1. part. 3 pagg. 282. sequ.), Croft eques secundum Harium, Valart. Sanad. in editione posthumâ, Wakef., Fea, F. A. Wolfius Anall. litterar. Tom. 1. part. 2. pag. 272., alii: *Te*. Sed *diis misceri* h. l., id quod multi viderunt, significat deum esse (Terent. Hec. 786), id est felicissimum. Hederis, quae praemia doctorum, maxime se beari dicit Horatius. Idem supra ad *deos evehere*, infra *vertice sidera ferire*, *coelestes reduci* Od. 4, 2, 18, *regnare* Epist. 1, 10, 8, *solium Jovis attingere* ibid. 17, 34, *immortalem esse* Propert. 2, 14, *in coelo esse*, *in coelum abire*, apud Cic ad Att. 2, 19 et Arbitrum pag. 28. edit. Plantin. minor. anni 1596. Hisque similia *regnare* vel *regem esse*. Vidd. Epist. 1, 10, 8 sequ., Erasmi Adagg. 1, 6, 99 sequ. Quae omnia, ut alia innumera, praesertim Horatii, e Graeco fonte manarunt Cf. Klotz. Vindic. Horat. pag. 60, Jan., Mitsch.

34. Hunc versum pro spurio habet clariss. vir Eichstadius in scripto academico, quod sub finem anni 1817. publicavit, quo scripto etiam in *Te* versu 29. defendit, secundum F. A. Wolfium, cum ante id reprehendisset in notis ad Ommerenii librum, de quo ad Od. 4, 15, 9. Sed neutrum persuadet.

35. Etiam Vanderburgg. quatuor: *inseres*.

Od. 1, 2, 30. Vand. antiquiores libri praeter B: *Jupiter* ut etiam Graevianus 1, 11, 4 Sed recte, ut opinor, Fea.

31. Frustra idem vir doctus secundum libros quosdam Mss., Scholiastas, aliosque, consentiente Vanderburgii codice V, in quo tamen correctum ab antiquâ manu: Candentis *candentes* (*) posuit *Nube candenti humeros amictus*. Nusquam vis talis, quam dicit, h litterae, ut hodie inter omnes constat; neque vel ad partes vocandus Virgilius l. l., vel ipse Noster infra Od. 1, 28, 24, cum utrobique dactylicum sit carmen, cujus generis

(*) Contra Vanderb. T: candentes, ex quo factum candente,

magna est, praesertim in caesuris, libertas; denique deorum et imperatorum radiata capita huc non pertinent, ubi de humeris dicitur, quae corporis pars pro toto usurpata nube involutum deum significat. Caesurae jus etiam ipsi *candenti* praetendendum foret, si vulgatae lectioni praestaret. Sed profecto verum *candentes*: nam candor pulcritudinem omnem denotat, ut passim; neque insolens est, nubibus tectos advenire deos, vel homines,

Cernere ne quis eos neu quis contingere possit,
Molirive moram.

quem locum pluraque similia suggessit Bentlejus, temere obloquente Cuningamio Animadvv. in Horat. Bentl. pp. 193 sequ. Cf. J. H. Vossii Mytholog. Briefe 2, 21. Accelerandae igitur viae causâ nube absconditus, non adesse, qui error est Gesneri atque ipsius Feae, sed advenire jubetur deus; quo modo apud Virgilium Aeneas aëre quidem septus Carthaginem proficiscitur, sed ibi scissâ nube *clarâ in luce refulget, Os humeroque deo similis*, Aen. I. 411, 586.

Glossator veteris cod. Mongeziani, olim Pithoeani, apud Vand.: „*Nube candentes humeros amictus.* Habitus iste augurum est, ut circa humeros vestes habeant pictas."

37. Vand. R: *sociate*, permixtis inter se a et o litteris, ut saepe factum nuper ostendimus ad Ovid. Met. II, 393, 497 etc. Contrariâ ratione Epist. 1, 18, 44. libri Ch. E. *parentis* pro *potentis*. Quod hoc ipso loco habet Vand. P. *dolo* pro *ludo*, pertinet ad locum de commutatis vocabulorum syllabis, quem locum induxi Vindic. Ovid. pagg. 15, 64, 161. Exemplis ibi prolatis haec addas licet: *colore* pro *loco*, *re* scriptum in quibusdam libris Epist. 2, 2, 203; *correptus* pro *porrectus* Epist. 2, 1, 268; *rectum* et *certum* confusa saepius, de quibus vid. Fea ad Epist. 2, 1, 105; denique *patet* pro *tepet* perperam exaratum Sat. 1, 4, 30., et *producere* pro *procedere* ibid. 1, 5, 20. Cf. de Graecis Jacobs. in indic. Anthol. Pal. vocc. *αἴσιμος*, *ἀπομνυμι ἀρετῆ*.

Od. 1, 2, 39. *Mauri peditis.* Maurum ab equo excussum, itaque factum, peditem, interpretatur Joh. Frid. Christius ap. Gesn., ratione longe petitâ et vix latinâ: siquidem etiam pe-

dites habebant Mauri, ut ex Strabone constat (l. 17. p. 569 et Casaub.; cf. Klotzii Vindic. Horat. p. 77.), eosque intelligere Romanum quemvis lectorem erat consentaneum. Recte itaque Tan. Faber legendum conjecit *Marsi*, eamque lectionem merito arcessivere Dac. Eduardus a Zurck, Bentl., San., Mitsch. Quorum Eduardus a Zurck (Harlem. 1696.), Harlemensis olim scholae rector, suique vir judicii et candidus: „Fide," inquit, „ant. codd." (quos minimum 4 eum usurpasse ex praef. intelligitur) „reposui *Marsi* pro *Mauri*. Illi enim optimus Romanorum peditatus erant: Virg. *Hinc genus acre virûm Marsos* etc." Mauri fere imbelles; et fac terribiles aliquando visos fuisse Romanis Jugurthae et Jubae exercitus (vidd. Klotz. l. l., et, quos laudat, Suet. Caes. 66, Flor. 4, 2, Oros. 5, 15 p. 322. edit. Haverkamp.). tamen quaero cum Zurckio: quorsum tam ingrata Hic revolverit; quaero cum Bentlejo, Romulae auctor gentis quomodo possit fieri ut Maurorum, Romanis infestissimorum, fortitudine juvetur. At quinam, inquis, isti antiqui codd. Eduardi a Zurck, vel quaenam edd. veteres, in quibus ita legi dicit Dac.? Nescio; sed vel sine libris *Marsi* reponendum esse ajo, cum praesertim tanta sit in Mss. s et r litterarum similitudo, ut verisimile fiat, per oscitationem alicujus librarii primum exaratum fuisse *Marri* (pro *Marsi*), deinde accessisse correctorem, qui pugnasse se ratus sit reponens, quod in isto latere sibi persuaderet, *Mauri*, ut nunc fere legitur. Cf. 32, 1.

Od. 1, 3, 4. Vanderb. quoque M: *Obstructis*. Non multum inter utrumque interest.

71. Fea secundum 2 codd.: *Reddas incolumem, precor, Ut serves animae dimidium meae*. Nollem factum: nam quae ista oratio *Reddas, — ut serves*, id est quasi dicas *serves, ut serves*? Contra ἐκ παραλλήλου posita haec in vulgatis libris, et ita decet. Sentit nobiscum Vanderb.

18. *Siccis*. Bentl. *rectis*, Cun. et San. *fixis*. Paulo ante Ms. Graev., de quo ad 7, 13: *volt*, quemadmodum 4, 8 *Volcanus*, 33, 25 et 2, 16, 40 *volgus*, 2, 11, 11 *voltu*, 3, 2, 27 *volgarit*. Vetus scribendi ratio, quae Quintiliani aevo obsolevit. Vidd. Quintil. Instit. orat. 1, 7, Cun. Anim. p. 156, Heynii praefat.

édit. Virg. secundae, praefat. editionis Bodon., quam huic editioni adjecimus, itemque C. Vanderburgii praefat. p. 24.

In sequentibus etiam Vanderburgii 5, ipso probante, *turgidum*. „J'ai conservé," inquit, „la leçon vulgaire, qui sera sans doute approuvée de tous les marins." Sed cf. 4, 12, 4 etc. Τῷ *Acroceraunia* glossator codicis N apud Vanderburgium adscripsit *fulminatos montes*.

22. *Oceano dissociabili*. Haec vetus scriptura, minime illa quoque sollicitanda, id est Oceano apto ad dissociandum, quomodo apud Boëthium *risibile* valet aptum ad ridendum etc. Cf. Mitsch. *Terras dissociabiles* parum usitate Fea interpretatur terras, quae dissociatae stare possunt. Quodsi esse dicas *dissociatas*, idem, et fortius quidem, sonat *abscidit*.

27. *Audax*. Horatio vix digna repetitio, quâ offensus, ut videtur, F. Guyetus deletum ibat versus 25 et 26. Equidem haud nolim legi *Atrox Iapeti genus*. Atrox: constans, inflexibile. Vid. Aeschylus passim Prometheo. Od 2, 1, 24.: *Praeter atrocem animum* Catonis. Sil. 6, 378 de Atilio Regulo: *Atrox illa fides*. Gesn. in Thes. lingu. et erud. Rom. v. Atrox: „Atrox virtus, *fortitudo quaedam immensa, nullos hostes, nulla vincula, nullum mortis genus perhorrescens, Sil.* 13, 369. *sic sumit* 12, 212. 5, 292. *et aliis locis, quae ibi notat Drakenb.*" Verba non valde dissimilia, ut commutari inter se facile potuerint.

29. *Post ignem aetheriâ domo Subductum*. Etiam hîc perstandum censeo in codicum lectione *domo*. *Domu* per se non malum tamen h. l. displicet ob quatuor continuate sequentes u litteras, quod κακόφωνον. Cf. Epod. 9, 3. Statim scribendum erat *Macies, Febrium, Necessitas*: si quidem hae sunt personificationes. Ita saepius erratur: cf. 24, 6; 25, 19.

36. *Perrupit* extrema syllaba productâ ante vocalem. Vid. ad Sat. 2, 2, 47. Sequente versu omnes Vanderbb. antiquiores, numero 15, et Ms. Mongez., seculo 10. scriptum, apud Vanderb., *ardui*.

Od. 1, 4, 8 *urit*. Sic unus Vanderburgii veterrimus cum hac glossâ: „instigando eos ad fulmina fabricanda, h e. ad dicendum: jam accedit tempus aestivum; eo enim imminente Vulcanus fabricat fulmina Jovi, quae in aestate mittit." *Visit*, ut Bentl. secundum unum cod., Vand. A et alii 4, sed

eum var. lect. *urit*. Placuit illud etiam Wakefieldio, nec sane gratum *ardens* cum *urit* compositum, quidquid moliuntur interpp. et ad Ommeren. Eichstadius.

12. Vanderb. Pet. V.: *agnam* — *hoedos*, ut Flor. 1482. et Brod. Extremo carm. φ Vanderb. in variis lectt. *tepescent*. (18. *talis*. Sortitionem per talos intelligit etiam H. Steph. diatr. p. 88.)

Od. 1, 5, 14. Vandd. 5: *humida*.

Od. 1, 6, 2. *alite* etiam Vandd.

7. *Ulyssei*. Sic Parmenses quoque, uti et Epod. 17, 16. Ms. Graev., de quo ad 7, 13, et Vandd. ad unum omnes: *Ulixei*, more vetustiorum codicum.

Od. 1, 7, 5. etiam 2 Vand.: *arces*; 9. autem eorum plurimi: *dicet*.

7. Recte explicaveris secundum Bentl.: ex eo argumento undequaque (ab omni parte) exhausto (id est tritissimo) coronam sibi poëticam quaerere. Primus, Glareano teste, Erasmus, dein Lamb. D. Heins. alii: U. decerptae frondi p. o.

13. San. Bod.: *ac* Tib., ut legitur in Ms., cujus quasdam lectiones enotavit Graevius in marginibus editionis Henricopetrinae 1., quae servatur Heidelbergae in bibl. Acad.; qui codex Ms. procul dubio ille est, quem Bentlejo et Broukhusio misit Graevius vetustissimum, sed cui Sermonum atque Epistolarum plurimum deesset. Vid. Janii Elenchus codicum Mss. Horatii pp. VI, XVII, Mitscherlichii p. VII. — Vandd. plerique omnes: *Tiburti*.

15. Etiam in Ms. Graev. novae hic odae initium cum hac inscriptione: Ad Plancum horatio (hortatio) ad bene vivendum. Neque aliter Mongez. et ipsius Vanderburgii Mss. 7. et quaedam ante multos annos excusa exemplaria, de quibus H. Stephanus in diatr. 1. extrema. Similis quoque glossa est in 2. Vanderburgii codicibus, et in 6 aliis spatio haec a superioribus distincta; monetque de hac distributione Porph., quam tamen non probat. Scilicet ita hallucinantur nonnunquam librarii: velut Epod. quoque 2. versu 23. et 9, 27. in duas partes divisi sunt in Mss. pluribus Vanderb.; contraque Od. 1, 16. et 17. conjunctae sunt in libro Mongeziano, a quo non multum abludunt 2 Vanderburgg. (vid. Horat. Vanderb. tom.

I. p. 340); et secundi libri odam 19. glossator codicis Vanderb. V, qui codex antiquissimus est interiorisque notae, continuari jubet, tribus junctis carminibus, usque ad verba *Odi profanum vulgus*, quo excogitari ineptius nihil potest. Cf. notata ad Od. 4. 15, 1. et Epist. 1, 15, 26.

Ceterum Gesnerus errat, cum omnes libros habere dicit *deterget*. Pars scriptorum et grammatici, veteresque nonnullae edd., in his Henr. Petri prima: *detergit*, forma exquisitiore, quam reponi h. l. jubet secundum Baxterum Wakef. ad Lucret. 4, 379. Cf. Eichst. ad Ommeren.

17. Bentlejanum *Perpetuo* est in Ms. Graev. et parte codicum Vanderbb. *Sapiens*. Vid. ad 4, 13, 24. 19. *Molli*. Est vocativus, ut recte monet San.

Od 1, 8, 2 *Hoc deos* praeter Gotting. etiam Graev. liber, et Vanderbb. 3, in his A seculi decimi. *Properes* item Graev. et codd. Vanderb. omnes a m. 1., cum a codice S discesseris, qui ostendit *properas*, recentior ille quidem.

6. Ms. Graev. et Vanderburgii codd. 12: *equitet*, sequente autem versu omnes Vanderbb: *Temperet*.

15. *Funera*. *Tempora* Vanderbb. T.

Od. 1, 9, 5. Vand. B. *luna* pro *ligna*. *Licna* invenerat in αὐτογράφῳ librarius; hinc factum luna. De mixtis c et g littteris monitum in Vindiciis Ovidianis, ubi vid. index. Sequente vi. idem liber Vand. miro lapsu: *Largiri potis*.

7. *Depone* Ms. Graev. et 5 Vanderbb., in his B.

21. Vanderbb. E. et H: *intumo*.

Od. 1, 10. Vand.: „Je trouve dans mes Mss. B, Φ, une étymologie du nom latin de ce dieu (Mercure) assez singulière: *Dicitur medius currens quia interpres et nuntius deorum est; ideoque currit inter deos et homines, ut sermo currit inter duos*." Sic et Landinus.

Od. 1, 11, 5. *Quae*. Ms. Graev.: *Qui*. Ceterum Vand.: „Je nomme Leuconoé courtisane d'après 2 de mes Mss. les plus anciens, B, Φ."

Od. 1, 12. Vand.: „C'est à tort que la plupart des éditions adressent cette Ode à Auguste. Mes Mss. les plus anciens (dont 5 remontent au dixième, et au onzième siècle

(préf. pagg. 4. et 18), l'intitulent *Hymne*, et ajoutent qu'elle traite des louanges des Dieux et des hommes, *de laudibus deorum atque hominum*. Le titre du Ms. V porte *ad Musam*, et c'est celui que j'ai choisi pour sa brièveté; mais les autres n'en exposent pas moins et le genre et le sujet de cette pièce. C'est vraiment un hymne dans le genre de ceux dont parle Pindare (Nem II, v. 1 — 4), qui se chantoient dans les festins à l'honneur des demidieux et des hommes illustres, et qui commençoient toujours par les louanges de Jupiter. Un passage de Diogène-Laerce, rapproché d'un autre de Cicéron (Tusc. IV. c. 3. 4) a même fait penser à Torrentius que l'usage de ces hymnes, recommmandé par Pythagore à ses disciples, avoit été adopté par les Romains, et qu'il s'étoit conservé jusqu'au temps de Cicéron lui-même; mais ce fait est pour nous de peu d'importance; et il suffit que la poésie grecque offrît des modèles de ces hymnes pour qu'Horace ait cherché à les imiter." 2. Graev. quoque et Vand. E: *sumes*.

3. *recinit* Graev. et aliquot codd. Vanderbb.

13 Oratio etiamnum horrida et hiulca, quam facilem et concinnam reddas receptâ, cum Bentl. Cun., Zeun., lectione aliorum librorum, in his Vanderbb. E et P, hac: *Quid prius dicam solitis Parentis laudibus* etc.

15. Vanderb. V, qui ex optimis ejus est: *Qui mare ac terram*.

22. Recte, qui *Virgo*, Παρθένος dicta κατ' ἐξοχήν, Minerva.

31. Vandd. praeter R et T, in quibus non liquet scriptura: *quia sic* quod frustra tuetur Vand. vol. I, p. 426 sequ.; *quod sic*, ut vulgo, et *dii* post *sic*, sed in liturâ, habet unus V.

39. Mire Vand. Φ in marg. pro *Gratus* habet *Graccos*, i. e. Gracchos. „Cette leçon," inquit Vand., „est du reviseur qui, sans doute, étoit un partisan des Gracques"

57. *Latum* fere omnes Vanderburgii a m. 1.; *laetum* ejus A, O, et Ms Mongezianus. Laeti non fuerunt, opinor, Parthi triumpho acti, vel subjecti Seres atque Indi. Mixta etiam alibi haec vocabula, velut 4, 4, 13, et Sen. Troad. 158. Ibidem Ms. Graev. et Vandd. 2: *regit*.

Od I, 13, 5. Graev. quoque Ms.: *Tum.* Vid. J. H. Voss ad Tibull. I, 1, 21. Sequente versu non mala est plurimorum librorum, in his Bodoniani, lectio *manent*; neque pro certâ haberi potest, manuscriptis vix usquam consentientibus (cf. infra, I, 19, 2; 24, 8; 3, 16, 7), regula illa, quam sequens singularem verbi numerum usurpari semper in hoc genere jubet Bentlejus ad 24, 8, probante quidem Fea ad Od. 4, 11, 9; Sat. I, 4, 15; 6, 131. Rectum *manent*; elegans manet, nec metri quidem causa sollicitandum: cf. A. Politiani Miscell. cap. 71. (Gruter Lamp. I. p. 84.), N. Heins. ad Ovid. Met I, 114; 9, 405. Wasii Senar. cap. 5. etc.

8. *mucesc*er. Porphyrionem legisse in exemplari suo *concremer*, monet Graevius l. l. supra ad I, 7, 13. Διττογραφίαν puto.

18. *malis*. Male Vand. P. *magis*. Sequente versu Graev.: *Divulsusque prementibus*; sed τῷ *prementibus* adscriptum aliâ manu *querimoniis*. Versu ult. Vanderb. γ': *solvit*.

Od. I, 14, 1. Lectio *referunt* quomodo arguatur τῷ *fortiter*, ut censet Fea, equidem non video. Sane in mari jam esse cogitanda navis: alioqui non est quod portum occupare jubeatur. Neque interrogationem hanc existimem, sed legam secundum superiores edd.: *O Navis, referunt in mare te novi fluctus!* Nam lectioni Feae, quâ quaerit poëta, an novi fluctus relaturi sint in mare navem, non convenit, quod sequitur: *o quid agis?* quo jam aliquid agere navem, jam fluctibus auferri, intelligitur.

Ceterum haud nolim, si libri juvent: — *Fluctus! ecquid agis? Fortiter occupa portum!* vel potius, παθητικῶς vividiore:

O Navis (*referunt in mare te novi*
Fluctus), *ecquid agis? Fortiter* etc.

Ecquid agis? Formula est tardum ad faciendum aliquid incitantis, quae loco aptissima, cum illud *o quid agis*, ut explicari possit, sicut explicare supra studuimus, tamen putidiusculum est propter bis illatam sine gravi causa interjectionem; ne dicam, si cavillari quis velit, parum apte quaeri ex nave, *quid* agat, quae omnino nihil agit, sed agitur, quamque ad nunc demum succi iendum aliquid strenuum poëta exhortatur.

Saepius autem in vocabulo *ecquis* erratum a librariis (vide nos ad Plaut. Mil. 177, 1310, Terent. Hec 141), magnaque in libris e et o litterarum similitudo, quâ de re evolvi potest index Vindiciarum Ovidianarum. Cf. varietas lectionis Sat. 2, 1, 42, etc.

6. *Jam sine funibus Vix durare carinae Possunt imperiosius Aequor.* Baxterus: „Funes dicit, quibus carinam jam dissilientem vinciri solebant nautae, quod fiebat in extremo periculo. *ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον.* Act. 27, 7." Vand.: Baxter est le seul qui ait connu le vrai sens de ce passage; M. Mitscherlich l'indique et le rejette, faute d'avoir les connoissances nécessaires en fait de navigation. *Funes* ne signifient point ici et ni ailleurs de simples cordages, dont le nom propre est *rudentes*, mais des câbles: les interprètes qui l'ont senti ont cru que par conséquent ils étoient pris pour les ancres; et, selon eux, Horace a voulu dire qu'un vaisseau sans ancre ne peut tenir la haute mer; ce qui est absurde, puisqu'on n'a besoin d'ancre que dans le port; et, puisque Horace conseille à son vaisseau d'y rester, il est également clair qu'il a des ancres. Le poète ne peut parler ici que d'un autre usage des câbles moins général et moins connu. Lorsqu'un vaisseau fait de l'eau, on le *cintre* quelquefois en-dessous avec ces petits câbles, nommés particulièrement *grelins*, pour resserrer, autant qu'on le peut, les bordages désunis de la carène; expédient auquel on ajoute aujourd'hui celui d'une voile *lardée*. Mais, quelque utiles que soient ces ressources lorsqu'on est forcé d'en user, rien ne seroit plus imprudent que de mettre en mer avec un vaisseau dont l'état les rend nécessaires. Baxter cite très-à propos les Actes des Apôtres, C. 27, 17.

Au reste, je prends ici *carina* dans le sens de notre mot *carène*, pour toute la partie du vaisseau qui plonge dans l'eau, ce qui s'accorde avec la définition de Festus: *Infima pars navis.* Ceux qui ont douté qu'il pût se dire au pluriel d'un seul vaisseau, n'ont pas réfléchi à ce passage de Cicéron (Orat. 3, 46): *Quid tam in navigio necessarium quam latera, quam carinae, quam prora, quam puppis?*"

8. *Possunt* etiam Vanderkb. P et V.

18 Ms. Graev.: *nec* levis, ut sic interpungendum sit: Nunc desiderium curaque, nec levis. Sed vulgatum praestat.

Od. I, 15, 2. *Helenen* etiam aliquot libri Vanderbb., quod vel ὁμοιοτελεύτου (Helenam, perfidam) vitandi causa arcessendum erat. Vulgo tamen: *Helenam*, nec multum interesse censet Vanderburgius, utrum horum praeferas; qui etiam ultro quaesivisse ὁμοιοτέλευτα Nostrum existimat in praefatione, secundum Baxterum ad h. l., nec temere accidisse dicit, quod Od. I, 1, versus sex priores, aliique aliorum quorundam Horatii carminum, sonis similibus finiantur. Recte J. H. Vossius ad Tibull. I, 2, 54.: „Bentley bemerkt, dass Horaz griechische Namen in den Oden gern nach griechischer Art abbeuge, *Creten*, *Helene*, *Penelopen*; in den Jamben, Sermonen und Episteln nach römischer, *Cretam*, *Helena*, *Penelopam*: weil er dort griechische Lyriker, und hier den Lucilius nachahme: Hor. Epod. 17, 17; Serm. 2, 5, 76; Epist. 1, 2, 23. Der Dichter selbst möchte vielleicht sagen, er habe in höherem Tone die ungewöhnliche Form der Fremde, in niedrigem die einheimische, beides nicht ohne Rücksicht auf den Wohllaut, vorgezogen: dort *Semeles* puer, aber auch fratres *Helenae*; hier, neben den Alltagsformen eines Lucilius und Plautus, auch wohl eine komisch feierliche, wie Serm. 2, 4, 3 Pythagoran, Anyti, que reum, doctumque Platona." —

9. *Heu heu* Vanderbb. 5 et ed. Henr. Petr. 1. Sed de hoc jam inter omnes constat, scribendum esse *heu heu*, ubi spondeo opus est, ut h. l.; *eheu*, ubi iambo, ut Plaut. Pseud. 79 sequ. Videsis nos ad Plauti Capt. 928. Mox etiam Vand. T.: *ad rabiem*.

15. Liber Graev. *Inbelli*, de quo genere vide monita ad Od. I, 3, 18. Cf. 17, 28; 24, 2; 28, 30; 2, 1, 8; 2, 2, 23; 2, 5, 5, 11; 14, 6; 18, 19; 20, 23; 3, 2, 21.

20. *Cultus* pro *Crines* item Ms. Graev. et quatuor Vanderbb. a m. 1. et Mongezii. Cf. 8, 16.

21. Vanderburgii codd. 10: *Non Lertiaden*; ejusdem Φ^1 et N: *Non tu Lertiaden*; γ^1: *Nam non Lert.*; M: *Nonne Lert.* Similiter Ovid. Met. 12, 625 Ms. Berolin.: *Lerciadaeque*, veteres autem plurimi: *Lartiadaeque*, quam formam etiam h. l. in

animo habuisse videntur librarii. Sed bene habet lectio vulgata.

24. γ', I et aliqui recentiores Vanderbb.: *Teucer et*, corrupto quidem metro; sed sane voluerunt *Teucerque et*.

36. Pulmanni quoque Mss. antiquissimi: *Pergameas*. Vid. Sanad.

Od. I, 16. De Tyndaride vid. ad Sat. I, 8, 24, — 6. Vanderb. V: *Mentes*. Idem liber 15.: *Resectam*. 13. Vand. P. *abdere*, solitâ confusione: vid. ad Od. 3, 4, 38.

De errore librariorum, hoc et sequens carmen conjungentium, supra dixi ad I, 7, 15.

Od. I, 17, 8. *colubros* 5 Vanderburgii. Sequente versu ejusdem 7: *hoedilia*, 2: *hedilia*, 3: *edilia*.

14. Non displicet *hinc* vulgatum, quod Locherus interpretatur.: *ex isto agro*. Tuetur id etiam Vand., hanc verbo sententiam inesse putans, „qu' Horace doit son aisance à sa piété et â la protection des Dieux."

16. *Ruris honorum*. Vid. ad Sat 2, 5, 13. 20. *vitream*. Vid. ad Sat. 2, 3, 222. 24. Ms. Graev.: *ne*, et ult. *in*meritamque. Vid ad I, 15, 15.

Od. I, 18, 5. *increpat* etiam 9 Vanderbb. Codex N: *putat*, cum var. lect. *crepat*. Statim Ms. Graev. et 10 Vandd., solitâ permutatione: *Ac* ne quis etc. 12. Graev. *ne* pro *nec*, ut 17, 24; et 15. idem liber cum coll. Sax. et 5 Vandd: *Extollens*; unus autem Vand. a m. I. et ex vett. editionibus Henrico-petr. I.: *Attollens*, quod fuerit *Ac tollens*. Illud ipsum praetulit Vand.

Od. I, 19, 1. Redit versus Od. 4, 1, 5. 2. *jubent* 5 Vandd. (vid. ad I, 13, 6.); *Semeles* 3 et quaedam vett. edd., in his Henr. Petri I.

11. Vanderburgii codex A: *Ac* versis, C: *Nec* v. Versu 13 extr. *his* omissum in ejusdem licro P, deletum in C. manu correctoris.

Od. I, 20, 3. *levi*. Vanderburgii codd. vetusti 5: *elevi*, B C cum gloss.: *gipsavi*, E cum gl.: *relevi*. Etiam Φ inter lineas: *gipsavi, operui*.

Od. I, 21, 5. *comam* Vand. P. Mox Vanderburgii quoque omnes antiqui: *Gragi*.

14. Qui legunt *a populo principe Caesare*, id velle putant

Horatium, propter Augustum, diis carissimum, preces has ratas fore. Quos parum intellexisse videtur Fea. Ceterum Vanderbb. D et N: *a pop et a princ.*; S: *et principe*, cum gl. interlin. *existente*, quâ firmatur emendatio.

Od. I, 22, 2. *Mauris* etiam Ms. Graev. et Vanderburgii 4 vetusti, item Acro. 4. De *Fusco Aristio* vid. ad Sat. I, 9, 61. 11. 3 Vandd. *expeditus*. 14. Vandd. codd. 5: *Daunias*, ut olim Graevii quoque ἀπόγραφον, qui conferri jubet Heins. ad Ovid. Heroid. 15, 164 pag 130. 17. Vand. T. verbis tranpositis, qui error frequens in vetustis libris: *Pone me cumpis ubi nulla pigris*. Cf. 3, 11, 31; 19, 2; 24, 10.

Od. I, 23, 1. Male etiam antiqui omnes Vandd.: *Vitat*, quod repugnat metro.

4. *et silvae*. Molossus pro choriambo usurpatus videatur ἰσοχρόνῳ. Sed praestat diaeresin admittere, ut legatur *siluae* τρισυλλάβως. Similiter in hoc genere Noster etiam Epod. 13, 2, item Catullus, Tib. I, 11, 62, Ovidius Fast. 5, 330, Albinov. ad Liv. 370, Senecaque Tragicus, ad quem nos plura, sed quae nunc ex parte retractemus, ut dies diem docet: nam spondei pro dactylis haud scio an ferri nequeant in pentametrorum (Ovidii Tibulli et Albinovani II. II.) parte posteriore.

5. Bentl. et Cun. secundum Muretum: *Num seu mobilibus vepris inhorruit Ad ventum foliis*. *Vitis* pro *veris* placuerat Mureto. Vana haec omnia, judicibus etiam Janio, Wetzelio et Vanderburgio.

Od. I, 24, 2. Ms. Graev.: *lugubris*, ut solet in hoc genere: vid. ad 15, 15. 6. Recte Gesn. Vand. etc.: *Pudor*, *Justitiae*, *Fides*, *Veritas*: vid. ad 3, 30; 25, 19.

8. Bentl. secundum plus decem scriptos, quibuscum faciunt omnes Vandd. et Brod.: *inveniet*. Vid ad 13, 6.

13. Etiam Vand. O et ed. Henricopetr. I.: *Quodsi* — *Non vanae* etc. 19 Vand. V: *Durum est*, ut copulas inculcare solent descriptores.

Od. I, 25, 1. 1 Vand.: *uinctas*, errore tralatitio. 2. etiam 13 Vandd. *Jactibus*; Ms. Graev. *Lactibus*. 13. D. Vat.

cupido. 20. *Hebro* etiam Vandd. omnes. Praegresso versu scribendum *Hiemis* Vid. ad 3, 30.

Od. 1, 26, 5. *Tiridatem*. Vand. H: *Tindariden*, O: *Mitridaten*, quod est etiam in variis lectt. Zurck. 9. Libri *Pimplea* vel *Piplea*, cujus ultimae litterae i superscriptum in Gott.

Od 1, 27, 1. Haud male Vand. V.: *Nactis*, παθητικῶς. Vidd. Vand. et lexica. *Natis-scyphis*. Cf. Sat. 2, 3, 8. 13. *vel ipsas* Graev. et 3 minimum libri Vandd. Passim n et p litterae confusae. 19. *laboras* itidem 3 Vandd., ut Gott. et prinae edd.

Od. 1, 28, 3. *littus*. Vand. γ': *latum*, sed correctum *littus*. 15. pro *nox* quidam Vandd., peccato haud insolito, *mors*. 19. *densantur* Vandd. V et tres alii in liturâ, item ed. Henricopetr. 1.

23. *Nautam* seu *navitam* latiore potestate dici, quicunque nave vehitur, vel carminis hujus versus 18. est indicio, pulcreque id ostendit in peculiari libello, germanice scripto, vir clarissimus, F. A. Wolfius. Jam mercatorem hunc fingi, neque litterarum rudem, ex versibus 1 — 6 intelligitur; quamobrem ejus judicium in aliquo numero atque honore habet ipse Archytas v. 14.

30. Ms Graev.: *Neglegis inmeritis*. Vid. ad 15, 15. Sequente versu plures Vandd.: *Forsan*, et ita Zurck. in ordine, in variis autem lectt. *Forsit*, de quo cogitandum. Cf. 2, 16, 31. 32. idem in vv. ll.: *superbe*.

Od. 1, 29. Vand. γ' in inscriptione: *Hiccium*, ut h temere nunc addi, nunc omitti solet in Mss. Vide de Iccio ad Epist. 1, 12 13. ejusdem V: *Dum* tu 16. etiam Henricop 1. *temnis*, secundum Porphyrionem, qui sic in eâ ed.: *Tendis*.] Pro *contemnis* Ordo est: Aut Socraticam domum mutare lorieis Hiberis *temnis* etc. unde colligas, Scholiasten etiam legisse in libro suo: Socraticam *aut* domum. Ceterum *Tendis* ab alienâ manu adscriptum est, quomodo passim erratur in scholiis. — Ridendus codicis Q. Vand. librarius, qui hōc odae argumentum adscripsit: *Horatius reprehendit quendam, qui sua clericalia officia, scilicet libros, mutat pro militaribus armis*.

Od. 1, 30, 1. *Cnidi* etiam Graev. et Vandd. B C.

Od. I, 31, 3, 4. Sic omnes Vandd. 10. *ut* pro *et* 4 Vandd. 18. Graev.: *Laeto edones*. Volebat librarias *Letoë*: vide nos ad Senecae Herc. fur. versu penult. Vandd. omnes: *at precor*.

Od. I, 32, 1. *Poscimur* etiam Graev. *Poscimus* Vandd. A, γ', et alii recentiores. In cod. A correctum: *Poscimur*. Simillimae r et s litterae in antiquioribus Mss. Vid. ad 2, 39.

Od. I, 33, 7. Graev.: *Apulis*.

Od I, 34, 16. Duo Vandd.: *huc*. V: *hic*, cum var. lect. *huc*.

Od. I, 35, 1. Vand.: „La Fortune avoit un temple célèbre à Antium, ancienne capitale des Volsques; aujourd'hui *Anzo rovinato*: elle y rendoit des oracles par la voie des sorts. M. Mitscherlich soupçonne que cette Ode peut avoir été composée lorsqu' Auguste fit consulter la Déesse sur la double expédition, dont il est parlé plus bas."

6. *Ruris, colonus, te dominum aequoris* etc. Ita interpungendum vidit elegantissimus F. A. Wolfius: id est Te, ruris dominam, colonus invocat; te, aequoris dominam, nauta. Vulgatum *Ruris colonus* putidum et inusitatum. 17. Vandd. praeter quinque: *seve* vel *saeva*. 25. Vid. ad 3, 18 Henricop. I.: *Et vulgus*. Scriptum fuerit in vetere quodam exemplari: *linquisset vulgus* (nam *set* pro *sed* exarare solent librarii, ut monet Cioſan. ad Ovid. Met. 14, 476); hinc factum, medio s omisso, ut similia passim omittuntur, *linquis. et vulgus*. 33. Vand. B. *He heu*, h male addito: vid. ad 29. inscript. Quatuor ejus alii. in his V: *Heu*, ut 2, 14, 1, altero *heu* neglecto: vid. praeced. nota. et quae monita ad 15, 9. 36. *manum* praeter Feae Vanderburgiique codices, ut suspicor, omnes etiam Ms. Graev. et Acro 39. haud malum *diffingas*, i. e. destruas, ut passim. Ipse Noster Od. 3, 29, 46: *neque Diffinget infectumque reddet* etc. Ceterum Vanderburgianorum B: *defingas*; sic et P, sed ibi n deletum; duo plane: *defigas*; unus *diffindas* cum v l. *diffingas*. J. G. Graev. in notis, quae ipsius manu adscriptae leguntur editioni Cruq., Heidelbergae servatae in bibl. Acad.: Utinam gladios bello civili hebetatos refingas, ut illis utamur adversus Massagetas. Diffingere ferr. est in novam formam recudere, amissa priore. 3, 29, 46. *diffinget*: immutabit.

Od 1, 36, 11 — 13. Tribus his locis *Nec* pro *Neu* habent Graev et 8 Vandd., in his codd. B C D. 12 *Salium*, Bod lectionem, reperisse in libris suis videtur Porphyrio, qui haec ita ordinat: Neu sit requies pedum Salium more. Sed melius alterum. Sic editio illa etiam Od 4, 1, 28. cum vulgo librorum, ubi Acro: *Salium.*] Pro Saliorum. 17. Graev.: *Omnis in Damalin.*

Od 1, 37, 4 *erat* Vid ad Sat 2, 1, 16. 24. Placuit etiam Wakefieldio *repedavit*, eamque lectionem defendere conatur adversus Criticum quendam Britannum ad Lucret. 6, 1278. Quem refellens ad Ommeren. Eichstadius, usos quidem hac voce monet Pacuvium, Lucilium, et fortasse Lucretium, Christianos poëtas ne commemoret, vetera et nova sine judicio miscentes; sed semper significare *recedere*, et alium esse accusativum in Pacuvii loco istò:

Paulum repedato, gnate, a vestibulo gradum.

Od. 1, 38, 6. *Sedulus curae* praeter alios Cun. et Wak. ad h l et ante in Silv. crit. sect. 4 ; neque improbat Eichstad. ad Ommer. Mihi sufficit vulgata. *Sedulus* autem puer dicitur, non Horatius. Mox etiam Graev.: *arta.*

Vand vol. 1. pag. 356: „Feu M. de Villoison fit imprimer, en 1778, dans le supplément à ses remarques sur Longus, deux Odes qui venoient de lui être communiquées par M. Genet, alors secrétaire interprète de Monsieur, frère du roi, comme récemment découvertes à Rome dans un Horace manuscrit de la bibliothéque Palatine *a Cl Caspare Pallavicini.* (*) (Vid. Feae praefat. not. 17.) M de Villoison ne dit rien de plus sur cette découverte, et je n'en ai pu trouver d'autres vestiges que dans le titre d'une édition moderne d'Horace, rapporté comme il suit par M. Mitscherlich: *Q. Hor. Fl. Opera omnia, prius ad exemplar Bentleji excusa, nunc inserti duobus Codd* (sic) *novissime repertis aucta, addita quoque de harum Odarum inventione epistola principis Pallavicini.* M. Mitscherlich ajoute que l'édition a deux volumes; qu'elle est sans date et

(*) Id est: repertas a Cl. C Pallavicinio. Verba a Cl. Caspare Pallavicini sunt Villoisonii l. l.

sans nom de ville ni d'imprimeur, mais qu'on la doit aux soins d'un prince de Fürstenberg, qui la fit faire à Prague en 1760. — Elle n'existe ni dans la bibliothèque impériale (nunc denuo regiâ) ni dans aucune des bibliothèques publiques de Paris. Ce qui peut m'en consoler, ainsi que mes lecteurs, c'est que les deux Odes dont elle contient l'histoire ne peuvent être du grand poète auquel on les attribue, et qu'elles n'ont pu être imprimées plus correctement à Prague, que dans le Longus de Villoison, d'où je les ai transcrites pour les traduire (**) et les faire imprimer ici. Ceux qui les liront seront convaincus sans doute qu' Horace n'en est pas l'auteur; mais je n'ai voulu priver mes lecteurs ni de la connoissance d'un fait curieux, ni même de la copie de ces Odes, — qui, bien que supposées, méritent autant d'être annexées aux oeuvres de ce poète, que tant de morceaux faussement attribués à Virgile et à Ovide de figurer à la suite de leurs vers."

LIB. I. ODE XXXIX.

AD JULIUM FLORUM.

Discolor grandem gravat uva ramum;
Instat Autumnus; glacialis anno
Mox Hiems volvente aderit, capillis
Horrida canis.

Jam licet Nymphas trepide fugaces
Insequi lento pede detinendas;
Et labris captae, simulantis iram,
Oscula figi.

Jam licet vino madidos vetusto
De die lactum recitare carmen;
Flore, si te des, hilarem licebit
Sumere noctem.

Jam vide curas aquilone sparsas!
Mens viri fortis sibi constat, utrum
Serius leti citiusve tristis
Advolat aura.

(**) Versiones gallicas omittendas putavi in hac editione.

(Verss. 15. 16. leg.: citius*ne* tristis Advolat *hora*. Haec centies confusa. Both.)

LIB. I. ODE XL.

Dulci libello nemo sodalium
Forsan meorum carior exstitit;
De te merenti quid fidelis
Officium domino rependes?

Te Roma cautum territat ardua:
Depone vanos invidiae metus;
Urbisque, fidens dignitati,
Per plateas animosus audi.

En quo furentes Eumenidum choros
Disjecit almo fulmine Jupiter!
Huic ara stabit, fama cantu
Perpetuo celebranda crescet.

(Vers. 3 leg. *quod*. 8 leg. *aude*. Similiter *audere in proelia* dixit Virg. Aen 2, 347, etc.

10. leg *Dejecit*. 11 fortasse leg. *Hic*, eo loco, quo dejectae Furiae. Quanquam et *Huic* ferendum. Ceterum hoc est laterem lavare. (Both.)

Od 2, 1, in inscriptione mire Vand. D: *Ad Pollionem tragoedum* 8 Graev: *Subpositos* Vid ad 1, 15, 15. 19. Ascens. et Wakef: *fulgur*. Probat antiquam vocem Eichst. ad Ommeren., laudatque Oudendorp. ad Frontin. 2, 3, 34 et interpp. ad Lucret. 2, 327. 21. *Videre* pro *Audire* temere reposuerunt Bergaid. Bentl. Cun. San. 40. Henricopetr. 1., incertum unde, *meliore*.

Od 2, 2, 5. Vand. V.: *extenso*. 7. *agit* Graev., item Vandd. B E et 3 recentiores. In Φ' correctum *aget*. 18. *beatum*. 4 Vandd. 23. Graev. *inretorto*. Vid. ad 2, 1, 8.

Od. 2, 3, 9. Vellem probasset Fea, *quo* dici pro eo quod est *quo loco*, vel *ubi*. Plautus quidem Merc. 876. in libris vulgatis: CHA. Ubi eam salvam (scis)? EV. *Quo* ego scio. Sed a et o litterae cum mixtae nonnunquam deprehendantur in co-

dicibus, reponendum videtur: *Quâ* ego scio: nam Quâ etiam significare Quo loco, vel Quâ parte, non est dubium: vid. Thesaur. Gesner. Lucan. 8, 211. orbis, *Quâ* Romanus erat. Et ibidem 227:

> *Qua* rapidus Ganges et *quâ* Nysaeus Hydaspes
> Accedunt pelago.

Ejusmodi locorum Fea immemor Sat. quoque 1, 8, 15.: „*Qua* est," inquit, „per quem locum; *quo* est quo loci," abutiturque verbis Ciceronis, in quibus *quo* plane significat, ut passim, *in quem locum*. Recte illic, me judice, Bentlejus reposuit:

> Nunc licet Exquiliis habitare salubribus, atque
> Aggere in aprico spatiari, *quâ* modo tristes
> Albis informem spectabant ossibus agrum;

nec tamen propterea hic itidem rescripserim ex Lambini sententiâ: *Quâ* pinus ingens, sed in *quo* vulgato intelligam ex praegressis *gramine, loco graminoso*.

11. Pro *et* Vanderburgii A B C Φ^1: *quid*; C Φ^1 a m. 2: *quo*, uti et alii quidam ejus codd., itemque Brod. Gott., edd. princc., R. Steph., Baxt. Cum a et d litterae valde similes sint in libris scriptis, suspicari licet, illud *quid* fuisse *quia* in αὐτογράφοις, ut arbores eum locum amare dicantur ob fontem ibi fluentem, et tardius quidem obliquo rivo, ita ut moretur ibi diutius. Possis etiam *quod* reponere eodem sensu, quae vocabula saepius confusa; nisi, *quid* servato, pleniusque distincto post *Falerni*, haec ita interpretari velis, ut faciebat aliquando Vand.: „Dans ce beau lieu où le pin et le peuplier réunissent leur ombre, pourquoi ce ruisseau s'empresse-t-il de s'enfuir, malgré le détour qui le ralentit?" Il me sembla (inquit) que ce reproche, adressé par le poète au ruisseau, rétablissoit l'harmonie (*), et je le joignis à la strophe suivante, en suppléant cette transition: Toy, Dellius, *sois plus sage*; faisporter les vins, les parfums, etc. Ce sens est peut-être le vé-

(*) Paulo ante haec posuit vir elegantissimus, commemoratâ lectione vulgatâ Ramis et obliquo, vel Ramis qua et obliquo: Il me sembloit que l'empressement du ruisseau à s'éloigner du lieu charmant formoit un contraste désagréable etc.

ritable; mais la difficulté de le rendre en si peu de vers m'a ramené au sentiment des vieux scholiastes, et entre autres de Porphyrion, qui, pour expliquer le sens de la question d'Horace, „d où vient que ce ruisseau est gêné dans sa carrière par ce détour?“ en suggère lui-même la réponse (?), en ajoutant dans sa glose: *si ea non utimur*, si nous n'en profitons pas; car on en peut conclure que c'est pour rendre ce lieu plus propice aux plaisirs du propriétaire, que le détour arrête le ruisseau. Cette explication rétablit également l'harmonie dans le tableau tracé par Horace. — M. Delille a imité ce passage célèbre avec toute la superiorité de son talent:

Horace nous décrit en vers délicieux
Ce pâle peuplier, ce pin audacieux,
Ensemble mariant leurs rameaux frais et sombres,
Et prêtant au buveur l'hospice de leurs ombres,
Tandis qu'un clair ruisseau, se hâtant dans son cours,
Fuit, roule, et de son lit abrége les détours.

Homme des Champs, ch. 4.

13. Unus Vanderburgii codex I: *brevis*, sed is quoque esse potest accusativus plur., quamvis Acro scribat: Brevis genitivus est.

18. *lavat* Vandd. A. M. 23. *dio* Vand. E. De lectione *divo* Varronem laudat Graevius ubi supra ad Od. 1, 7, 13. 28. *exitium* quidam vett. Vandd. Non semel confusa haec vocabula: vide Vindicias Ovid. ad Met. 15, 515.

Od. 2, 4, 18. Etiam Vandd. P et V: *delectam*, recte quidem.

Od. 2, 5, 4. Recte Parmenses; *venerem*, ut ubique scribendum est, ubi res significatur, non persona. Et sic in similibus. Cf. 3, 12, 1; 3, 13, 5; Sat. 1, 2, 119; 1, 3, 109 etc. Vidit etiam Fea nonnunquam, velut A. P. 414. Cf. not. ad 1, 1, 6.

Od. 2, 5, 5. Graev. *virentis* et 11 *auctumnus*. Vid. ad 1, 15, 15. 12. Vand. D: *Purpereus vario*. Sequente v. Vanderburgii codd. alii: *sequetur, curret*; alii: *sequitur, currit*. 16. Vand γ': *petit*. 18. Vand. O: *Doris*. 19. 6 Vandd. *renitet*, partim cum v. l. *renidet* 20. etiam Graev. *Cnidiusve*. 22. V Vand.: *sagacem f. hospitem*. Ceterum Vandd. D E I pro inscriptione: *Ad Sodalem*.

O, 2, 6, 1. Priore *et* videtur carere posse. Singulos versus

eâ copulâ saepius Noster finit in lyricis, sequentes nunquam. De Septimio ad Epist 1, 9, 1. *aditure*. Si opus sit. 2. *Cantabrum*. Epist. 1, 18, 55. 11. Ed a Zurck in variis lectt. *Gallesum*, eleganter: vidd. Fea et interpp. ad *A. P.* 18 18. Vand. D. *Alcon*. Sequente v. *Fertilis* 5 codd. Vandd., et ita correctum in A. Sic etiam Ms apud Canterum Nov. Lectt 6, 14. Deinde *nimium* pro *minimum* aliquot Vandd., frequente lapsu. Cf Fea ad Sat. 1, 5, 6. Longe autem concinnior veriorque mihi videtur lectio antiqua *Fertili*, neque *Baccho*, id est vino, *fertili* magis offendor quam *segetibus feracibus* Od. 1, 31, 3 sequ. *Aulon* deus montis cognominis: cf. Ovid. Met. 11, 156, Senecae Thyest. 31 etc. E. Nic. Heinsii sententiâ Wak reponens *amictus* conferri jubet Epist. 1, 16, 3; Virg. Georg. 2, 38; Ovid. Met. 10, 100, Fast. 4, 707; sed *amicus* aeque bonum, Nostroque satis usitatum: vide 1, 26, 1; 2, 17, 2; 3, 4, 25; 4, 6, 41 etc. 22. *ubi* 7 Vandd. 24. Vand. D.: *Vatis Horati*, quod petitum ex Od. 4, 6, extremâ.

Od. 2, 7. Vand.: „Les Mss. ne sont point d'accord sur les noms de cet ami de notre poète. J'ai cru long-temps avec San. et MM. Wetzel et Mitsch., devoir le confondre avec le Pompeius Grosphus de l'Ode 16. de ce Livre et de l'épître 12. du Liv. 1 Mais je pense aujourd'hui avec les anciens commentateurs, suivis en cela par Dacier et M. Voss, que Pompeius Varus étoient ses nom et surnom véritables.“ In notis monet, hunc Pompejum Romanum, certe Italum, fuisse, id quod v. 3. intelligatur; Grosphum Siculum, et divitem quidem (16, 33), cum ille proscriptus bona haud dubie sua omnia amiserit. Cui sententiae subscribo.

9 — 12. Vand.: *Fuite d'Horace à Philippes.*

C'est sur ce passage fameux qu'est fondée l'opinion généralement établie, du moins parmi nous, de la poltronnerie d'Horace. Un tribun qui, dans une bataille, abandonne son bouclier, et qui ne rougit point de l'avouer comme poète! qu'y a-t-il à répondre à ceux qui l'accusent de lâcheté? On a regardé long-temps la chose comme si bien démontrée, que Sanadon crut faire beaucoup pour l'honneur de notre poète en disant qu'après la bravoure, ce qu'il y avoit de plus brave, c'étoit d'avouer qu'on en a manqué. Avant Sa-

nadon, on avoit imaginé qu'Horace avoit voulu, par cet aveu, faire sa cour à Auguste, ce qui n'auroit pas été moins lâche, ou qu'il n'avoit songé qu'à se donner une conformité de plus avec le poète Alcée, ce qui seroit bien puéril. Depuis, Algarotti passa légèrement sur ce trait, dans sa Vie d'Horace; et l'abbé Galiani en fit honneur à notre poète avec un cynisme révoltant. Selon lui, la bataille de Philippes guérit Horace de la maladie qu'on appelle bravoure, et il redevint pour toujours poète, et comme de raison poltron. Je ne connois parmi nous que Poinsinet de Sivry qui ait pris sa défense sur l'article de la bravoure, mais d'une manière qui ne peut que rendre l'avocat ridicule, sans être utile à son client. Sivry prend à la lettre un passage d'Horace (lib. 2. sat. 3, 308), pour faire de notre poète un nain de deux pieds de haut (*modulî bipedalis*); mais au lieu de se borner à en tirer des conclusions favorables à la pureté de ses moeurs, autre point dont il veut absolument nous convaincre, il en conclut qu'un tel nain devoit avoir donné des preuves d'un bien grand courage pour que Brutus lui confiât une légion; et l'on sent qu'après cela il ne fait aucune difficulté de tourner en plaisanterie le passage qui nous occupe.

Je suis, au reste, très-fâché que Sivry ait été trop occupé de la taille exiguë d'Horace; il étoit sur la voie pour lever la difficulté, et il en auroit enlevé la gloire aux commentateurs allemands modernes, tels que Lessing et M. Wetzel. Il n'auroit eu besoin pour cela que de considérer le passage dans son ensemble, au lieu d'en confronter d'autres qui n'y ont aucun rapport. Oui, sans doute, il falloit qu'un homme, grand ou petit, eût montré quelque bravoure pour obtenir de l'emploi sous Brutus; et la manière même dont Horace parle de sa conduite après la chute de son parti, prouve qu'il ne manquoit pas de courage. Nulle part il ne le désavoue, nulle part il ne témoigne le regret de s'y être engagé. Et comment enfin s'exprime-t-il dans cet endroit même? Dans quel moment dit-il qu'il a laissé son bouclier? *Cum fracta virtus*, lorsque la valeur, la vertu même fut abbattue, *et minaces turpe solum tetigere mento*, lorsque les guerriers, naguère menaçans, eurent mordu la poussière. On

voit donc, ce que d'autres avoient déjà remarqué, qu'il honore ses compagnons d'armes jusque dans leur défaite; on voit, ce que les éditeurs n'avoient pas encore observé en France, qu'il ne quitta son bouclier et ne prit la fuite que lorsque le succès de la bataille fut désespéré. Il ne fit donc que ce firent tant d'autres; il ne fut ni plus ni moins brave qu'eux. Il raconte ici son malheur d'une manière aussi simple que naturelle, sans but particulier, sans affectation; on en peut conclure beaucoup en faveur de sa franchise, mais rien qui le convainque de lâcheté.

Addamus, etiam finito bello fortem se Horatium praebuisse, cum in satiris tot homines malos sugillaret, in his honesto loco natos, ut Pediatium equitem (1, 8, 39), et gratia valentes, ut Tigellium (1, 3) et Petillium Capitolinum (1, 4, 94), a quibus abstinere solent satirici vulgares, non illi manu strenui, ut verbis. Fortunae sine libertate contemtorem agnoscas Epist. 1, 7, 35. Cf. Epist. 1, 8, extrem. etc.

Od. 2, 8. inscript. In *Varinem*, vel *Varinae* codd quidam Vandd. 2. V Vand.: *Barrine*. Notae lites de hoc nomine. Cf. Vand. Non male facere videntur, qui reponunt *Iberine*, Ἰβηρίνη, ab Ἴβηρος. Vid. Juvenalis locus laudatus ad Sat. 2, 5, 35. 3. Vand.: — On a vu chez nous beaucoup de gens appeler *mensonges* les taches blanches ou noires, dont les ongles sont quelquefois marqués etc.

Od. 2, 9, *Ad Valgium*. *Rufum* additur in 5 Vandd. Glossa codicis A Vand.: Valgium consularem amicum suum consolatur. Vid. ad Sat. 1, 10, 82. 9. *urgues* Ms. Graev. h. l. et passim. Idem 11. *recedunt*. 22. *vertices* etiam Vandd. omnes, estque id in lectt. Zurck. Vand.: *Vortices*, que préfèrent certains éditeurs, est un mot bien suranné, puisque, selon Quintilien, ce fut le premier Scipion qui en fit tomber l'usage.

Od. 2, 10, 4. *Litus* etiam Graev. 9. Sentio cum viris doctis, quibus non adeo malum videtur *Saepius*, ut lectioni paucorum librorum debeat cedere. Sane ventis saepius agitantur arbores altiores quam humiles et arbusta. Lucillius Anthol. Palat. vol. 2 pag. 315:

Οὐ θρύον, ἁ μαλάχην ἄνεμός ποτε, τὰς δὲ μεγίστας
Ἣ δρύας ἢ πλατάνας οἶδε χαμαὶ κατάγειν.

Seneca Hippol. 1133.: Humida vallis *raros* patitur Fulminis ictus. *Saevitia* fati sequentibus *excelsae* — *montes* significatur; hoc autem loco id tantum dicitur, magna patere ictibus Fortunae adversae, cum parva propter humilitatem negligantur.

12. Vandd. omnes: *Fulgura*. 18. Pro *quondam* Q Vand. *quando*, cum gl.: aliquando. *Citharae* Graev. liber Mongez. et Vandd. 4, sed cum var. lect. *cithara*. Cithara etiam in Vanderburgii libro B a manu correctoris, et pro variâ lect. in ejusdem γ'.

Od. 2, 11. 2 De Quintiis vide not. ad Epist. 1, 16.

4. Vandd. D et γ': *ne* trepides. R: *usus*, quod placuit Wakefieldio. 6. *Lévis Juventas*, λεία Νεότης. Vid. Fea ad Od. 4, 11, 8. 9 Graev. et Vandd. praeter M: *honor*. Sequente v. Vand. V: *Vultu: et quid*. 12. Vand. T. in ordine: *animado*. 21. *devium* In devio loco Urbis habitans, non obvium, neque vulgare. Vid. Torrent. 24. *comas* etiam Graev. a m. 2. et Vandd. 4; *comae* 2.

Od 2, 12, 12. *Minacium* var. lectt. Zurck., 8 Vandd., et Graev. in liturâ: manus 1. dederat *minatium*, quod fuit fortasse *minātium*, id est *minantium*, quod habent Brod. Gott. etc. Alterum eo rectius videtur, quo minus est ἐνεργητικόν: nam *minantium* rem praesentem designat minasque regum eo ipso tempore, quo in triumpho duci finguntur; quibus minis quid ineptius excogitari potest? quid magis abhorrens a naturâ? Contra morem indicat *minax*, qui conversione rerum mutatus non fuerit, et in vultibus istorum regum quasi invitorum insederit; idque voluit ut opinor, Noster. Cf. 7, 11, ubi recte Vand.: quand partout la valeur consternée Souilloit dans la poussière un front *jadis altier*. 13. Licymniam libertinam fuisse et Maecenatis amicam, hodie inter omnes constat. Festum Dianae privatum intelligendum, quod ejusdem conditionis puellae celebrarent cum Licymniâ, non nisi clanculum rem habente cum Maecenate. Vidd. Torrent Vand.

14. Male Mongez. et Vand. P.: *lucidum et Fulgentes*. Var. lect. Zurck. *lucide* interpretis est.

25. *Cum* pro *Dum* 9 Vandd., *fragrantia* unus O.

28 *occupat* Vandd. 4 in ordine.

Od. 2, 13, 8. *Colcha* 5 Vandd.

16 *timet* producta posteriore syllaba legendum. Vid. ad 3, 16, 26.

23 *descriptas* γ' I P Vandd.; D quoque in ordine, sed alterum adscriptum; R: *desertas* 25. De Sapphone nuper scripsit, eamque a turpi suspicione liberare non infeliciter conatus est Welckerus, bonarum litterarum in Academiâ Gottingensi professor doctissimus. 28. In Vanderburgii libris A γ' et aliis 4 ita interpungitur: *Dura fugae, mala dura belli*, merito probante viro docto. 31. *tyrannos*. Mire Vand T: *triumphos* 35. Vand. P: *intortis*.

38. *laborem* etiam 3 Vandd. et Zurck. in varr. lectt., qui laudat Turneb. Advers. 10, 21.

40. *timidas* var. lect. Zurck. Pro *lyncas* in Vand. S est var. lect. *damas*.

Od 2, 14, 1. V Vand. *Heu, fugaces*. Vid. ad 1, 35, 33. „*Postume* Cette orthographe est celle de tous mes Mss sans exception: elle est aussi celle des 4 célèbres Mss. de Virgile, à l'endroit cité par Torrentius." (Aen 6,763.) Vand 5. 10 Vandd: *tricenis*, A: *erunt*. Sequente versu Graev. *inlacr*. Vid. ad 1, 15, 15 14. A Vand.: *raucis* 25. Graev. *Cecuba*. 27. *superbo* Vandd. omnes, sed in A manu tantum correctoris. 28. Si scribemus *ccna*, quid fiet etymologiâ, quae in hoc quidem vocabulo minime dubia videtur? Nam quod *Camenae* placet viro doctissimo Od. 3, 4, 21, sequitur in eo veteres grammaticos, obloquentibus tamen recentioribus nec paucis, nec nullius ponderis, in his Dausquejo et Gesnero. Sed similiter *fecundi* habet Sat. 2, 4, 44, Epist. 1, 5, 19, et *feta* Epist 2, 1, 143 in notâ, et *incohare* Od. 1, 4, 15, ratione non apparente; nisi, hac neglectâ, defendere velimus, quidquid ostendunt Mss., marmora, nummi denique, in quibus omnibus hallucinatos saepe esse operas constat? Cf. Rutgers. Venus. Lectt. cap. 2. pag. 243. Ne *hoe* quidem illud pro *ohe* (ὠέ) repositum Sat. 1, 5, 12. auctoritate veteris editionis satis fulcitur, et prorsus intolerabile est *scaena* Sat. 2, 1, 71.

Od. 2, 15, 2 *relinquunt* M Vand. 3 *Lucrino lacu* „Lac situé dans la Campanie, proche de Baïes, et dont les coquillages (vidd. interpp. ad Sat. 2, 4, 32) étoient recherchés des

gourmets du temps. Le tremblement de terre qui produisit, en 1538, le *Monte nuovo*, en combla la plus grande partie." Vand. 5. S Vand. *tunc*, uti et 9. Vid. J. H. Voss. ad Tibull. 1, 1, 21. 10. *aestus* 4 Vandd.: et in duobus haec est var. lect.

Od. 2, 16, 2. *Pressus* S Vand. 3. *lumen* Vand. O in ordine; pro *certa* Vand. Q in marg.: *clara*. 17. *fortes*. S Vand. pro var. lectione *sontes*, ut f et s, r et n, commutari inter se solent in codd. 18.

— quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriae quis exsul
Se quoque fugit?

Verbis *quid terras — mutamus* ita distinctis non temere offensus Cuningamius reposuit *terris*, obtemperante Sanadono, qui sic in notâ ad h. l.: „Les copistes n'ont mis apparemment *terras*, que parce qu'ils ont cru que *calentes* demandoit un substantif de même cas. Ce n'est pas la seule fois qu'ils ont altéré le texte par le même principe dans la construction du verbe *mutare*." Aliam ingressus viam Wakefieldius ad Virg. Georg. 4, 51*, Lucret. 4, 67 et in editione Nostri sic legendum existimavit: *quid terras alio calentes sole mutamus patria*? correctione quidem facillimâ minimeque ineptâ, quam, magis etiam variatâ formâ orationis, adjuves scribendo *ecquis* pro *quis*, ut *patriaecquis* in *patriae quis* degenerasse videatur. Verum enimvero mutare ultimum debet esse critici remedium. Quid igitur faciendum? Nihilne omnino est novandum, dicendumque cum quibusdam interpretibus, *mutare* hic usurpari ut Graecorum ἀλλάττειν vel ἀλλάττεσθαί τι et similia, de quibus olim H. Steph. diatr. p. 92., nuper Jacobsius et Schaeferus Anthol. Palat. vol. 3. pagg. 256 et 973? Nempe id vellem firmioribus nonnullis exemplis probassent viri eruditissimi. Quod dum fiat, interim distinctione succurrere licebit Horatio, ut ita rescribatur:

— quid terras alio calentes
Sole mutamus patriae? quis exul
Se quoque fugit?

patriae, patriae sole, ellipsi usitatissimâ. Plautus Trin. 512. nostrae edit.:

Credo ego istuc, Stasime, ita esse; sed Campas genus
Multo *Syrorum* iam antidit patientiâ.

Syrorum, *Syrorum* generi seu genti. Cicero De Offic. 2, 25.: Nam et corporis commoda, cum externis, et externa *cum corporis* (id est cum corpores commodis), et ipsa inter se corporis, et externa cum externis comparari solent. Cum externis *corporis* (intell. commoda) hoc modo comparantur: valere ut malis, quam dives esse *Cum corporis* (intell. commodis) externa hoc modo etc. Nam duriusculum sit verba sic ordinare: quid mutamus sole patriae terras alio (sole) calentes? Quod Ovidius dixit Met. 9, 410: *exul mentisque domûsque*, Curtius 5, 12: *terrarum orbis exulem*, eo res non conficitur, siquidem in eo disputamus, an verba *quid terras alio calentes sole mutamus* eo sensu, quem iis inesse volunt interpretes, accipi latine possint, cum plane contrariâ sententiâ hoc indicare videantur: quid relictis exteris nationibus redimus in patriam? De ellipsiillâ videri etiam possunt, quae nos nuper ad Senecae Tro. 46.

25. *Est* omissum in Vandd. B et H. 27. *Temperat* V Vand. 31. *forsit*, id est *forsit*, pro *forsan* 3 Vandd. in ordine. Cf. Od. 1, 28, 31. 33. malim cum editoribus quibusdam uno verbo *Circummugiunt*, quemadmodum Circumsonare, Circumvolare, aliaque ejus generis dicuntur. Sat. 2, 3, 223.:

Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

Od. 2, 17, 6. Vetus Schol., Burm. ad Virg. 2, 647 et Valer. Flacc. 6, 733, Cun. San. Wak.: *alteram*. Cf. Jan. et Eichstad. ad Ommeren. Si quid mutandum sit, malim propemodum: quid moror, *alterâ* Nec carus aeque nec superstes Integer? *alterâ*, alterâ parte animae, id est: propter alteram ejus partem, vel: quod ad illam partem attinet, ut *alterâ* ad utrumque, *carus* et *superstes integer*, referatur.

10. Ad vivum haec resecat Spence in libro anglico, qui inscriptus est „Polymetis, or an Inquiry concerning the Agreement between the Works of the Roman Poets and the Remains of the ancient Artists" etc. Lond 1747. fol., cujus operis pag. 22. ita scribit: „Considering the manner, in which Horace lived with Maecenas, and the freedom with which

he writes, even when he is complimenting him, what he says to him in an ode, written when that minister was extremely ill, looks, I think, a little too serious to be nothing but a poetical rodomontade. (Hor. lib 2. Od. 17.: *Cur me querelis exanimas tuis? ..... Carpere iter comites parati.*) After so solemn a profession of Horace, that he would follow Maecenas soon, if he should die first, it seems at least a little odd, that Horace's death should follow his so soon, as it is said to have done... They both died in the end of the year 746. V. C according to Pere Sanadon: and according to the old Life of Horace, attributed to Suetonius, Maecenas speaks most affectionately of him in his last will; Horace dies about three weeks after him, and orders that his remains should be buried close by Maecenas's." Et paulo post: „There is some room to conjecture, that he (Horace) hastened himself out of this world to accompany his great friend in the next." (*)

Hinc Hagedornius in carmine de Horatio:

Du bist vergnügt: dich liebet dein Mäcen.

— — —

Wer wählt so wohl? Dein Herz bleibt ihm ergeben,
Und solchen Freund willst du nicht überleben.

Sed non ita excutiendi sunt poëtae.

14. *Gyas* Muret. Lamb. Steph. Cun. San. Bodon.; Mss. et vulgus editionum consueto errore *gigas* vel *Gyges*. Hoc ἄμετρον, illud friget. Vid. San., et cf. 3, 4, 69; 7, 5. Recte Juntinae Hesiod. Theog. 149:

Κόττος τε, Βριάρεως τε, Γυης θ', ὑπερήφανα τέκνα.

Vid. Apollodorus operis principio. De Gyge non morandus scriptor odarii Anacreontici, quod ita incipit:

Οὔ μοι μέλει Γύγαο,
Τᾶ Σαρδίων ἄνακτος,

(*) Rectius Sanad. Vit. Horat. sub anno V. C. 746, ante Christ. 8, Horatii 57: Horace meurt le 27. de Novembre, — environ un mois avant la mort de Mécene. Vera vide apud ipsum, et Meibomium Maecen. cap. 25., et Vand.

ubi tamen codex Palat: Τύγεω ut vera videatur vulgata lectio, O. μ. τὰ Τύγεω: audiendus Alpheus Mitylenaeus, cujus haec leguntur Anthol. Palat. vol. 2. pag. 39.:

Οὐ στέργω βαθυληίης ἀρόρας,
Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον, οἷα Τύγης,

audiendus doctissimus poëta, Propertius, qui de Omphale eleg. 3, 9. 18:

Lydia *Gygaeo* tincta puella lacu

Cf. Jacobs. Anthol Palat. vol. 3 pag. 400, et Addend. p. 41.

17. *Loetalis* pro *Natalis* Graev. et Vandd. B Φ' H, i. e. *Letalis*, quam lectionem habent 2 Blandinii apud Cruquium, Fran. et Vandd. 5, quorum duo cum variâ lect., quae et in Graev. erat, *Natalis*. Vand.: „Cruquius pense qu'on ne doit pas rejeter trop légèrement la leçon *Letalis*. Je la recommande comme lui à la meditation des astrologues." 25. 3 Vandd.: *tum pop.*; Φ: *te pop.* 26. *Festum* pars scriptorum pro *Laetum*, testibus Cuningamio et Sanadone, quibus placet *Faustum*. Deinde S Vand.: *strepuit*.

Od. 2, 18 pro inscriptione habet A Vand.: Ad Avarum; γ' et H: Ad Varum. 7. 8 *Laconias* 2 Vandd. recentt., *clientes* 16. Utrumque est etiam in lectionibus Zurckianis. 19. Ms. Graev. *Immemor*. Vid ad 1, 15, 15. 28. *gnatos* R Vand. 30 *fine*. Aliquot libri et Serv. ad Aen. 6, 152.: *sede*, quae videtur esse interpretatio.

36. B Φ et P Vandd.: *Revinxit*, M: *Devexit*.

40. *audit*. Quid? non vocatus? tale oxymorum ut elegantissimo poëtae placuerit? Recte, ut opinor, vir doctus apud Cuningamium: *audet*. Quod neque dii neque homines fecerunt, id unus facere audet Charon, seu Mors: velut aggreditur miseriarum turbam, quâ circumdatus pauper est, eâque dissipatâ levat functum laboribus; *functum*, ab effectu levandi. Schol.: „Hic vocatus atque non vocatus audit (imo: audet) levare pauperem" etc. Possis etiam *audet* interpretari *potest*. ut apud Plautum, Lucretium, Senecam Herc. Oet. 289. San.: „*Audit levare* est pour *dicitur levare*." Sed ea ratio valde friget. Saepius haec vocabula confusa: vid. ad Epist. 1, 1, 48.

Od 2, 19, 15. *leni*, quod requirit versus, etiam Graev. et Vanderburgianorum pars dimidia. 23. *Rhoecum* Graev.; *Rhoetum* Vandd, sed non eâdem orthographiâ. Vand. φ in ordine: *leonum*.

Od 2, 20, 1 *non tenui* etiam 2 Mss. Bentleji, totidemque Vandd., Cun. San Jan. Mitsch 3. *nec* aliquot Vandd.; *terra* Mss Brod, Graev, 8 Vandd. aliique.

6 *non ego, quem vocas, Dilecte Maecenas, obibo.* Quidquid moliuntur interpretes, tam veteres quàm recentiores, friget aeternumque frigebit istud *quem vocas*, de cujus depravatione dubitari me judice non potest. Atqui Bentl. et San. conjecerunt legendum esse *quem vocant*, quem ita vocant rivales atque inimici; sed frigide et vix latine. Reponendum censeo *quem vetas*, quem vetas *obire*, quod verbum repetendum ἀπὸ τοῦ *obibo* in proximis, figurâ minime inusitatâ: cf. Senec. Herc. Oet. 307, 441 etc. Od. 4, 8, 28:

Dignum laude virum Musa *vetat mori*,
Coelo Musa beat.

Lyricis Horatium Maecenas inserens liberare a lege mortis dicitur; id quod ab eo, tanquam a Musâ suâ, Noster cum petiisset Od. 1, 1, 35 sequ., repulsam, opinor, non tulit, sed amicâ aliquâ seu coram seu per litteras appellatione in coetum, ut ille ait, receptus est. Haec de sententiâ. Jam ad verba quod attinet, non semel e et o, c et t, litterae, ipsaque haec vocabula, sibi invicem offecere. Plaut. Asin. 502. vetus codex Camerarii a m. 1.: Quotiens te *votui* Argyrippum etc. pro *vetui*, et sic fere ubique, si Pareo fides est, membranae Palatinae. Contra Od. 2. 16, 1. Vand. I seculi 12. *dives* pro *divos*. Cf. index Vindiciarum Ovid. Huc accedit, quod *voto* pro *veto* antiquitus in usu fuit secundum Cassiodorum De Orthograph. pag. 2283 Putsch. Fac igitur, seu casu seu datâ operâ scripsisse hoc loco librarium quendam veterrimum *votas* pro *vetas*, quid proclivius fuit, quam istud *votas* a posteriore aliquo mutari, et in locum vocabuli ipsi ignoti notissimum *vocas* substitui? —

Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Ceterum Mentel. liber: *quam*, quod *quum* fuisse existimes (*quum vetas*); sed friget.

9. 2 Vandd.: *resident*. 11. *Superna* etiam Zurck.; sed Vandd. omnes *Superne*.

13. *notior* perantiquus Bentleji liber Leid., item Vanderbb. γ' et E; R: *nocior*. Inde *tutior* fecit Bentlejus, probantibus San., Wakef., Koeppen., Eichstad. ad Ommeren. Sed vel *ocior* ferendum est, vel certe admittendum *notior*. 20. *Dicet* habetur in variis lectt. Zurck. 23. Graev. *Compesce*. Vid. ad 1, 15, 15.

Od. 3, 1, 17. *Destrictus* Graev. et Vandd. 3 in ordine; est quoque in vv. ll. Zurck.

35. S Vand.: *dimisit*. 43. *Delenit* A Vand., sed correctum *delinit*.

Od. 3, 2, 1. *Amive* alii apud Vanderburgium interpretantur: *familiariter*; alii: *patienter*, Fea: *aequo seu volenti animo*, quomodo φίλως φέρειν dici putat Baxterus. Sed nusquam sic, quod sciam, cum alii Latinorum, tum ipse Horatius; vid. A. P. 196, 411. Quamobrem aliquis amicus compellari videretur, ut Od. 2, 9, 5; 14, 6; Epod. 1, 2; Epist. 1, 7, 12; 18, 106; nisi obstaret metrum, hac regione versus alcaïci spondeum poscens. Recte igitur Mss. et edd., in quibus est *amici*; recte item Vanderburgii codex A, in quo haec legitur inscriptio: *Ad amicos*; nec male ejusdem libri B D E Φ': *Ad amicos de institutione*. Ad plures haec oda scripta, ut Od. 1, 27, 37; 3, 1, 6, 14; Epod. 7, 13, 16, et liber de Arte poëticâ. Vid. ad 4, 5. E et i litterae sexcenties permutatae inter se in exemplaribus; hic fons erroris. Vel corrector insolentiorem in hoc genere pluralem numerum sedulo mutavit. Cf. Bentl.

5. *dio* Vandd. A et B; sed correctum *divo*. 9. Vand. V: *heu heu*. Ceteri *eheu*, ut vulgo. Vid. ad 1, 15, 9. 14. P Vand. *prosequitur*. 16. Vandd. 7: *timidoque*. 18. M Vand.: *Incontaminatis*.

21. Graev. *inmer*. Vid. ad 1, 15, 15. 22. *ire* pro *iter* 8 Vandd. turpi lapsu, nec melius 26. codex R; *vitabo*. 27. Graev. *Volgarit*. Vid. ad 1, 3, 18. 29. aliqui Vandd.: *phaselon*, quod non spernendum in tali carmine.

31. Vand.: L'image contenue dans ces 2 vers est très-belle en poésie. Je l'ai vu réalisée en sculpture à l'hôtel de ville d'Amsterdam. Le châtiment y est représenté avec une jambe de bois. Si Lessing en avoit eu connoissance, il ne l'auroit point oubliée dans son *Laocoon*, où il montre si bien que ce qui est beau dans les arts du dessin, ne l'est pas toujours en poésie, et réciproquement."

Od. 3, 3, 1. *ac* Porphyr., Cun., San. etc. Vulgo *et*.

6. Vandd., cum a codice P discesseris, in quo non liquet: *magna manus Jovis*. 7. S Vand. *illabetur*. 10. Vandd. 6: *Innisus*; alii *Innixus*, vel *Enisus*.

12. *bibet* etiam 10 Vandd. in ordine. Vand.: „Mes Mss. se partagent entre *bibet* et *hibit*. Il me semble qu'on doit préférer le dernier, et qu'Horace parle au présent de l'apothéose d'Auguste dans cet endroit, comme dans la première strophe de l'Ode cinquième." Cf. Gesn. 23. Recte San. secundum Bentlejum: *damnatam*, ut *Ilion* dici, non *pulverem*, intelligatur. 4, 9, 18.: *Non semel Ilios vexata* Cf. Hom. Il 4, 46 etc., Epod. 14, 14. Ovidii quoque Met. 14, 466. Ms. Berol. recte: *Postquam alta cremata est Ilios*, ubi vulgo *Ilion*. Bentlejum latrans Janius risum debet eruditis. 32. *Troica* vulgo libri, in his Vandd. 34. *discere* 11 Vandd., et ita correctum in A. In B C et Φ hoc glossema legitur, in Porphyrione sublectum: adsuescere saporibus nectaris. Acciverunt etiam Oberl. et Vand. 47. V Vand.: *Decernit*. 53. *mundi* T Vanderburgii, et ea var. lect. in duobus aliis ejus libris. Sequente versu 17 eorum: *tanget*. 67. *Excissus* var. lect. Zurck.

69. Vandd. fere: *hoc convenict*; tres: *conveniat*. 70. A Vand. a m. 1.: *tendes*.

Od. 3, 4, 1. *et dic* fere codd. praeter Feae. 4. *citharaque* 2 Vandd., ut Cun. San. etc. secundum unum Ms. Bentleji.

5. Ingeniosum *Audiris*, sed nec vulgata lectio digna, quae conjecturae cedat indictâ causâ. Non sibi poëtae canere solent, sed omnibus, quos nonnunquam compellant, tanquam praesentes. Cf. Od. 1, 37, 4; Od. 2, 19, 2; Od. 3, 2, 1; 6, 2; 14, 1; Epod. 16, 16; Sat. 2, 2, 4; Art. poët. 5. Hoc quidem loco Horatius, invocatae Musae visus sibi audire vocem, quaerit ex sodalibus, an ipsi quoque eam audiant; neque expectatâ eorum

responsione, ut quos adesse poëtico tantum finxerit ἐνθουσιασμῷ, statim sic pergit: *Audire et videor pios errare per lucos*, et quae sequuntur. Quod istorum sodalium nullà praeterea fiat mention in carmine, quis miretur, cum materiâ, quam tractat, totus quasi occupatus poëta nihil cogitare nec velit nec possit, nisi quod ad eam pertineat? Nec fere aliter est in locis reliquis, quos laudavi, recteque id appelletur vatum commune omnium δραματικόν.

9 *Appulo.* Quid attinuit id commemorare, cum statim dicatur de Apuliâ? Et si *Appulas* ille mons est, quomodo res in eo gesta *extra limen Apuliae* accidisse dicitur? Sane, quidquid argutantur, indignum hoc poëtâ, indignum Horatio, neque dubitandum, quin lapsi sint descriptores, recteque de loco emendando cogitarint viri doctissimi, in his Aristarchus Anglus. Legam equidem: *Volture in abdito.* Pro *abdito*, litteris versis, scriptum forte *appito* ita, nisi fallor, degeneravit; quo genere corruptionis scatent libri. Aptissimum autem sententiae *abdito*, siquidem in solis vulgoque incognitis locis versari et miracula sua promere amant poetae. Noster Od, 2, 3, 5:

> Seu moestus omni tempore vixeris,
> Seu te *in remoto gramine* per dies
> Festos reclinatum bearis
> Interiore notâ Falerni.

et similiter 19, 1:

> Bacchum *in remotis* carmina *rupibus*
> Vidi docentem.

et 3, 25, 12: Ut mihi *devio* Ripas et *vacuum* nemus Mirari libet. Sallustius Jug. 12: scrutari *loca abdita*, et 38.: *abditas regiones.* Cic. ad Att. 15, 16.: Loca vemusta sunt, certe, et, si quid scribere velis, ab arbitris libera. Seneca Hippolyt. 778.: Te *nemore abdito* — Cinget turba licens etc. Plinius de elephantis 8. 5.: Pudore nunquam nisi *in abdito* coëunt.

10. Vandd. 15: *Nutricis*; 3: *altricis* (sic); *altricis* var. lect. in B et M. Dein Vand. A, qui unus ejus optimorum librorum (l'un des plus respectables): *limina*, sed

correctum *limen*. Inter lineas autem supra *Apuliae* legitur *Pu-liae*, de quo sic elegantissimus Vanderburgius: „*Pulia* seroit-il le nom de la nourrice d'Horace? (Quid autem hoc nominis? an voluit fortasse *Publia*?) Je le croirois, sans les observations très-judicieuses qui ne permettent guère de supposer qu'il a voulu nous transmettre ce nom. Toutes les autres circonstances de l'avanture et en particulier l'*animosus infans* du v. 20 semblent en effet présenter le poète comme échappé à la garde de sa nourrice, lorsque cette aventure lui arriva, et c'étoit l'opinion des vieux scholiastes.“

14. „*Acheruntia*, ville de l'Apulie, étoit placée sur un rocher; voilà pourquoi Horace la compare à un nid. Elle porte aujourd'hui le nom d'*Acerenza*.“ Vand.

15. *Bantia*, autre ville d'Apulie, sur les confins de la Lucanie, étoit célèbre par ses bois et ses pâturages. L'abbé Chaupy reconnoit sa situation dans celle de l'abbaye de *Vanzo*. (Découverte de la maison de camp. d'Horace, III, 541.) Idem. 16. *Forenti* 5 Vandd. 23. *Praeneste*. Vid. ad Epist. 1, 2, 2.

24. *Bajae*. Vid. ad Epist. 1, 1, 83. 31. *urentes* 7 Vandd. Offendit etiam simile initium verborum *ar*entes *ar*enas. 38. *abdidit* Vanderburgii V a m. 1., sed pro variâ lect.: *reddidit*, ut alii ejus duo. H superscriptum habet *addidit*, et sic plane B D Φ S et T, ut permutari hae voces solent: vid. ad 1, 16, 13, et cf Epist. 1, 1, 5, ibique Fea; item Epist. 1, 16, 11. Scripturae *abdidit* et *reddidit* etsi non omnino male defenduntur, a Feâ haec, illa a Janio atque Mitscherlichio: tamen ferendas esse nego, verumque censeo cum Vanderburgio *addidit*. Cohortes oppidis addidit Octavianus, i. e., cum Suetonio ut loquar Octav. 13., veteranos municipalibus agris collocavit; quibus agris, ab se antea non possessis, parum recte *redditi* milites dicerentur. 41. Pronuntia, quasi esset *consiljum*. Vid. ad 8, 1. 43. *turbam* etiam Vand. Sed cf. 47. 46. *urbes*. Frigere vox visa, cum de *terrâ* dictum sit, statimque dicatur de *turbis mortalibus*. Reposuit igitur Bentlejus *umbras*; Cuningamius *orbes*, orbes stellarum, id est ipsas stellas, quemadmodum *orbis* dicitur pro orbe terrarum. Sed neutrum probabile, neque quidquam mutandum est, modo *urbes* interpreteris civitates suis legibus rectas, qualis inprimis Roma fuit, quibus op-

ponuntur *regna* Parthorum, Arabum et barbarorum, quae regna vocat *tristia*, id est saeva vel abominanda, quia libertatis in iis vestigium nullum. Cave enim Inferos intelligas cum plerisque omnibus interpretibus; quâ ratione, quid τῷ *urbes* facias plane nesciveris, cum secundum nos mundum per partes Hic describat, primum physice (terra, mare), deinde politice (urbes, regna), tum νοερῶς diis hominibusque constantem, qui instar omnium animantium nominantur.

50. Recte Parmenses sublatâ interpunctione: *Fidens juventus horrida brachiis*, id est: juventus horrida (barbis et capillis: vid. Apollod. 1, 6, § 1), fidens brachiis. Titanas confundi hoc loco cum Gigantibus, more seriorum, versus 51 — 56 sunt indicio. *Horrida brachiis*, quod vult vir doctus, affectate dictum. 58. Vand. T.: *Pollent*, non rarâ s et l litterarum permutatione. 69. Vandd.: *gigas*. Vid. ad. 2, 17, 14. 76. *Aetnam* et *Ethnen* passim in Vanderburgianis libris conspicitur, sed et vulgata.

Od. 3, 5, 8. *armis* Vandd. Dacerius, suffragante Vanderburgio: „Comment Horace peut-il reprocher à des prisonniers d'être restés dans les champs, dans le pays des Parthes, lorsque le gouvernement négligoit de les racheter? Il est bien plus naturel de croire qu'il leur reproche d'avoir porté les armes pour ces mêmes Parthes; car il dépendoit d'eux de s'en dispenser.“ 10 Prius *et* omissum in 4 Vandd. 15. Vand. D in ordine: *exemplis*.

23. Vand. H.: *clusas*. 33. Commate vel semicolo distinguendum post verbum *hostibus*, siquidem hoc vult Regulus, exemplo usurpato rei prorsus ἀδυνάτου, si cerva de plagis elapsa pugnet, tum fortem militem futurum illum, qui hostibus se unquam dediderit. Ut Fea interpunxit, haec est sententia: „Etiamsi pugnat cerva, num propterea fortis erit ille, qui se hostibus credidit?“ quod falsum atque ineptum. Etiam sequentia verba usque ad *miscuit* versu 38. pravâ interpunctione sunt obscurata, quae rectius alibi excusa erant, rectissimeque omnium descripta in editione Bentleji, cui in Parmensi obtemperaverat ipse eques de Azara. Et primum quidem verba *Et Marte — mortem* cum manifesto ad superioria pertineant, ne ipsa quidem pro interrogatione haberi possunt. Deinde illa *Hic*,

unde — miscuit seorsim accepta vehementer frigere cum intellexisset sagax Britannus, his quoque ad praecedentia relatis, et *Hinc* pro *Hic* reposito, quae mutatio lenissima est (*), erexit sententiam, puleràque oppositione mortis et vitae illustravit. Sane hac ratione meliorem nemo, ut opinor, inveniet, estque igitur locus sic scribendus:

Si pugnat extricata densis
Cerva plagis: erit ille fortis,
Qui perfidis se credidit hostibus;
Et Marte Poenos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners, timuitque mortem
Hinc, unde vitam sumeret, inscius
Pacem duello miscuit. O pudor! etc.

Vitam victum interpretari licet, ut miles timuisse dicatur, ne mortem sibi inferrent Carthaginienses, qui potius debellandi erant cogendique, ut victum sibi praeberent, et se victorem suo sumtu alerent, ut fit in bellis. Sic vita morti magis proprie opponetur, quam si famam perennem sive immortalitatem intelligas, ut 4, 8, 14., Ovid. Met. 15, extremo versu, locisque poëtarum non paucis similibus. Eodem versu *sumeret* valet *sumsisset*, quemadmodum usurpari solent imperfecta. Denique seu legas *aptius* cum Bentlejo secundum 10 libros, quibus adstipulantur aliquot Vanderburgii, seu serves vulgatum *inscius*, quod fere habent ejusdem meliores codd., ad sententiam nihil aut non multum interest. 43. plures Vandd.: *A se*. 51. etiam quidam Vandd. male: *amicos*, ut versu 47. 54. 4 Vandd.: *Disjudicata*.

Od. 3, 6, 9. Vandd. B D E et alii 11: *Monaesis*, quod metro refragatur: vid. Gesn. ad 3, 2, 1. Schol. Cruq. ex emendat. Ruhnkenii ad Vellej. 2, 78.: *Parthi bis de Romanis*

(*) Vand.: „Hic locus in cod. S cum lectione Sanadonis (seu Bentleji) consentire videtur; nam sic scriptus est: timuitque mortem (sine distinctione) Hic unde vitam sumeret aptius etc. Supra literam i in verbo hic adest incurva lineola, quae verbum illud in verbum hinc commutare solet“ etc.

victoriam retulerunt: prius enim Crassum, post Decidium Saxam, legatum Antonii, cum exercitu ceciderunt.

10. *Inauspicatos* etiam 8 Vandd., quod displicet propter similе initium vocabuli *impetus*. Alioqui vulgatam lectionem a correctore profectam esse crederem, qui nesciret, ab iambo passim incipere versus alcaïcos. Vid. Od. 1, 9, 1; 31, 9, 17; 35, 37; 37, 22; 2, 7, 22; 3, 1, 2 etc. 22. *artibus* Vandd. 5. 27. Vandd. 3 in ordine: *intermissa*. 28. *Oscula* pro *Gaudia* Vand. D et Eduardus a Zurck in variis lectt. 36. *durum* 6 Vandd.

Od. 3, 7, 4. *fidei* Vandd. praeter V. Cf. Gell. 9, 14. Acuendi judicii causa haec adscribam ex H. Stephani diatribe 2. de sua editione Horatii: „Potissimum eos locos mutare nolui, ubi quum recepta lectio commoda sit, ea contrà, quae pro ea reponitur, non commodiorem significationem, sed eandem et aliquid etiam incommodi habet: nimirum quod ei venia opus sit, utpote aliquo licentiae genere utenti. Talis est locus Od. 16 lib. 3,

Quàm si quidquid arat non piger Appulus.

Cur enim hic cum Lambino vulgarem lectionem *non piger* mutassem in *impiger*, quum nihil aliud quam licentia carmini hac mutatione accedat? Sic in Epodis (12.)

O ego non felix, quem tu fugis, ut pavet acres
Agna lupos.

Quamvis enim apud Charisium legatur *O ego infelix*, sine elisione, lectionem vulgarem minime mutandam esse judicavi. Quid? debuine et adversus hunc locum (Od. 3, 7, 4)

Constantis juvenem fide

aliquid moliri? Certè si Latinè atque adeo Latinissimè non dicitur *homo constanti fide*, multi ex primariis scriptoribus errant. — At si dicitur (*), cur voluerit Horatius licenter ita loqui potius quam *constanti fide* (praesertim numeris id permit-

(*) Male apud Steph: — errant: at si dicitur etc. quasi haec uno tenore legenda sint, cum verbis At si incipiat objectio. Quod sequitur, scilicet, ironicum est.

tentibus) dicere? — Huic loco scilicet valde accommodatus erat genitivus antiquus *fide* pro *fidei*, qui nulli alii Odarum vel Epodwn loco conveniebat. Neque enim ibi ultum aliud hujus archaismi exemplum extare puto. Legitur quidem Sat. 3. libri 1. *fide* pro *fidei*, sed cogente versu, — *quid faciam, si furtum fecerit? aut si Prodiderit commissa fide?* — At Virgilius et Ovidius, hic *fide*, ille *die*, pro *fidei* et *diei* itidem dixerunt. — Quid? nonne et illos eadem necessitate cogi locis in illis vides, qua hìc cogitur Horatius? Ita denique sentio, nonnullos esse archaismos, sicut tropos, quibus poetae (ac praesertim Virgilius) nulla etiam cogente necessitate usi sint: quod versus aut nulla aut levi mutatione stare absque illo patuerit: quosdam contrà, quorum velut opem et auxilium versus imploraverit, ad numeros aptos alioqui non veniens. Talem esse hunc Nasonis dico, Met. 3.

Prima fide vocisque ratae tentamina sumpsit
Caerula Liriope.

Talem hunc Virgilii Georg. lib. 1.

Libra die somnique pares ubi fecerit horas.

Et Aeneidos 1. *Munera laetitiamque die*, ut quidem nonnulli legunt: nam et duae aliae lectiones afferuntur. At nulla necessitate cogente minimè ita loquuturos fuisse puto: minus certè Nasonem quàm vel Virgilium vel Horatium. Atque adeo hunc non magis delectatum hoc archaismo fuisse puto, quàm ea, qua alibi utitur, synchysi: qualis ibi est, (4, 15)

Phoebus volentem praelia me loqui,
Victas et urbes, increpuit, lyra.

Quis enim dubitet quin, si huic ablativo locum alium, suum videlicet, dare potuisset, daturus fuerit? si quidem hoc tanquam certum ac minimè controversum statuatur, illum eò ablativum hunc referre voluisse. Video enim in plerisque editionibus nullam post verbum *increpuit* interpunctionem esse positam: nescio an incuriâ praetermissam, an tanquam minimè necessariam. Quum autem non dubium sit quin debeat hujusmodi synchysis invitio potius quàm in laude poni, miror esse qui versum hunc Saty-rae 5 lib. 1.

Penè macros arsit dum turdos versat in igne

conquerantur ita ex veteribus libris esse mutatum:

Penè arsit, macros dum turdos versat in igne,

etiamsi quorundam enarratorum sive grammaticorum auctoritate haec lectio nitatur. Nam his opponi non solùm librorum veterum et alius cujusdam enarratoris anonymi auctoritas potest: sed hoc etiam, quòd fieri non potuerit quin ista verborum collocatio, quae illam synchysin non habet, in mentem poetae prius quàm altera veniret. Quòd siquis alias multo duriores apud eum extare dicat, hoc illi concedam, sed, non itidem nulla cogente necessitate illis usum esse, addam. Praesertim verò ubi lectionem vulgo receptam magis poeticam esse judicavi, alteram contempsi, ut hoc in loco:

Quis scit, an adjiciant hodiernae crastina summae
Tempora dii superi?

Nam hic pro *summae* quaedam exemplaria habent *vitae*, non minus quidem certè aptum sententiae, sed minus poesi, et quidem Horatianae (quum hic illos *sermones per humum repentes* non scribat) conveniens."

Judicii, inquam, acuendi causa et haec adscripsi, et similia plura, etiam loquaciora, ejusdem editoris infra, data occasione, inseram nostris annotationibus: nam alia falsa in his inesse, alia minus perpensa, quis hodie, tot interim doctissimorum hominum publicatis de Nostro scriptis, non sentiat? quae singula excuti hoc loco minime necesse est; verum etiam probabiliter et hic et alibi non pauca disputat bonus Stephanus, quae diligenter examinare proderit juventuti; neque plus justo laudis erudito typographo tribuere puto Janium, cum aureas eas diatribas vocat in Prolegomenis editionis suae, in quibus diatribis magnum se et generosum, sed eundem modestum quoque, criticum Stephanus praestiterit.

20. *Movet* Vandd. B et C in ordine. 22. *Spernit* var. lect. Zurck. et A Vand. a m. 2. 30. *cantum* H Vand.

Od. 3, 8. Vide monita de Odâ hujus libri 29. 4. *Is* omissum in 9 Vandd., et in V deletum. 15. Vandd. H et O: *Profer*, Q *prefer*, Mongez. apud Vand. in ordine *Refer*. 25. Vandd. fere *Neglegens*, quod obsoletum. Sequente versu quod

vulgo legitur in fine, *et* abest etiam a Vanderburgianis A, M, P. *Privatus* recte explicatum a Bentlejo *ut privatus* vel *in privatis tuis rebus*, inprimis valetudine, quâ minus commodâ Maecenas utens nimium sibi timebat, videbaturque *ex rebus amoenis*, ut ille ait, *exaruisse*. 27. *rape* 4 Vandd. in ordine, estque ea var. lect. in Mongeziano. Ibidem *et* pro *ac* fere omnes Vandd.

Od. 3, 9, 2. *melior* pro *potior* S Vand. 4. *Persarum rege*. Vel qualis olim fuit, vel Parthorum: vid. Vand., qui confert. 5, 4. et 4, 15, 23. 5. *aliam* D V et 4 recentt. Vandd., fortasse ob m litteram in *magis* male iteratam. Utrumque bonum et Horatio usitatum, sed vulgatae scripturae *aliâ magis* sonus suavior evitato m litterarum concursu, qui est in alterâ *aliam magis*.

9. *Cressa* Vandd. N, S. 12. *parcunt* 2 Vandd., ut etiam versu 16. 17. *Quod si* γ' Vand. 21. *Quamvis* 6 Vandd.

Od. 3, 10, 6. Vandd. duo *satum*, reliqui *situm*. In A correctum *sacrum*. 10. Vandd.: *Ne curv. retro funis eat rota*. 18. *animo* etiam 15 Vandd., nec male: vide notata ad praegressi carminis versum 5.

Od. 3, 11, 17 seqq.

> — Cerberus; quamvis furiale centum
> Muniant angues caput ejus, atque
> Spiritus teter, saniesque manet
> Ore trilingui.

Locus haud dubie depravatus: nam primum *ejus* friget juxta *furiale*, id est Furiarum simile, quale fingitur Cerberi, abhorretque ab hoc genere carminum, ubi non est distributivum sequente pronomine relativo, ut Od. 4, 8, 18 (nam Sat. 2, 1, 70, Ovid. Trist. 3, 4, 27. et similia *sermoni propiora* (*) huc non pertinent); deinde ferendum non est, *manet* referri ad verba *Spiritus teter*, cum de *sanie* tantum recte dicatur et proprie, de *spiritu* quamvis dici possit, tamen hoc loco non nisi per metaphoram usurparetur, itaque simul proprie poneretur

(*) Ovid. Met. 8, 16. haud invitus legerim:
In quibus auratam proles Letoïa fertur
Deposuisse lyram; saxo sonus h u j u s inhaesit.

et μεταφορικῶς, quod invenustum; tum *atque* extremo versu non placet in odâ, ubi si quando copula inferenda est, *et* infertur vel *ac*, praesertim per ecthlipsin, *atque* propter πλατύτητα in significatu levi vitari solet, quod quidem Hujus uno in loco legitur, Od. 2, 10, 21, quo loco si quis reponat *animosus utque Fortis appare*, id est: sic appare, ut apparere solet animosus ac fortis, qualis es, me non invito faciat, qui u et a litteras sexcenties permutatas inter se sciam. Sed his missis rem praesentem agamus, videamusque, quomodo affectus versibus opitulati fuerint critici. Et Bentlejus quidem legendum conjecit: — caput, *exeatque* Spiritus etc, Cuningamius: — caput, *aestuatque*, Wakefieldius servatis verbis *Muniant* et *manet* (nam Cuningamius dedit: quanquam f. c. *Muniunt* a. c., *aestuatque* S. t., s. *manat* O. t.): — caput *aestuetque*. Miratur Gesnerus, nemini in mentem venisse *effluatque*, quasi non simile esset *manet*. Omnia haec nimium quantum discrepant a ductibus lectionis vulgatae *ejus atque*, cui lectioni nihil propius verbo *ejulatque*, cum praesertim constet, saepius l et s litteras confundi in libris, quâ de re vide vel supra 4, 58. Rescribendum igitur censeo:

— quanquam furiale centum
Muniunt angues caput, ejulatque
Spiritus teter, etc.

Mirum, ni *vocis* Cerberi Noster meminit in descriptione paulo accuratiore. Non ita solent poëtae. Virg. Aen. 6, 417:

Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
Personat, adverso recubans immanis in antro.

Ovid. Met. 4, 450: tria Cerberus extulit ora, Et tres latratus simul edidit. Seneca Herc. fur 782.:

Post haec avari Ditis apparet domus;
Hic saevus umbras territat Stygius canis,
Qui trina vasto capita concutiens sono
Regnum tuetur etc.

Similiter hoc loco Horatius, halitum vocemque uno verbo significans, spiritum Cerberi tetrum ejulare dixit. Vitruvius 5, 3: Vox est spiritus fluens et aëris ictu sensibilis auditui. Celsus

5, 26, ubi recenset signa pulmonis icti: Fertur spiritus cum sono. Gesnerus in Thesauro lat. linguae: „Ejulatus, ploratus rationis expers“: ne hominis tantum esse existimemus; similiterque plorare canes dixit Lucretius 5, 1071. Ceterum nota canum natura sonis musicis ingemiscentium ululantiumque. Cf. Pindar. Pyth. 2, 25 seqq. Quinctiliamus 10, 1, 96: Inter Lyricos solus fere dignus est legi Horatius, quoniam et insurgit aliquando, et plenus est jucunditatis et gratiae, *variisque verbis et figuris felicissime audax*. Cf. Epist. 1, 1, 3, 8; 5, 23. (*Corruget nares*) etc.

30. V Vand.: *quid nam*. 31. D Vand.: *ferro Perdere duro*. Non raro verba transponunt librarii, sive oscitatione, seu melius scilicet facturi quam ipse scriptor; quâ de re monui nuper in Vindiciis Ovidianis. Cf. 1, 22, 17. 42. Etiam Vand. excudi jussit *eheu*, quod mireris: vid. ad 1, 15, 9. 46. V Vand. a m. 1.: *demens* pro *clemens*, vitii genere frequente, de quo pridem dixit P. Leopardus Emendatt. 10, 25.

52. Vandd. C et D: *Sculpe*, quod et aliis ejus familiae adscriptum pro variâ lectione.

Od. 3, 12. Notae lites de metro hujus carminis, quas enarrare longum est. Id tamen testimoniis veterum grammaticorum, in his Terentiani Mauri pag. 2429. Putsch., constat, in strophas haec dividenda esse, fallique Cuningamium Animadvv. in Horat. Bentl. pag. 315, cum uno tenore omnia effusa putat propterea scilicet, quod Martianus Capella De Nupt. Philol. lib. 4. cap. ult. condiderit ionicum carmen, cujus singuli versus sint tetrametri. „Vix,“ inquit, „dubitandum est, quin et Graecum aliquem Lyricum et Horatium in eo imitatus sit.“ Levis profecto ratio, quamque ne ipsi quidem Cuningamio placituram fuisse putem, nisi melioribus obloquendi studio abreptus coecutiisset. Quis est enim, quaeso, qui fines strophārum non agnoscat in verbis *linguae*, *Hebri*, *victus*? quis ipsas sententias expendens, non videt, proprium suum argumentum habere quamque stropham, cumque in primâ vicem commiseretur Noster puellarum ab amore et vino prohibitarum, secundâ Neobules in Hebrum amorem commemorare; jamque hunc a nitore, id est pulcritudine, laudare eâdem strophâ, dein tertiâ peritum dicere exercitationum in Campo

Martio, tum postremâ venationis, quo excellebat adolescens, studium praedicare? Recte itaque, nisi omnia me fallant, Bentlejus ita haec digessit:

Miserarum est neque amori dare ludum, neque dulci
Mala vino lavere, aut exanimari, metuentes
Patruae verbera linguae.
Tibi qualum Cythereae puer ales, tibi telas
Operosaeque Minervae studium aufert, Neobule,
Liparei nitor Hebri,
Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,
Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno
Neque segni pede victus,
Catus idem per apertum fugientes agitato
Grege cervos jaculari, et celer arto latitantem
Fruticeto excipere aprum.

minus bene Cuningamius Animadvv. pag. 319., secundum Victorinum, ut videri quidem vult, hoc modo, ut versus, item in quatuor strophas redacti, finiantur vocabulis *dulci*, *exanimari*, *linguae*, *telas*, *aufert*, *Hebri*, *undis*, *Bellerophonte*, *victus*, *agitato*, *arto*, *aprum*. Vanderburgius, Latina versiculis suis francogallicis (*) aequaturus, primam stropham ita scripsit, ut ante fecerat Praedicowius in editione Horatii, quam anno 1806. publicavit mirabilissimam:

Miserarum est
Neque amori
Dare ludum,
Neque dulci
Mala vino
Lavere, aut ex-
animari,
Metuentes
Patruae ver-
bera linguae.

(*) Sunt illi τετρασύλλαβοι in hunc modum:
Destin fâcheux,
Etre sevrée
Des tendres jeux
De Cythérée! etc.

et similiter tres reliquas, ut versiculi uno quisque consistent pede ionico a minore, quale metrum in totâ antiquitate non invenias. Contra carmen sine interruptione scriptum, ut prosa oratio, in libro Mongeziano.

Versus 5. 6. male Gesn. jungit, quasi lavantem Hebrum videre fingatur Neobule. Versu 9. *et* abest in 4. Vanderburgii Sequente ejusdem cod. d. codd. 13.: *arto* vel *arcto*. Ceterum in verbis *Simul — aprum* intelligendum *est*, et fortasse inserendum post *idem*, ubi facile erat negligi (*idẽẽ idẽ*): nam ad *nitor* referri non posse verba *eques* et *catus*, recte animadvertit Faber.

Od. 3, 13, 9. Wakef.: *aura* pro *hora*, quod ingeniosum quidem, sed non necessarium, judice Eichstadio ad Ommeren. Laudat Wakef. Virg. Aen. 2, 649, Valer. Flacc. 3, 213, Lucret. 6, 222; Eichstadius Böttigerum et Mitsch. 16. Vandd. 6 a m. 1.: *Nymphae*. H Vand.: *dissiliunt*.

Od. 3, 14, 6. *sacris* pro *divis* 5 Vandd. a m. 1. 7. 3 Vandd. bonae notae: *cari*.

11. *expertes* item legitur in editionibus Sanadoni et Wakefieldii, quem vide Silvae crit. I. pag. 151. Eichstadius quoque probat eam lectionem l. l. ad 13, 9, neque conjecturam verissimam vitiosae codicum scripturae posthabuit Mitsch. Ibidem *nominatis* (*δυςωνύμοις*, *ἐκ ὀνομαςοῖς*) ostendunt 11 Vandd., quod probo, etsi altera quoque lectio habet quo se tueatur: vidd. Muret. Var. Lect. 15, 19, et ad h. l. Bentl. Sanad. Gesn. Wasii Senar. cap. 4., nos ad A. P. 65. In margine Vanderburgiani libri V est *ominatis*. *Jam* minime otiosum, ut non nemini visum est, modo id referas ad *Parcite*. 17. Vand. D: *o puer*, non male, nisi quod sublectum videtur versu 10. 19. Legendum fortasse *si quae* cum Pareo in Lexico crit. h. v.: ne dici putemus *si quà testâ*. *Qua* nominativo non potest produci.

20. *testa*. Vid. ad Sat. 2, 3, 116.

Od. 3, 15, 2. *pone* pro *fige* 2 Vandd. a m. 1. 4. P Vand.: *proprior*. 16. *vetula* etiam 10 Vandd., in his 4 seculi decimi, adstipulantibus veteribus scholiastis.

Od. 3, 16, 7. De Bentlejano *Risisset* vide ad 1, 13, 6; quod, si verum esset, sic explicare deberemus: Jupiter risit, et

Venus risit; in quo incertum foret, uno tempore an diverso id factum esset. Atqui simul illi riserunt, utpote hac de re deliberantes (*fore — deo*): ergo rectius *risissent*. 13. *Dimersa* Vandd. 6; *excidio* 4 a m. 1. 18. *perhorruit* legisse videtur Scholiastes vetus, ut monet H. Stephanus in editione. 22. *Ab dis* antiquiores Vandd. 26. Corrector in Vanderburgii Ms. V: *non piger*. Sed cf. 24, 5; 2, 13, 16, A. Politiani Miscell. cap. 71, nos ad Plaut. Amph. 483, ne quem moveant, quae H. Stephani adscripsimus ad 7, 4.

31. Eichstad. ad Ommeren. duplicem hellenismum ita explicat: *τὸ ὕδωρ — λανθάνει τὸν πλέσιον ὀλβιώτερον (ὄν)*.

Vand.: „Ne dût-on voir dans cette Ode qu'une manifestation spontanée des sentimens de l'auteur, je la regarderois toujours comme un de ses chef-d'oeuvres. Je dirai plus: s'il y en a qui lui font plus d'honneur comme poète, il n'en est qu'une seule (la vingt-neuvième de ce Livre) qui mette son caractère dans un si beau jour. C'est dans ces deux Odes, c'est dans ses épîtres, et surtout dans la septième du premier Livre, qu'il faut étudier l'ame d'Horace. On se convaincra qu'on peut dire de lui ce qu'il disoit de Plotius, de Varius et de Virgile (Lib. I. Sat. 5, 41) *animae quales non candidiores terra tulit*; et l'on rira de pitié en songeant aux commentateurs qui, après avoir écrit de gros volumes sur ses ouvrages, n'ont vu en lui qu'un courtisan avide et un vil flatteur."

Od. 3, 17. Vand.: „On ne sait en quel temps cette Ode fut écrite. Il paroît qu'Horace étoit à la campagne (?) chez Aelius Lamia, à qui elle est adressée. On peut la regarder comme un simple badinage dans le genre du fameux sonnet de Scarron, *Superbes monumens de l'orgueil des humains*, etc. Le poète commence, avec beaucoup d'emphase, à relever l'illustre origine de son ami, et finit par lui dire de serrer son bois avant la pluie, et de se régaler avec ses gens. Si l'on adopte ce sentiment ouvert par M. Mitscherlich, on trouvera, comme lui, fort inutile de retrancher avec Sanadon, suivi en cela par M. Wetzel, les vers 2 — 5 de cette Ode, qui se lisent dans tous les manuscrits" etc. Vide de Lamia not. ad Epist. 1, 14, 6. 5. Aliud egit Fea, cum haec ita divisit;

nec melius rem gessit Vand., verbo *fastos* finiens parenthesin. Scilicet servatâ codicum lectione *ducis*, quo se verterent, editores nesciverunt; quam lectionem ab aliquo correctore invectam puto, qui vocabulum *genus* haberet pro casu quarto, et ad antecedentia referret. Cujus scripturae molestiam sentiens acerrimi vir judicii, D. Heinsius, reposuit *ducit*, merito probantibus Bentlejo Cuningamio et Gesnero. Sane sic legendum:

Aeli, vetusto nobilis ab Lamo
(Quando et priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, et nepotum
Per memores genus omne fastos
Auctore ab illo ducit originem,
Qui Formiarum moenia dicitur
Princeps et innantem Maricae
Littoribus tenuisse Lirim,
Late tyrannus), cras etc.

Ceterum versu 1. Vandd. N et Q: *a Lamo*. 4. mire Vandd. B Φ^1 *fastus*. 12. D Vand. a m. 1. *sternit*. 13. Vanderburgii B: *potis*; H et P: *potest*; ceteri: *potes*. 14. recte Bodon.: *Genium*. Vid. inprimis de Geniis Clariss. Creuzer. Symbol. et Myth. 3, 36, 50 etc., nos ad Epist. 2, 1, 144. 15. Omnes Vandd.: *bimenstri*, sed in B n additum recente manu.

Od. 3, 18, 3. *Lenis incedas*. Wak.: „Videtur," inquit, „Horatius eleganter tangere modum, ad quem picturae Faunorum et statuae formabantur, quem descripsit Sil. 13, 327." Alienam hanc elegantiam vocat Eichstad. ad Ommeren., laudatque Mitscherlichium ad h. l. Sed rectius, puto, Vand.: „Ceux qui croient qu'Horace, dans ce vers, veut prévenir le courroux de Faune, n'ont pas si grand tort que M. Mitscherlich le prétend. Faune avoit de grands rapports avec Pan, et Dacier remarque fort bien que ce dieu grec étoit fort colère." Cf. Creuzeri. Symbol. et Mythol. vol. 3. pagg. 218 seqq. 7. Vandd. B C Φ^1 R et D inter lineas: *creterrae*, pro *craterrae*, ut videtur; sed utrumque vitiosum. *Crateris*, quod habetur in lectt. Zurck., est a glossatore. 10. 6 Vandd. *Decembris*. 11. Zurck. in varr. lectt. et Vand. P: *otiosa*. 12. Vand. C pro

variâ lect. habet *grege*. *Pardus* pro *pagus* a m. I. Mongez. et 12. codd. Pariss. apud. Vand., tam veteres quam recentiores. Glossa libri φ^1: „Illo die festivitatis Fauni pardi cum bobus, lupi cum agnis, mansuete morantur, Fauno pacificante illos.“ Laudat de hoc loco Eduardus a Zurck Sigonium 2. Emendd., et in notis: „Risum,“ inquit, „hic debuit Robortello Muretus, cum ex libro, ut ait, Patavio sibi misso pro *pagus* corrigit *pardus*, quasi in Italiâ pardi sint, uti in Africa et Syriâ. Ita magni viri Musis saepe plorantibus quisquilias colligunt. Vid. Robortelli Ratio corrig. antiquos.“ Jesaiae cap. 11. v. 6. verba illa *Habitabit lupus cum agno et pardus cum hordo* obversata esse animis descriptorum, non male censet Bentlejus.

Od. 3, 19, 1. etiam Vandd. V P et Q: *aistat*. 2. Sic item Vanderburgii 7, in his 4 antiqui. Vid. ad 1, 22, 17, et cf. varr. lectt. Zurck. 14. Vandd. I, P: *petat*. Margo libri S: *potet*. 15. Aliquot Vandd. *tris*. 27. *Rhode* etiam Vandd. A, E, I, γ^1 a m. I.

Annotatio Vanderburgii ad versus 11 — 17. (*Tribus aut novem — sororibus.*)

„Pour bien entendre ce passage, il faut d'abord distinguer le *poculum* du *cyathe*, et savoir que par *miscentur* Horace commande réellement un *mélange* de vin et d'eau. Le *poculum* étoit la coupe dont chaque convive se servoit pour boire; le *cyathe* étoit une mesure dont il entroit douze au setier (*sextarius*), comme il entroit douze onzes dans l'*as*. Horace ordonne donc ici deux mélanges différens pour la commodité de ses convives (*commodis*). Pour les buveurs déterminés, parmi lesquels il place les poètes, des 12 cyathes qui composent le setier, 9 seront de vin, et les 3 autres d'eau; pour les convives plus sobres, pour les amis des Grâces, on mêlera au contraire 9 cyathes d'eau à 3 cyathes de vin. Ni Dacier, ni Sanadon n'avoient complettement entendu ce passage, que MM. Nitsch, Wetzel et Mitscherlich ont parfaitement éclairci. On peut voir dans le commentaire de ce dernier les autorités dont il s'appuie. La qualité de nos vins de France, auxquels les buveurs ne mêlent jamais d'eau, avoit trompé sans doute l'académicien et le jésuite, qui ont cru voir dans ce passage l'obligation un peu dure d'avaler jusqu'à 9

cyathes, ou les trois quarts d'un setier, d'un seul coup. Notez que, selon Dacier, le setier romain (*sextarius*) étoit les 3 quarts de notre ancienne pinte; de sorte qu'en 3 santés le poète eût avalé plus d'une pinte et demie. Ils auroient dû se rappeler d'autres passages où Horace parle évidemment de mettre de l'eau dans le vin, ce qui étoit nécessaire de son temps avec certains vins d'Italie très-capiteux et très épais. On voit, au reste, par ceci, qu'Horace ne prenoit à la lettre les cent cyathes qu'il dit à Mécène de boire, dans l'Ode 8. de ce Livre, vers 13. Le nombre défini est pris là pour l'indéfini.

Je ne dois point oublier une observation nouvelle et très-fondée de M. Zeune dans les notes qu'il a ajoutées à l'Horace de Baxter commenté par Gessner (Leipsic, 1802). Il pense, dit-il, que le cyathe avoit la forme d'une grande cueiller, ce qui eût été en effet très-commode pour l'usage qu'on en faisoit, et qui paroît avoir été de puiser dans un vase de l'eau ou du vin pour les verser dans un autre. M. Zeune cite Caelius Aurelianus, médecin antérieur à Galien, et qui parle d'une pince épilatoire (*Volsella*), dont la forme ressembloit à celle du cyathe. A ce témoignage il ajoute celui de Festus, où l'on voit que le cyathe ressembloit assez au *simpuvium*, ustensile qui servoit à faire des libations aux dieux dans les sacrifices. Nous pourrions le comparer aux cuillers dont on se sert aujourd'hui pour servir le punch."

Od. 3, 20, 1. O Vand. *tumultu* pro *periclo*. 3. *paulum* 9 Vandd. 6. In Vanderburgiano libro T correctum *ibis*. 13. Vandd. P et Q: *levi*, V: *recreasse*, frequente n et u, r et s, litterarum confusione. 15. Vandd.: *Nereus*.

Od. 3, 21, 5. *numine* etiam P Vand. 10. Quidam Vandd. *negleget*; A, I, M: *neglegit*.

13. Vandd. γ', V, I, M, R: *amoves*, ut etiam T manu correctoris. In libro V alterum adscriptum. 22. *nodum* sodalitii, quemadmodum *amicitiae nodum* dixit Cic. Lael. 14.

Od. 3, 22, 1. Bodon. sine distinctione, quod minus placet: *nemorumque Virgo*.

Od. 3, 23, 7. Vandd. fere *Rubiginem*. 12. *securim* etiam

Vanderburgii O et S a m. 1., eademque varia lectio in libro ejus Q et apud Zurckium.

17. *Immunis manus.* Frustra turbant interpretes, neque probandi sunt veteres Scholiastae, subaudiendum extrinsecus *scelerum* existimantes. Notum ex Festo, Servio ad Aen. 5, 734, aliisque, *immunes* dici liberos a muneribus publicis, tributis, vectigalibus etc. Isidorus Etymol. l. 4.: „Amoena loca Verrius Flaccus dicta ait, quod sine munere sint, nec quidquam in iis sit officii, quasi amunia, id est sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur. Inde etiam nihil praestantes Immunes vocantur.“ Per metaphoram igitur dicta *manus immunis* ea, quae praestare nihil debet, cui sacrificandum non est diis ob admissa scelera, quaeque frugibus vel pecori iratos penates farre et micâ salis facile placat, non futura blandior sive acceptior hostiâ sumtuosâ. Cf. Od. 4, 12, 23; Epist. 1, 14, 33.

19. Vandd. γ' et H *mollivit*, ceteri *mollibit*. *Mollivit* etiam ipse praetulerim.

Od. 3, 24, 4. *Apulicum.* Vandd. S a m. 1.: *ponticum*; B: *pulicum*, a litterâ neglectâ, de quo genere corruptionis monitum nuper a nobis ad Ovid. Met. 15, 69 secundum J. F. Gronovium ad Senecae Herc. Oet. 1181. Exortum inde, ut recte Vand. existimat, *publicum*, quod legitur in nonnullis codd., cuique in Vanderb. libro γ' adscriptum est pro interpretatione: *omnibus patens*, etc. 5. *figat* glossator A Vanderburgiani, et T in ordine, male: nam *Si* hoc loco valet *Quandoquidem*. Ei, quem compellare se fingit poëta, diviti et avaro, sperandum non esse unquam dicit liberum metu periculorum ac mortis animum, cum etiam summis verticibus, id est capitibus seu viris, clavos suos firmissimos Necessitas fati adigat, quemadmodum cuneis affixus Caucaso dicitur Prometheus, nec semel Carthaginiensium duces in crucem acti sunt, Regulusque *omnibus suppliciis extinctus est*, ut ait Eutropius 2, 25. Frustra hic turbatur. De producta posteriore syllaba $\tau\tilde{\delta}$ *figat* monitum ad 16, 26. 7. Vandd. 3: *animos*.

10. Vand. R.: *Q. p. domos rite trahunt vagas*. Vid. ad 1, 22, 17. 20. *timido* pro *nitido* P Vand., primis verbi syllabis inter se permutatis, quemadmodum *geret* pro *reget* Ovid. Met. 15, 834., *telum* pro *letum*, Senecae Herc. Oet. 976, aliaque

ejusmodi sexcenta et olim legebantur et adhuc leguntur in scriptoribus, quae attigi Vindiciarum Ovid. paginis 161. sequ. Nam litterae m et n persimiles in libris. 24. Sic et 14 Vandd., cum in tribus recentioribus legatur *pretium meri*, in uno autem libro scriptura non liqueat. Assecutus est Gesnerus sententiam loci, nec male tuetur *emori*, quod etiam in Bentleji aliquot codd. habebatur. Si quid tamen mutandum est, legendum juxta complures libros *aut pretium mori*; nisi quod alterum lectius gratiusque ob vitatum m litterarum concursionem. Quod attinet ad lectionem *aut pretium est mori*, recte de illà San.: „On a cruqu'il falloit un *est* pour remplir la phrase, et l'on n'a pas fait réflexion que ces 4 vers dépendent du verbe *est*, qui a déja précédé au vers 21. *Emori* est ici pour *mors*, comme *peccare* est pour *peccatum*" etc. Habitum fuerit *emori* pro *ēmori* (*est mori*): nam sic illi scribebant per compendium, ut monet etiam Vand. ad h. l. Quodsi quis, numerum codicum miratus, servandam copulam putet, is verba *peccare nefas*, *aut pretium est mori* accipiet pro γνώμῃ seu proverbio vulgiore jactato, quasi scribas *Et τὸ λεγόμενον peccare nefas, aut p. est m.* Sicille, quisquis est:

Avaro quid mali optes, nisi *Vivas diu?*

Alpheus Mitylenaeus Anthолog. Palat. 2. p. 39.:

Τὸ Μηδὲν γὰρ ἄγαν ἄγαν με τέρπει.

Ipse Noster Od. 1, 25, 6.:

— Audis minus et minus jam
Me tuo longas pereunte nocte,
Lydia, dormis?

Sed facilior veriorque ratio a Gesnero explicata. 26. etiam Vandd. 4, in his V: *aut rabiem*. 27. *quaerit* 8 Vandd. a. m. 1. 30. *postgenitis*, ἐπιγόνοις, pro quo et ὀψίγονοι a poëtis dicuntur, in soluta autem oratione μεταγενέστεροι. H. Steph. diatr. 2. 32. Recte virgulam Wakef. posuit post *quaerimus*, ut *invidi* referatur etiam ad verba *quatenus — odimus*. Magis enim invidi est virtutem incolumem odisse, quam extinctam requirere. Sed tamen hoc quoque eodem nomine reprehendendum est: siquidem fere viro aliquo bono mortuo, quem

maligni oderint, non deest alter aeque bonus, sed quem itidem male accipiunt pessimi isti homines, invidiae praetexentes honestam causam, quod illum extinctum requirere ac desiderare se dicunt, neque superstitem comparandum sibi videri cum defuncto malitiose simulant. 33. seqq. Virgulâ, vel semicolo, quod dicitur, interpungendum post *reciditur*, *proficiunt*, *abigunt* et *navitae*, ut appareat, *proficiunt* pertinere etiam ad verba *Quid tristes querimoniae*, haecque omnia usque ad finem versus 44. unam eandemque esse sententiam. 49 Vandd. 3 a m. 1. *materiam*. 50. Recte fecerunt, qui verba *scelerum si bene poenitet* ad praecedentia retulerunt, ut intelligatur, quâ de causâ vel seponi in Capitolio vel abjici etiam in mare res pretiosas jubeat poëta, poenitentiam scelerum significaturus: eradenda enim esse ista pravi cupidinis elementa, dein pueros asperioribus studiis formandos ad vitam rei publicae impendendam, et abstrahendos a ludis Romano indignis insatiabilique avaritiâ. 52. *pravae* aliquot Vandd. 60. Vandd. 5 a m. 1.: *hospites*, ut Brod., et vett. quaedam edd., et Bentlejus.

Od. 3, 25, 9. *Exsomnis*, ἔξυπνος, ut *insomnis* ἄυπνος. Vid. H. Stephani diatr. 2. 12. Insolitum est dicere *Non secus, ut —*; quae causa mutandae interpunctionis fuit Lambino et eum secutis editoribus. Ferendam tamen censeo minus tritam loquendi formam in carmine bacchico. Noster 4, 2, 9.: Laureâ donandus Apollinari (Pindarus), Seu per audaces *novae* dithyrambos *Verba* devolvit etc. Certe sic mirari se dicit poëta ripas fontium et abditum nemus, ut Baccham stupere Hebrum, nive conspersam Thraciam, orgiisque Rhodopen montem celebratum. Quare nolim seorsim accipi verba *ut mihi devio — libet*, deliciasque facere mihi videntur viri docti, quibus haec cum superioribus conjuncta languent. Quod in aliquot libris Bentlejus reperit *ac mihi devio*, ex interpretatione, nisi fallor, in versum irrepsit, displicuitque Sanadono etiam ob praegressam aliâ potestate *ac* particulam in istis *ac pede barbaro* etc. Sed eum quidem scrupulum facile eximeremus legendo *et* pede etc. quae vocabula quâvis paginâ miscentur. 16. Vandd. N, O, P: *fraxinus*, quemadmodum o et u litterae nonnunquam sibi invicem offecerunt, velut Ovid. Met.

2, 283 *tustos* pro *tostos* legitur in Ms. Berol., quem versavimus, et in Florentino Senecae Agam. 913. *concitus* pro *concites*, contraque Oedip. 220. in Mss. Palatt. *totos* pro *tutos*. 18. *est* desideratur etiam in 8 Vandd.

Od. 3, 26, 7. Non tam foribus isti arcus minitabantur, credo, quam lenonibus eas defendentibus, cujusmodi pugnas novimus ex Terentii Adelphis. Cf. Dacer. Noster Sat. 2, 7, 116: Unde mihi lapidem? — *unde sagittas?* Frustra sunt, qui novis hic rebus studuere. Quorum numerum auget vir quidam doctus, qui in litteris nuper ad me datis haec scripsit: „Ad Horatii Od. 3., 26., 7. quod attinet, veniebat aliquando in mentem legendum esse *arcas*, i. e. arcas argentarias, quibus malarum ejusmodi mercium fores facillime effringi quis ignorat? Ita *ictus argenteos* Plautus dixit, et notum proverbium Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχε. Noster supra 16, 9. seqq.:

Aurum per medios ire satellites
Et *perrumpere amat saxa, potentius*
Ictu fulmineo. Concidit auguris
Argivi domus, ob lucrum
Demersa exitio. *Diffidit urbium*
Portas vir Macedo, et q. s.

Arcas domo allatas, praesertim in jocoso carmine, ne miremur, faciunt similia ista Juvenalis Sat. 1, 89.: neque enim loculis comitantibus itur Ad casum tabulae, *posità sed luditur arca.*“ 9. *regis* pro *tenes* Vanderburgii D et 4 recentiores.

Od. 3, 27, 1. Digna, quae huc transscribatur, nota Vanderburgii

Sur la PARRA.

Les plus savans commentateurs modernes ne savent ce que c'est l'oiseau désigné ici par notre poète sous le nom de *Parra*. Dacier donne à choisir entre l'alouette, le roitelet, le vanneau et la mésange, sans citer aucune autorité; et il leur substitue le hibou dans sa traduction, par la seule raison que cet oiseau est pour nous de mauvais augure. M. Nitsch s'en rapporte à Linnée qui nomme le vanneau *parra*; mais Linnée n'a nullement prétendu que la *parra* des anciens

fût l'oiseau auquel il en donne le nom dans sa nomenclature moderne (*). M. Mitscherlich avoue que l'on ne sait rien de positif sur la *parra*. Les uns, dit-il, la rapportent au genre du *merops*, d'autres à celui du *vanneau*; et il ajoute, comme un fait constant, qu'elle est hupée et de couleur verdâtre, mais il ne cite point les autorités qui lui ont fourni ce fait. Cette omission d'un commentateur si exact est sans doute due à deux causes; la première, que les autorités modernes n'auroient ici aucun poids; la seconde, que dans tout ce que les anciens nous apprennent de la *parra*, il ne se trouve pas un mot de sa couleur ni de sa hupe. Ils nous disent, que son cri étoit désagréable et de mauvais augure. (Prudent. in Symmach. 2, 570.) On lit dans Festus qu'elle étoit au nombre des oiseaux qui fournissoient des présages par leur vol, *praepetes*, et de ceux qui en donnoient par leur chant, *oscines*. Mais tout ce qu'on en sait de plus se réduit à deux passages de Pline. Voici le premier (Lib. XVIII, c. 29): *avem parram oriente Sirio non apparere, donec occidat.* „L'oiseau *parra* cesse de se montrer au lever de Sirius jusqu'à ce qu'il se couche." Le second (Lib. X, c. 29) dit la même chose en d'autres termes, non de la *parra*, mais de l'*oenanthe*. On en a conclu que ces deux noms, l'un latin, et l'autre grec, désignoient le même oiseau, et j'en avois d'abord conçu quelque espoir de recueillir quelques renseignemens sur cet objet dans Aristote; mais en consultant l'histoire des animaux de ce philosophe (IX, 49), je n'y ai trouvé sur l'*oenanthe* que la même observation copiée par Pline au sujet du lever de Sirius (**). Le savant Schneider n'en dit rien de plus, ni

(*) Simili jure etiam alii utuntur, velut grallis (den Sumpfvögeln) parram avem adnumerant Bechstein (Gemeinnütz. Naturgesch. Deutschlands nach allen 3 Reichen, vol. 2. p. 359. Germanice appellat den Spornflügel, monetque, 15 ejus esse species.) et Blumenbach (Handbuch der Naturgesch. p. 206.). Cf. Buffon vol. 8. tab. 16.

(**) J. F. Gronov. ad Plaut. Asinar. 2, 1, 12.: „Jam Plinio," inquit, „lib. 11. 37. parrae avi in capite corniculatus est apex, ut phasianis" etc. Confecta igitur res videtur esse de corniculo parrae, de colore minus. Sed legit haud dubie Vand. locum

dans son commentaire, ni dans son dictionnaire, non plus que Gessner et Facciolati dans leurs grands dictionnaires si généralement estimés. On va juger si je puis me flatter d'en avoir appris davantage. C'est dans l'Horace de Fabrini (édit. de Venise, 1581) que je crois avoir découvert la vérité. Ce commentateur, qui explique Horace mot à mot en langue vulgaire, n'hésite point sur ce mot *parra*, qui en a embarrassé tant d'autres; il le traduit par *parruzza*, et continue son interprétation sans s'y arrêter davantage. Je crus d'abord la chose éclaircie. *Paruzza* est évidemment un dérivé de *parra*; il étoit encore vulgaire en Italie au seizième siècle. Je n'ai plus, me dis-je, qu'à le chercher dans les meilleurs dictionnaires italiens, et j'en saurai la signification. Malheureusement je ne trouvai le mot *parruzza* dans aucun de ces dictionnaires. J'eus recours alors aux commentateurs italiens du 15me. siècle, et je fus un peu plus heureux. Landinus ne traduit point le mot latin *parra*, mais il le regarde comme une onomatopée à cause des lettres p et r, dont cet oiseau, dit-il, se sert dans son chant. Mancinellus est plus positif. La *parra*, dit-il, se nomme aujourd'hui vulgairement *parruzza* dans le Latium (*in Latio nunc vulgo parruza dicitur*). Je ne doutai plus que *parruzza* n'appartînt à l'un des dialectes vulgaires de l'Italie, et je pris des renseignemens parmi des Italiens qui habitent Paris. Plusieurs m'ont dit que, dans quelques parties de la Lombardie Vénitienne, *parruzza* étoit le nom vulgaire de l'*effraie* (***), et M. le doc-

istum Plinii secundum emendationem Harduini hanc: „In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices, diversi quidem generis: —— pavonibus crinitis arbusculis, stymphalidi cirro, phasianae corniculis; praeterea parvae avi, quae, ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alaudae." (Heidelerohe.) Nec sane corniculum in capite habet ululae flammeata, quam in parrâ intelligit Vand., habet simile quid strix bubo Linn. (der Uhu, le Grand-duc), plumas eminentes circa aures. Vulgo tamen legitur apud Plinium: praeterea parrae avi etc.

***) Bechstein l. l. supra in notâ (*): „Schleyereule, strix flammea Linn. (rectius ululae flammeata apud Conr. Gessnerum in Ornithologia: nam flammeus a flammis dicitur, flam-

teur Pitaro s'est souvenu d'avoir en effet entendu nommer ainsi cet oiseau de nuit à *San Germano*, petite ville de l'ancien Latium où le peuple a conservé, plus que partout ailleurs, des mots latins dans son dialecte. J'avoue que toutes ces probabilités n'équivalent point encore une démonstration; mais on conviendra peut-être qu'elles en rapprochent, si l'on veut considérer que l'effraie est encore de nos jours celui de tous les oiseaux dont les cris sont le plus redoutés des gens superstitieux, et se rappeler que Buffon les exprime par ces mots *grei crei* (*), ce qui ne s'éloigne guère (?) de l'onomatopée de Landinus. Pour éclaircir tout-à-fait la chose, il ne faudrait plus que vérifier si l'effraie se cache en effet pendant la canicule, comme Pline le dit de la *parra*. Je compte pour rien l'objection que l'on pourroit tirer d'un passage de Plaute (*Asin.* 2, 1, 13), où l'aspect de la *parra* semble offrir un présage heureux (ce qu'on ne peut guère supposer de l'effraie), car la leçon est fort douteuse dans ce passage. Les Mss., dont Sambucus et Langius communiquèrent les Variantes a Plantin, lisoient *porro*, et Dacier lit en effet de cette manière. (**)

5. Etiam B Vand. *Rumpit*, ut a et i litterae nonnunquam inter se commutantur. Vide nos ad Plaut. Amph. 468, Mil. 313, Poen. supposit. 1, Stich. 245, Trin. 592, et in Vindiciis Ovid. ad Met. 15, 431. Sic pridem Bentl. secundum unum codicem, insignem, ut ait, vetustate, item Cun. et San., qui et *Ducit* v. 2., quod quidem in libro nullo legitur antiquo. Non

---

meatus a flammeo), l'effraie ou l'effrasaie Buff., the white owl Penn.

(*) Bechstein ibid.: „Sie macht in der Nacht ein klagendes kreischendes Geschrei Grei, Kreh, Kreh, Krei, bläst dazu wie ein schlafender schnaubender Mensch Scheh, Schehi, Schehu, Schihu, und setzt durch diese widrigen Töne abergläubische Menschen in Schrecken, die sie für den Vorboten eines nahen Todesfalles ansehen, und deswegen Todtenvogel nennen."

(**) Porro nunc vulgo libri isto loco, et sic etiam Mss. a me collati. Parra in vetusto codice Camerarii legebatur a manu secundâ.

multum interest, utrum horum eligas. Perstandum tamen in lectione plurimorum optimorumque exemplarium.

7. *cui* 6 Vandd. a m. I., et recte. Vid. Bentl. 13. *navis*. Etiam Graevius l. l. ad Od. I, 7, 13.: „Leg. *nabis*, *./.* navigabis. Scripta est (ode) ad Galateam navigantem (imo: navigaturam)." Steph. praefat. in quibusdam libris suis legebat *navis*. 15. Unus Vand. liber S: *vetat*. 20. Albus Iapyx. „Le vent d'ouest-nord-ouest, qui rend le ciel serein" — Vand.

23. Ms. Bentl.: *trementis Verbera ripae*, quod debilius vulgato. Mutant quoque viri docti, sed frustra omnes, nec juvat eorum commenta hic commemorare, quodque simul faciendum foret, refellere. Id unum monebo, verba *trementes verbera ripas*, quae Baxteri lectio est, non ita explicari posse, ut *verbera* sit „Graecus casus, poëtae nostro familiaris." Nullus hic ei casui locus, neque ista verba aliquid significarent, nisi ripas verbera maris timentes, quae sententia prorsus aliena. Ceterum naufragi sane sentiunt *trementes verbere ripas*, quod non assecutus San. temere quaerit: „Comment se peut-il faire que ceux qui sont en haute mer sentent l'ébranlement des rivages?" Ripas non semper fontium tantummodo et fluviorum dici, nemo ignorat. 26. *et*. Bentl. San. Wak.: *at*. Sed vid. Jan. 29. Omissum *et* in Vand. C., ut etiam v. 46. 36. Commate interpungendum post *furore*, siquidem haec una oratio est *Pater — quo veni?* 37. Leg. sine distinctione: *Unde quo veni?* 41. *quae*. Recte, si quid sentio, qui reposuere *quam*. Vid. San.

46. Τὸ *et* non conspicitur in Vand. C; placetque asyndet on παθητικόν. Copulas infercire facinus solenne librariorum.

48. Vandd. II a m. I.: *tauri*. 51. *hoc* Vand. M. 55. *Defluit* Vand. E. 60. *Lacdere*. Graevius quoque, ubi supra ad 13.: „Inepte. Lege *e-lidere*." Vandd.: *Laedere*, ut vulgo.

71. Vandd. 6 a m. I.: *visus*; 3: *reddit*. Quod ad illud attinet, scriptum fuerit primum *tibiivisus*, dein, altero i neglecto, *tibivisus*. 73. Vandd. D H J et 3 recentt.: *nescis*? Sic etiam ipse Vand.

Od. 3, 28. Vand.: „Le défaut de la plupart des commentateurs est de chercher ailleurs que dans l'auteur même le secret de ses intentions. Ainsi les uns ont cru que cette

Ode étoit adressée à une dame romaine, et cependant Horace n'auroit jamais dit à une respectable matrone: *Prome strenua Caecubum*; il ne lui auroit point proposé de chanter à table, ce qui n'appartenoit qu'aux chanteuses de profession. D'autres, en reconnoissant Lydé pour ce qu'elle est, prétendent qu'Horace va souper chez elle. Mais alors il ne sauroit pas si positivement qu'elle a dans son grenier du vin de telle année, ou il n'auroit pas l'indiscrétion de le demander: ajoutez que si l'on en croit Térence (Eun. V, 4.), on faisoit fort mauvaise chère chez les femmes de la profession de Lydé. Gessner est, je crois, le premier qui ait vu que ce souper devoit avoir lieu non chez Lydé, mais chez Horace, qui, pour passer tranquillement la fête bruyante de Neptune, avoit mandé cette fille chez lui. Dans cette hypothèse l'Ode s'explique naturellement, et il n'est pas nécessaire de supposer encore avec Poinsinet que Lydé étoit l'intendante de notre poète, ce qui d'ailleurs n'auroit pas d'inconvénient." —

Minime male Sivrius. Alioqui vix intelligas, cur vinum promere mulier jubeatur.

6. *ac.* Vandd. 4.: *et.* 7. *diripere* etiam aliquot Vandd., vitio tralaticio; unus, I. *decipere.* 8. — *amphoram?* Vandd. D H I.

9. 5 Vandd. vett. et totidem recentiores: *in vices*; et ita quidem H. Steph.. quod significare dicit *per vices*, et Lambinum reprehendit, conjuncte scribentem *invices*, ut *invicem.* Vid. praefat. ed. Stephan.

14. *Paphum* pars Vanderburgianorum. 15. Vand. V: *Ducetur.*

Od. 3, 29. Vand.: „Horace, dans cette Ode, invite Mécène à souper. On croit en général que ce repas devoit avoir lieu à la campagne. Les 3. et 6. strophes rendent cette opinion probable, sans la démontrer. Il est plus évident par la strophe septième, que l'Ode fut écrite pendant le voyage d'Auguste en Orient, et lorsque Mécène gouvernoit en son nom Rome et l'Italie. Auguste quitta Rome en 732; il y revint à la fin de 734, et il est naturel de penser que notre Ode fut composée dans l'été de 733. Quoique la défaite des Daces par Lentulus soit de cette année ainsi que la reddition des enseignes de Crassus, il est inutile d'antidater l'Ode. Mécène,

dont Horace nous fait connoître le caractère inquiet et timide, pouvoit fort bien s'occuper encore des mouvemens de ces peuples, qui ne laissoient pas d'être à craindre, bien qu'en apparence vaincus et soumis. (Voyez l'Ode 8 de ce Livre.)

L'hypercritique Jules Scaliger a fait de cette Ode le plus bel éloge. Elle commence modestement, dit-il, mais elle s'élève toujours et parvient à une hauteur où nul autre ne peut atteindre. Scaliger a raison de louer ainsi le poète lyrique. J'ajouterai que le philosophe et l'honnête homme s'y montrent sous un jour tout aussi brillant. Horace n'a point d'Ode que je préfère à celle-ci" etc.

2. *versum* 4 Vandd. a m. 1. 6 Vand. A: *Nec*; D: *Non*; ceteri: *Ne*. Nicol. Hardinge legebat *Ut*, et ὑφ' ἓν accipiebat verba *semper udum*; quorum hoc placet Wakefieldio. Sed neutro opus. 7. Vand. N.: *Proclive*. 10. Monet. Vand., ruinas turris Maecenatianae adhuc esse superstites, appellarique *Torre mezza*. 15. De *aulaeis* ad Sat. 2, 8, 54. 17. *Andromedae* etiam Vandd. 22. *horrida*, quae Lambini lectio, 3 Vandd., in his D. Satis horridus adspectus Silvani in artis antiquae monumentis. Vid. Mitsch. 23. *silvarum*, *caret qua* est in variis lectt. Zurck. 26. *Orbis* reposuit San., quia praecesserit *civitatem*. *Orbis sollicitus* idem esse ac *soll. orbis causâ*. Facilis quidem mutatio, nec ratio inepta. 29. Vand.: „M. M. Nitsch et Wetzel rapportent, sur la dernière partie de notre Ode, à commencer de ce vers, une anecdote intéressante. Le grand Frédéric se trouvant à Leipzig, avec son général Q. Icilius, avant d'aller livrer la bataille de Rosbach, fit faire une leçon publique sur ce morceau par le professeur Gottsched. Je ne sais si ce trait, peu connu en France, ne lui fait pas autant d'honneur que l'épître célèbre qu'il adressa à Voltaire dans le même temps." 31. D Vand. *mortales*. 32. Idem *trepidant*; T: *trepidet*. 34. *aequore* D et O Vandd. a m. 1. 42. *degit* 2 Vandd. 44. *o pater* B ϕ et P Vandd.

37. *Defunget* R Vand. 49. *et* omissum in tribus Vandd. 57. V Vand.: *mugiet* 60. *Syriaeque* etiam 5 Vandd. a m. 1. San.: „Horace parle sans cesse des marchandises de Syrie, et jamais du commerce de Tyr, qui étoit fort tombé de son

tems, sur-tout depuis q'Auguste l'avoit ruiné, pour punir les Tyriens de l'attachement qu'ils avoient eu pour Antoine." Reposuerat autem *Syriacque* Cun. secundum quosdam Mss. et ed. vetustissimam.

62. *Tunc* Vandd. H, I, V. 64. *ferat* Vandd. M et V.

Od. 3, 30, 1. Quidam Vandd.: *monimentum*, ut fluctuari solet in hoc vocabulo. 12. Vanderburgii libri B, γ', P, φ a m. 1. *Regnavit;* reliqui omnes: *Regnator.*

Od. 4, 1. *Intermissa — moves?* Longe efficacior magisque δραματικὸς locus, si haec interregentur, quam veterem interpunctionem retinuit etiam Vand. Sequente versu quomodo *bona* vocetur Cinara, quae audit *rapax* Epist. 1, 14, 33, vide ad eum locum. 9. *domo* Vandd. 5. 18. *Largi* 4 Vandd. a m. 1. 20. Mss., referente Vand., *citrea*, *cytrea*, *cyptrea*, *ciptrea*, *ciprea*, *cyprea*, *cypria.* Praeferens *citrea* Vand.: „L'expression," inquit, „d'Horace, *trabe citrea*, ne désigne pas nécessairement toute la charpente du temple ou plutôt de la chapelle (*sacellum*) que devoit consacrer Paulus. On peut croire qu'elle ne se rapportoit qu'à cette pièce en forme de bouclier (*tholus*) qui se plaçoit au centre du toit et à laquelle venoient aboutir les solives; pièce qui, dans une chapelle, pouvoit fort bien n'être pas plus grande que les tables de Cicéron et de Pollion. M. Mitscherlich, à qui l'on doit cette explication, en propose même une seconde plus probable encore: il prouve par Apulée et Festus, que le bois de citronnier étoit employé dans les lambris et dans les parquets par incrustation, et il est tout simple qu'Horace ait appelé de pareils ouvrages *citreae trabes*, comme nous qualifions de meubles d'acajou des pièces d'ébénisterie où ce bois n'est employé qu'en placage. (Apul. V, init.; Festus in *pavimenta poenica.*)" — 28. Vandd. 10 a m. 1.: *quatiunt.*

37. Vandd. 6: *ego te somniis.* Recte Fea.

Od. 4, 2, 6. Vanderburgii aliquot libri: *Cum s. n. saluere* vel *saliere.* Ad hoc quod attinet, adhaesit s vocabuli praecedentis.

13. *regesque* Vandd. 12. 18. V Vand. *pugilemque.*

21. Vandd. γ' V M: *juvenemque.*

23. Vandd. 7.: *reducit.* 25. Vandd. vett. *cygnum* vel *ci-*

gnum; nullus *cycnum*. Sic illi etiam, 3, 20. et alibi; neque magna est in hoc genere auctoritas librariorum.

36. Vandd. γ^1 H V: *Sygambros*, A: *Sygambos*, sed correctum *Sicambros*, Φ^1 *Sycambros*, reliqui *Sicambros*. *Sigambros* est in variis lectt. Zurck.

39. S Vand.: *redeunt*. Pro *aurum* Zurck. *aevum* in ordine, et in variis lectt. *annum*.

45. *loquor* I et O Vandd., haud inepte; id est, si is sum, qui loquatur aliquid audiendum.

49. Vandd.: *teque*; solus T seculi 14.: *tuque*. In B. adscriptum e Scholiastis: „ad ipsum triumphum conversus haec dicit" etc. Longum est enumerare, quibus succurrere h. l. sibi visi sunt Horatio, commenta doctorum, cum non viderent, solâ haec interpunctione laborare, scribendumque esse:

—— „O Sol
Pulcher, o laudande!" canam, recepto
Caesare felix
Teque. Dum procedis: „Io, Triumphe!"
Non semel dicemus etc.

Felicem se dicit Flaccus recepto Augusto et Julio Antonio, quem isti bello una cum Augusto interfuisse, quamvis aliunde non constet, ex hoc ipso loco intelligas: quo magis eum decuit simul ire in triumpho. Pertractum in sequentem strophem vocabulum *Teque* ne mireris, cf. Od. 1, 2, 49; 14, 9; 34, 13, similesque locos alios non paucos, quorum correctores immemores pravâ distinctione affecisse videntur sanissima.

Vand.: „Le triomphe qu'Horace célèbre ici d'avance, n'eut pas lieu. Auguste, pour l'éviter, entra de nuit dans Rome sans avoir prévenu le sénat de son arrivée."

54. *solvit* 3 Vandd. 58. Vandd. 8: *orbem*. San.: „Toute belle qu'est la Pièce que nous venons de voir, je ne craindrai point de dire que le Poëte auroit pu la rendre plus parfaite du côté de la versification. La césure des Saphiques y est manquée dans 10 ou 11 vers, qui, faute de cette attention, sont d'une cadence assez désagréable. J'ai fait la même observation sur le Poëme Séculaire. C'est un reste des mesures Grecques, que les Latins n'ont pas quittées tout d'un coup." —

Quem recte Vand. exagitans: „Quelle noble indulgence," inquit, „dans cette excuse!

Quel dommage, Garo! que tu n'es point entré
Au conseil de celui que prêche ton curé!

Et quel dommage que les poètes latins du siècle d'Auguste n'aient point appris des Jésuites, du tems de Louis XV, le véritable goût de la poésie lyrique et les règles de la versification!"

Od. 4, 3, 4, Q Vand.: *Declarat.* 5. Istud *Achaïo* debile quid et molle sonat, quod abhorrere mihi videtur ab ingenio Horatiano. Servandum utique *Achaico.* 10. Etiam O Vand.: *perfluunt*, ut hae praepositiones passim inter se confunduntur.

Od. 4, 4, 6. *protulit* 12 Vandd. 6. Vandd. B, C, D, E, Φ' et 6 recentt. a m. 1.: *Vernisque.* 10. V Vand.: *dimisit.* 13. R Vand.: *latis.* Vid. ad 1, 12, 57. 17. Vand. *Raeti*, *Reti*, *Rheti*; 5 *Retii.* Temere Vand. negat, lectionem *Raetis* repertam esse in Mss.: vidd. Gesn. et Fea. Quod ipse vult, *Raeti* esse genitivum numeri singularis, intelligique ducem Raetorum, de quo Plinius H. N. 3, 20, vereor ut probari possit propter ambiguum. Vicini Raetis Vindelici, ut recte sub eâ parte Alpium, quam illi incolebant, hi vidisse dicantur Drusum victorem suum. Sed ista *Raetis sub Alpibus* cur posita sunt a Nostro in populo non obscuro? inquiat quispiam. Respondeo, sic et antecedente anno (U. C. 737.) primum victos a Druso Raetos significari, et presso nomine Tiberium minus omnibus probatum, qui eodem tempore subegit Raetos, quo Drusus Vindelicos, anno U. C. 738. 18. *et Vindelici* R Vand. 22. Pessime P Vand.: *Nescire.* 24. Duo Vandd.: *revinctae*, quod non ita malum; hoc est: denuo vinctae, ut *legibus vincire* et similia dicuntur. Certe *revictae*, verbum judiciorum, minus placet, malimque propemodum, quod in aliquot libris et Scholiaste Bentl. reperit, *repressae.* 28. In N. Vand. adscripta var. lectio *Neronis.* 29. Vandd. A D γ' I et quidam recentt.: — *fortibus, et bonis*; reliqui: — *fortibus et bonis*, ut vulgo. Et recte, quidquid dicit Fea, non dicit Vanderburgius, qui sic: „Les uns placent la virgule après *fortibus*, les autres après *bonis*; mes Mss. favorisent à peu près également ces deux ponctuations. *Il seroit trop long d'expliquer pourquoi j'ai choisi la*

premières; ce sont de ces choses que l'on sent et dont il est difficile de rendre raison." Est hic, nisi fallor, sensus ille criticus, de quo vir illustris, F. A. Wolfius, libelli, qui sic inscriptus est: Noch etwas über Horazens 28ste Ode des ersten Buchs, paginâ extremâ dicit his verbis: „Jüngern Lesern kann vielleicht dies Beyspiel bey einem ihnen bekanntern Schriftsteller zeigen, wie man Wahrscheinlichkeitsgründe gegen einander abwägen muss, ohne alle Augenblicke ein gewisses Gefühl, was oft nichts weiter als ein kritisches Jucken ist, zu Hülfe zu rufen." Fortes plerique Claudiorum, boni nonnulli, ut Salinator, de quo Suetonius Tiber. 3. Quidni horum posteri Drusus et Tiberius fortibus bonisque dicantur prognati, id est viris strenuis probisque? At longe hoc repetitum dicat quispiam, et solum hic intelligi contendat patrem istorum, Tiberium Neronem. Facile patior, cum et ipse fuerit vir fortis, ut qui C. Caesaris quaestor Alexandrino bello plurimum ad victoriam contulerit, et virum bonum reique publicae amantem se gesserit in morte Caesaris, cum de praemiis tyrannicidarum referendum censuit, teste Suetonio ibidem 4. Magnanimum id factum tectis h. l. verbis Noster significat, nisi fallor, ut Od 1, 12, 35. palam celebrat fortem animum letumque nobile Catonis Uticensis, et Od. 4, 14. amorem libertatis admiratur in Romanorum inimicis, Rhaetis. Opponitur autem a lyrico natura doctrinae, Tiberius Nero Augusto, quorum ille procreavit (*) adolescentes fortissimos, hic educavit bonisque studiis erudiit. Haec igitur est loci sententia, si vulgatam interpunctionem sequamur. Distinguis post *fortibus*, ut *bonis* referatur ad *juvencis*? dura omnia, frigida, inusitata. Nam primum quod conjungi vetant, qui ita distinguunt, verba *Fortes creantur fortibus et bonis*, violenter agunt, divellentes, quae, sublatâ interpunctione, nemo sit quin uno tenore legat copuletque. Deinde friget *bonis*, cum de malis juvencis vel equis cogitari nullo modo possis, ubi dicitur *virtus* patrum. Tum generalis est sententia *Fortes creantur fortibus;*

(*) Quod Augustum Drusi patrem suspicabantur (Suet. Claud. 1.), nihil ad rem.

speciales sunt, quae sequuntur; solentque generalibus specialia subjungi ἀσυνδέτως, ut locum non habeat illud *et* pro *etiam* acceptum in verbis *et bonis est in juvencis, est* in *equis patrum virtus.* (Vid. Od. 1, 3, 25 seqq.; 2, 13, 13, seqq.; 16, 27 seqq.; 3, 2, 25 seqq.; 16, 9 seqq.; Epod. 5, 87 seqq.; Sat. 2, 7, 6 seqq.; Epist. 1, 18, 9 seqq., etc. Nam ista *Fortes* c. f. non in homines modo, sed omnes animantes valent. Quid multa? Ut tot aliis, ita etiam hoc loco, nodum in scirpo quaesivere viri docti, et in plano lapsi sunt. Scribendum, ut apud Gesnerum:

Fortes creantur fortibus et bonis;
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, etc.

34. *roborat* var. lect. Zurck. 36. *Dedecorunt* Vandd. 12.

38. *Metaurum flumen.* Hodie *il Metro.*

42. Miro errore Zurck. et in variis lectt. et in ipso ordine: Afer *it* Italas, plene que interpunxit post *adorea*, locum sic explicans: Dirus Annibal post cladem illam fratris sic ivis et grassatus est per Italas urbes etc.

50. Vand.: „C'est avec raison que plusieurs interprètes ont admiré l'artifice par lequel Horace rend cet éloge des Romains plus grand et plus dramatique, en le mettant dans la bouche de leur plus cruel ennemi."

57. O Vand.: *tunsa.* 60. idem: *animosque.* 63. V Vand.: *Monstrumque.*

65. Vandd. 4 a m. 1.: *Merses*, 10 *Mersus*; D *Merges*, P *Merge.* Pro *evenit* 2: *exiet.*

66. 1. Vand.: *luctare*, 4: *ductore*, P cum glossâ: Augusto. Causa erroris d et l litterarum similitudo. *Proruit* 2 Vandd. a m. 1. 67. D Vand. a m. 1.: *Cum clade.* 73. Vandd. 2: *perficiant.* Bentlejanum *perficiunt* est in variis lectt. Zurck.

76. *per acuta belli.* Graeca ἐπὶ ξυρῇ sive ἐπὶ ξυρᾷ ακμῆς ἵστασθαι, δι' ὀξείας δραμεῖν et similia comparat H Steph. diatr. p. 84. Sophocl Antig.: Φρόνει βεβᾶς αὖ νῦν ἐπὶ ξυρᾷ τύχης.

Od. 4, 5, 1. Vandd. γ' et N: *optume.* 7. Omnes fere codd. Vandd. distinguunt post *populo.* 12. Vandd. 2: *destinat*, 7: *detinet.*

13. O Vand.: *cominibus et.* 14. Vandd. 3: *demovet.* 17.

Tutus bos etenim *rura* perambulat;
Nutrit *rura* Ceres etc.

Quis adeo infantem putet Nostrum, ut ita scripserit? Recte viri docti, qui de emendando loco cogitaverunt; nec tamen vel *prata* priore versu, vel posteriore *farra* placet repositum, sed legendum videtur *Tutus bos etenim tuta perambulat*, de quâ correctione vide ad Od. 1, 1, 17. Cuningami quidem et Wakefieldii commentum *Nutrit culta Ceres* probat Eichstad. ad Ommeren., laudatque Epist. 1, 12, 13. Sed longe hoc dissimilius codicum scripturae. 31. Vandd. 3 a m. 1.: *venit.* 33. R Vand.: *prosequimur.*

34. Vandd. 9 *Diffuso*, vel *Difuso.* 37. Etiam S Vand.: *rex.* Od. 4, 6, 6. Vandd.: *quamvis Thetidis*, minus quidem eleganter et frequentiore i litterâ. Vid. ad Od. 1, 15, 2. 10. *impressa* 4 Vandd. a m. 1. 11. Vandd. 5, Mongez. et in variis lectt. Zurck.: *collum pulv.*, τῷ *in* omisso. Vidd. Lamb. et Cruquius. 12. *Teucro.* Mongez. pro variâ lect. *coll. in p. troico*, quod est glossema. 17. Vandd. 3: *Sed palam victor gravis.* 19. 6 Vandd., quorum unus in liturâ: *latentes.* 21. *victus.* Bentl.: *flexus*, secundum Ms. Cruquii. 25. V Vand. a m. 1.: *Ductor.* Τῷ *argutae* pro variâ lect. adscriptum in 5 Vandd. *argivae.* In tribus legitur glossa: *graece.* Contra O Vandd.: *achivae*, quod ἄμετρον, cum gloss. *argutae.* 28. *Agyieu.* Gloss. in codice O: vicatim cultus. 32. R Vand.: *Matribus.*

35. 36. Vand.: „*Observez le pied Lesbien et le frappement de mon pouce.* Il étoit impossible de traduire exactement ces 2 vers. (*) Dacier montre fort bien qu'il y a 2 manières d'entendre le dernier. On peut, avec les vieux scholiastes, présumer qu' Horace se suppose déjà jouant de la lyre pour diriger la voix de ses choeurs; *ictus pollicis* désigne alors le mouvement du pouce qui pince les cordes, et qui, ajoute Dacier, marquoit ordinairement les fins des cadences et des mesures. Dans l'au-

(*) Sic vertit Vand. μετρικῶς:
Observez de Lesbos la cadence sacrée
Que vous marquent mes vers!

tre opinion *ictus pollicis* designe seulement le battement de la mesure, sans que pour cela le pouce touche la lyre. C'est en commentant le v. 274 de l'Art poétique que Dacier la développe et s'appuie de 2 autorités. D'abord le vieux scholiaste de Juvénal observe sur le v. 170 de la satyre XI, que du temps de son auteur on battoit la mesure avec des coquilles, parce qu'alors les maîtres du chœur ne la battoient pas encore avec les mains: *Testis enim antea percutiebant, saltantibus pantomimis, quia tunc non erat ut mesochori percuterent manibus.* Ceci prouve qu'indépendamment des accords de la lyre il y avoit alors, comme aujourd'hui, une manière de battre la mesure qui n'avoit égard qu'au temps, en non au son. La seconde autorité est celle de *Terentianus Maurus.* En expliquant la manière de scander les vers iambiques, il dit que les maîtres ont coutume d'en marquer les repos *pollicis sonore vel plausu pedis* (v. 534). Le frappement du pied donné pour équivalent au bruit du pouce me semble prouver que la lyre n'étoit pour rien dans le dernier. Dacier a comparé les coquillages, dont il est question dans Juvénal, aux castagnettes modernes. Le *sonor pollicis* de Terentianus Maurus ne seroit-il pas ce claquement du piuce, dont les villageois de quelques provinces se servent pour marquer la mesure en dansant? Je serois d'autant plus porté à le croire que ce claquement des doigts (*digitis concrepare*) étoit familier aux anciens qui s'en servoient comme de signal en plusieurs occasions différentes."

38. Vand. 9: *noctiluca*, 4: *nocte lucem*, et pro variâ lect. *noctilucam*, ut ceteri praeter γ', in quo non liquet.

Od. 4, 7. Mire glossator codicis D Vand. de genere istius Torquati descendisse ait Boethium philosophum.

Vand.: „On ne connoit ce Torquatus que par l'Ode qui nous occupe, et l'épître 5 du livre I qu'Horace lui adresse pareillement. Il en résulte que cet ami de notre poète étoit un homme éloquent et fort estimable, mais un peu attaqué de la manie de thésauriser, manie d'autant plus bizarre chez lui qu'il étoit, dit-on, célibataire et n'entassoit que pour des collatéraux."

7. Vandd. 2: *album.* 12. *Bruma.* M. Vand.: *Pruina.* Exaratum *pruma*, cum librarius vellet *bruma*, sic degeneravit, quem-

admodum b et p litterae saepe inter se commutatae sunt. *Recurret* 3 Vandd. 15. Vandd. 4 a m 1.: *pater* pro *pius*; 2: *dives Iulus*, quorum alter cum glossâ *Tullus*; 6: *Tullus dives*. Quod *divitem* vocat, vid. ad Sat. 2, 3, 168. 17. 1. Vand.: *Qui scit*; 11 a m. 1. *vitae* pro *summae*. 19. Vandd. 3 a m. 1.: *herebis*. 28. A Vand.: *Perithoo*.

Od. 4, 8, 1. Vandd. 10 a m. 1.: *commodis*.

8. V Vand.: *pingere*. 9. Vandd. 3 a m. 1.: *nec tibi*. 12. Vandd. 5: *muneris*. 20. E Vand.: *bone*, mixtis e et o litteris, ut saepe factum. 34. Vandd. 3: *duxit*.

Od. 4, 9. Vand.: „M. Lollius Palicanus, à qui notre Ode est adressée, jouit long-temps de la réputation la plus honorable; Auguste lui donna, en 728, le gouvernement de la Galatie avec le titre de propréteur. Lollius y acquit la bienveillance de ce prince qui, pour recompenser ses services, le nomma consul en 732, avec Q. Aemilius Lepidus. Envoyé en 737 pour combattre les Germains qui avoient fait une irruption dans les Gaules, il eut le malheur, après quelques succès, d'éprouver une défaite connue dans l'histoire sous le nom de *Lolliana clades*, où il perdit l'aigle de la 5. légion. Mais il paroît qu'il sut réparer cet échec et recouvrer la confiance d'Auguste; car ce prince le choisit, vers l'an 751, pour accompagner en Orient son petit-fils Caius César, en qualité de directeur de sa jeunesse (*veluti moderator juventae*). (*) On voit que jusque-là rien ne contredit les éloges q'Horace lui donne; et s'il est vrai qu'il étoit dès-lors infecté des vices qu'il ne tarda point à deployer, il n'est pas étonnant qu'Horace les ait ignoré comme Auguste. En effet, ce fut dans cette mission en Orient, 7 ou 8 ans après la mort de notre poète, que Lollius se rendit coupable des plus grandes déprédations, et trama des intrigues qui furent devoilées à Caius César par le roi des Parthes, ce qui le porta à s'empoisonner. Lollius mourut ainsi en 753, laissant une mémoire odieuse; mais Horace n'avoit pu deviner en lui des vices qu'il avoit cachés avec tant de soin, ou qui plutôt ne germèrent dans

(*) Vellej. 2, 102.

son ame que lorsque l'ivresse du crédit et de la faveur eut obscurci les lumières de sa conscience et de sa raison.

Il ne faut pas confondre ce personnage avec Maximus (?) Lollius, à qui sont adressées les Epîtres 2 et 18 du Livre Ier. Dacier s'est obstiné dans cette erreur et l'a soutenue par de fort mauvaises raisons. Sanadon montre fort bien que les 2. Epîtres citées sont visiblement adressées à un très-jeune homme, et probablement le père de cette Lollia Paulina, que Caligula enleva à C. Memmius pour l'épouser et qu'il répudia bientôt après. „On trouve dans Pline (Lib. IX, 35) un passage très-curieux sur les énormes richesses que cette Lollia avoit héritées de son grand-père."

4. Vandd. 3: *loquar*. 8. Vandd. A et V: *Stesichorive*. 31 Vandd. 9 a m. 1.: *sileri*. 41. N Vand.: *utili et*. O copulam habet inter lineas, ut etiam v. 43. post *Vultu*. 42. Vandd. V et R. *Dejecitque*. 43. Vid. ad 41. 52. A et E Vandd. a m. 1.: *peribit*.

Od. 4, 10. Cf. Od. 1, 33 seqq. 6. Vandd. 14: *te speculo*.

7. D Vand.: *hodie*? ut Oberlinus; V: *hodie est*.

Od. 4, 11, 1. *nonum superantis*. Vandd. O et P: *novum*, T: *novum imperantis*. Ejusmodi vitia notantes viri docti cum librariorum ostendunt stuporem, tum promovere cupiunt studium palaeographiae, quo opus est criticis. 20. T Vand.: *ordinet*. 24. Vandd. A et E a m. 1.: *victum*. 35. Non ita inepte facere videntur, quicunque, legentes *minuantur*, generalem hanc sententiam putant, ut laudari solet poësis. Fea, neque hic neque alibi agnoscere se dicens gnomen, quid sibi velit, non intelligo.

Od. 4, 12. AD VIRGILIUM. Fea tribus verbis: „Hic diversus est a P. Virgilio Marone." Credo, quod negotiator audit apud Scholiastam. At is quam saepe hallucinetur, nemo nescit. Crediderit homo, ut Gesnerus aliique, *studium lucri* cadere in neminem nisi mercatorem. Sed ad jocum hic omnia composita, neque aliud lucrum intelligendum quam quod captare dici potuisset Virgilius, si nardum suum domi servare quam eo vina mereri apud Horatium maluisset. Quam carminis indolem qui non videt, profecto nihil videt. Ipsum argumentum hilaritatis plenum et gratiae, similisque, monente

Dacerio, invitatio Catullianae in carmine ad Fabullum. Nec singula non habent eum χαρακτῆρα, quem minime assecutus Sivrius tres odae strophas primas a reliquis separabat, tanquam toto coelo diversas, cum non intelligeret, principii gravitatem ac magniloquentiam eo tantum valere, ut jucundius ad aures accideret tenue, ne dicam pedestre, illud versu 13. *Adduxere sitim tempora, Virgili*, et quae sequuntur; quemadmodum Scarronus, poëta Francogallus, in epigrammate notissimo a pyramidum ruinâ rebusque maximis transit ad vestem suam attritam, cujus jacturam illarum lepide solatur. Eodem pertinet verbum *merebere* versu 16., cujus ipsâ formâ Ciceroniani magis quam Augustini aevi leviter fortasse et festive Hic tangit vetustatis amantem Virgilium; eodem *parvus onyx eliciens cadum* et vox *gaudia* v. 21.; eodem, quod *venire cum suâ merce jubetur Maro*, quomodo Paulus ille apud Martialem (2, 20) *sua* dicit carmina, quae emerat; eodem *Immunem*, de quo vide ad Od. 3, 23, 17, et *meditor*, et *tingere poculis* sequente loco, et quid non? Etiam ista *consilia* versu 27. cum magnum aliquid sonare videantur, tamen nihil aliud, ni fallor, significant quam poëma, de quo scribendo tum forte Virgilius cogitarit. Quid multa? Eundem omnia colorem habent, et totius sententia carminis continetur faceto illo, quo clauditur, dicto *Dulce est desipere in loco.* Sic autem jocatum esse Nostrum cum nescio quo mercatore, aut, si diis placet, unguentario (*), quis credat vel sexcentis id affirmantibus librariis glossatoribusque et scholiastis? Quorum commentum, fultum illud procul dubio male intellectis verbis *merebere*, *merce* et *studium lucri*, ut quoquo pacto muniant ac defendant, omnem lapidem moventes viros quosdam doctos nequeo non mirari; quibus de singulis ad singula odae loca, ubi operae pretium videbitur, respondebo. Nunc in universum moneo, audiendos illis potius fuisse H. Stephanum diatrib. 2. p. 75, Dacerium, Sanadonem, et inprimis Bentlejum, quorum sententiae unâ cum Wetzelio ac Mitscherlichio et ipse libens subscribo, idque unum addo, quod in mentem venit Vanderburgio, codice Ms. nullo firmari

(*) Simili ratione vet. Schol. ad Epod. 5, 59 sequ.: Hinc scias, illam (Canidiam) unguentariam fuisse.

istam virorum clarissimorum rationem (*), aut cavillantis esse, aut revera, id quod minime obscurum est, nescientis, *Virgilium* nude dici in libris scriptorem Aeneidos? atqui major codicum pars manu exaratorum in inscriptione hujus carminis recte: *Ad Virgilium*, ut Od. 1, 24; pauci tantummodo, in quibus A Vand.: *Ad Virgilium negotiatorem*, et alii 6 ejusdem familiae: *Ad V. unguentarium*, vel *quendam unguentarium*; sine auctoritate omnes idoneâ, ut etiam glossator libri γ' Vand., qui glossator hoc notavit in margine: *ad Virgilium mercatorem, non ad poëtam, admonens tempus esse navigationis*; pariterque V membranae, qui quod fuisse ait hunc Virgilium negotiatorem *et medicum Neronum*, legerat, puto, in Vitâ, quae Donato tribui solet, Virgilium *omni curâ omnique studio indulsisse medicinae et mathematicae*, et in *nobilibus juvenibus*, quorum cliens dicitur Odae versu 15., intelligebat cum plerisque interpretibus Nerones.

1. 2. Male Nitschius, probante Vanderburgio, etiam ex hisce colligit, odam non esse scriptam ad poëtam Virgilium, quasi scilicet de ventis velisque et mari dici nemini posset nisi mercatori, cum navigationis commemoratio pertineat ad descriptionem veris, quam primae carminis strophae continent.

5. Vandd. 4.: *Ityn*. 11. Vandd. 8 a m. 1. *Delectante*; ceteri fere *Delectantque*.

12. Vand. vol. 2. p. 394 ab Odâ ad Virgilium scriptâ abhorrere censet „ces notions même (ipsum audis) de géographie et de mythologie, qui, selon Rodeille, surpasseient l'intelligence d'un négociant (?), et qui, selon moi, étoient trop familières (?) à Virgile pour qu'Horace s'y arrêtât en lui écrivant.

(*) Vand. vol. 2. p. 395.: „Nous avons donc maintenant à choisir entre une opinion fondée sur le témoignage des anciens scholiastes, et contre laquelle on ne peut rien objecter de solide (?), puisqu'un négociant pouvoit fort bien être le protégé de Drusus et de Tibère, puisque rien n'empêche qu'Horace l'ait invité a dîner chez lui, et une hypothèse qui n'a aucun manuscrit pour elle, que combat la couleur même de l'Ode (!), et qu'on ne peut soutenir qu'en accordant qu'Horace accuse Virgile d'avarice (!!), ou en supposant que l'Ode est une plaisanterie, quoique rien n'annonce qu'Horace eût envie de plaisanter (!)." —

La seconde strophe, *Nidum ponit*, *Ityn* etc. est très-remarquable sous ce point de vue: elle a l'air d'un hors d'oeuvre tiré de loin. On ne trouve rien de pareil dans les deux Odes où Horace décrit le retour du printemps (Lib. I, 4; Lib. IV, 7), et moins encore dans celles qu'il adresse bien décidément à Virgile (Lib. I, 3 et 24). Les allusions à la mythologie y sont courtes et amenées naturellement. C'est ainsi qu'il devoit (?) s'en servir en écrivant à L. Sextius, à Manlius Torquatus et à un poète; mais je ne serois pas éloigné de croire qu'il a pu se laisser entraîner à déployer son érudition (!) avec plus de luxe en s'adressant à un négociant qui, selon les conjectures très-probables de M. Nitsch, devoit être riche et d'un caractère sérieux, mais qui pouvoit avoir ou feindre le goût de la poésie. Un tel homme devoit être flatté qu'on lui supposât assez d'érudition pour entendre (!) notre Ode; au lieu qu'en écrivant à Virgile un pareil étalage (!) eût peut-être été déplacé."

Hoccine est nodum in scirpo quaerere et res tritissimas mirari? nam quid tritius historiâ Prognes et Philomelae? nec cetera, quae his strophis continentur, vulgaris scientiae modulum excedunt.

13. A Vand.: *Vergili*. 15. *juvenum nobilium cliens*. Tiberium et Drusum intelligit H. Stephanus, nescio quo modo, nisi dicas cum Sanadone: „Ici *cliens* se prend dans un sens plus étendu, pour signifier en général celui qui fait sa cour aux Grands." Equidem significari puto Agrippam, Pollionem, et inprimis Maecenatem, quorum patrocinio agros suos Virgilius recuperavit, et in Augusti familiaritatem receptus est. Quodsi quis tenuiter hoc dictum existimet de tantis viris, ei respondebo, etiamsi ipse Augustus intelligendus sit, ita decere in carmine tenuis demissique stili, quale hoc est, in quo nec bellicas civilesque virtutes fautorum suorum et Virgilii praedicaret, nec de hujus ingenio et operibus verba facere, vel omnino serium aliquid aut magnum tractare vellet Horatius, sed remisso animo compellare Maronem, ut hominem homo, sed jocari et suaviter garrire, ut amicus cum amico candidissimo (Sat. I, 5, 40 seqq.), suique non amante, ut qui comburi Aeneidem testamento jusserit, referente Donato, seu qui

cunque is est, certe auctor antiquissimus, qui Vitam ejus scripsit.

Quod monet ad hunc locum Gesnerus, si recte tempora Bentlejus subduxerit, odam hujus libri nullam vivo Virgilio scriptam esse, cum ista Bentleji ratio merito nunc repudietur (*), silentio transeundum est. Quod vero addit, nihil hic esse, quod talem spiret amicitiam, quali conjunctus cum Marone Flaccus fuerit, quodve magis ad poëtam quam ad quemvis alium Horatii familiarem pertineat (**), id cujusmodi sit, in prolegomenis odae significavimus.

Etiam Vand., quovis pignore contendens, non hic agi de

(*) Recte Vand. vol. 1. pag. 313.: „ce savant Anglais fonde d'abord son sentiment sur une supposition au moins singulière. Il veut qu'Horace n'ait écrit pendant quelques années que des Satires, pendant quelques autres que des Epodes, puis des Odes, puis des Epitres, puis encore des Odes, et il en établit même la chronologie —, en accordant au poète quelques années de repos."

(**) Similiter etiam Vand. vol. 2. p. 396.: „Afin de ne rien laisser en arrière, je reviendrai sur une objection d'H. Etienne, dont j'ai cru inutile de parler plus tôt. Ce savant prétend que si l'on ne veut pas que l'Ode qui nous occupe soit adressée au poète Virgile, il n'y a pas de raisons pour lui adresser la troisième du Livre I. Il se fonde sur ce qu'il n'est question dans cette Ode que du départ de Virgile pour Athènes, voyage qui n'indique pas un poète plutôt qu'un négociant. Je répondrai que du moins cette Ode respire dans le vers

Et serves animae dimidium meae

la tendre amitié qui unissoit Horace à Virgile; que cette amitié seule pouvoit lui inspirer l'indignation qu'il manifeste ensuite contre les premiers navigateurs; et qu'on retrouve le même sentiment dans l'Ode 24. du même Livre adressée à Virgile sur la mort de Quintilius. Dans notre Ode, au contraire, loin de trouver quelque chose de tendre et d'affectueux, nous reconnoissons une malignité qui eût été sans excuse (!) à l'égard de Virgile, et qui même n'est excusable envers un négociant qu'en ce qu'elle porte sur un défaut qui peut appartenir à son état encore plus qu'à son caractère."

poëtâ Virgilio, vol. 2. p. 395.: „Gessner," inquit, „avoit déjà observé que Bentley se met en contradiction avec lui-même, lorsqu'il suppose notre Ode adresséo à Virgile; car, selon Bentley, le 4. Livre où l'Ode se trouve fut composé par notre poète pendant les années de Rome 737, 738 et 739; et il est certain que Virgile mourut en 734 à Tarente ou à Brindes. (Imo potius anno U. C. 735.: vid. Vita Virgilii ab Heynio conscripta.) Bentley sans doute n'auroit rien eu à répondre à un pareil raisonnement; et, quoique nous ne soyons pas de son avis sur la publication de tous les ouvrages d'Horace, nous avons montré, dans l'argument de l'Ode 1. de ce Livre, que le Livre entier fut publié, comme dit Suétone, long-temps après les 3 premiers. *Il est vrai qu'en même temps nous avons exposé l'opinion de certains interprètes qui veulent que, pour compléter ce Livre, Horace y ait introduit des ouvrages de sa jeunesse qu'il n'avoit pas trouvé convenable de publier plus tôt; mais nous avons montré que cette hypothèse étoit absolument gratuite pour les Odes auxquelles on vouloit l'appliquer*, et que nous avons déjà commentées; nous ferons la même chose pour l'Ode 13, la seule des 3 qui nous restent, dont le texte ne donne pas la date avec précision, et nous pouvons en inférer avec une vraisemblance presque équivalente à la certitude, que l'Ode qui nous occupe est de la même époque que les autres du même Livre et par conséquent postérieure à la mort de Virgile de 4 ou 5 ans." Sic autem l. l. Vand.: „L'autorité de Suetone, qui assure que ce Livre fut publié long-temps après les 3 premiers (*ex longo intervallo*), est si formelle que personne n'a osé la contester. Les interprètes qui, malgré ce témoignage, ont voulu donner à certaines Odes une date antérieure à celle de la publication des 3 premiers Livres, n'ont eu à choisir qu'entre 2 partis: ou ils ont supposé que le 4. Livre, tel qu'il nous est parvenu, ne renferme pas les mêmes Odes qu'Horace lui-même y avoit insérées; *ou bien ils ont pensé qu'Horace, obligé par Auguste de publier ce 4. Livre pour recueillir les Odes qu'il avoit composées sur les victoires de Tibère et de Drusus, ne put donner à ce nouveau volume la grosseur requise (!) qu'en y insérant des Odes composées plus anciennement.* J'ai prouvé, à la fin de ma note sur la publication des 3

premiers Livres (T. I, p. 321, 322), que la première opinion est insoutenable. La seconde est mieux fondée en raison; mais, pour lui donner toute la probabilité désirable, *il faudroit trouver, pour chaque Ode que l'on croit antérieure à la publication des 3 premiers Livres, les raisons qui ont pu déterminer Horace a ne les y point faire entrer.* C'est ce que j'ai fait pour les Odes du 3. Livre qu'il n'inséra point dans les 2 premiers, quoiqu'il les eût déja composées. Mais je doute qu'on en vint à bout pour celles du 4. Livre, dont on suppose qu'il différa aussi la publication. Elles sont, au reste, en petit nombre: on ne reproche à quelques-unes que d'être trop frivoles pour l'âge où l'Horace étoit parvenu; et 2 seulement (la 9. et la 12.) laissent quelque incertitude sur leur date." — Nihil igitur in hac Oda invenire sibi visus est vir doctus, quamobrem prius illo tempore scriptam existimaret. Nos, ut id credamus, non unâ ratione adducti sumus. Nam primum descriptio veris, quâ incipit carmen, luxuriâ quadem juvenili nonnihil offendit. Dein (iterum dico) tenue argumentum est, tenuis stilus, carmenque, etsi minime malum, tamen ejusmodi, ut eo publicato nemo fuisset dicturus:

Ex illo *Flaccus Flaccus* est tempore nobis.

Tum Virgilium appellans *nobilium juvenum clientem*, id est patrocinio Agrippae Pollionis Maecenatis ipsiusque Augusti tutum, de se ipso autem nihil tale, datâ occasione, commemorans, fallor, an eodem se patrocinio adhuc carentem significat, ut fere laudare in aliis solemus ea, quae in nobismetipsis requirimus? Et versu 24. diviti se opponens in plenâ domo, nonne tenui se censu esse modeste queritur, reique seriae per jocum, ut solet fieri, amicum admonere videtur, tutelae istorum gratiosorum ac potentium, quâ frui etiam ipse cupiat, cujusque se participem facere debeat Virgilius, si verum sit, quod saepe illum usurpasse ait vetus βιογράφος §. 17., proverbium, *amicorum omnia essè communia?* Quibus verbis incitatus fortasse Virgilius Maecenati primum dixit, *quid esset Noster* (Sat. 1, 6, 55.), ejusque fortunam suae similem fundavit. Haec si probabiliter disputata sunt, haud longe a vero abfuturum me spero, compositam esse odam dicens inter annum U. C. 713. (id est ante Christum natum 41., Horatii vero

24 — 25.), quo anno ineunte post mortuos tyrannicidas in Italiam Noster rediit, et anni U. C. 715. mensem Octobrem, quo tempore Maecenati commendatum esse Nostrum a Virgilio Varioque censet Sanado in Vitâ Horatii pag. 91. Cf. Heynius in Vitâ Virgilii sub anno U. C. 715. Fuerit igitur hoc carmen ex primis Nostri; quod si recte judicavimus, mirum non erit, si diu neglectum jacuit, vixque tandem in secundam vel tertiam (*) Odarum ejus collectionem receptum est.

16. Vandd. 9: *meretbris*, ex interpretatione. Vide prolegomena. 25: *Virgilium maximo studio litteris Graecis Latinisque operam dedisse*, cum veteris βιογράφου testimonio constat, tum ex ipsis poëtae scriptis intelligitur. Deinde idem auctor §. 5. *valetudine* cum *varia* fuisse narrat: nam plerumque ab stomacho et faucibus ac dolore capitis laborasse; sanguinem etiam saepius ejecisse; *cibi vinique minimi fuisse*. Ejusmodi virum vel Horatio ad coenam invitante moras nectere, nec facile libros tabulasque de manibus ponere consentaneum erat; nec tamen *lucrum*, quod dicitur h. l., ex ipsis studiis capiendum interpretaberis cum Stephano, sed accipies in eam partem, quam significavi in prolegomenis.

Od. 4, 13. Monet Vand., in omnibus ejus codd. ita interpungi: *Dentes*; *te quia* etc. Et sic vulgo. 14. Vandd. alii *clari*, alii *cari*, solitâ varietate. 17. Omnes Vandd. praeter co-

(*) Vand. vol. 1, p. 313.: „Tout ce que les anciens nous apprennent sur l'ordre dans lequel Horace publia ses Odes, se borne à un passage de sa Vie attribuée à Suétone, où il est dit que le 4. livre fut ajouté par l'ordre d'Auguste aux 3 premiers après un long intervalle. Ce passage, comme on voit, ne décide rien quant à la publication des 3 premiers, et l'on ne sera point étonné que le champ restant libre aux conjectures, les savans aient proposé diverses opinions. J'en distingue 3 principales: 1. celle de Bentley, qui veut que ces 3 livres aient été publiés séparément et l'un après l'autre; 2. l'opinion vulgaire qui les suppose publiés tous les 3 en même temps; 3. l'hypothèse très-bien défendue par l'abbé Galiani (Mél. de litt., tom. V, p. 195), que les 2 premiers livres furent publiés ensemble, et le 3. séparément. Cette dernière opinion me paroît la plus vraisemblable." —

dicem Φ: — *color, decens?* Is quidem: *color, decens q. motus?* Varia lect. Zurck.: *calor.* Mire Vand.: „Je ne vois pas assez d'importance à transporter, avec Bentley et d'autres, après le mot *color* le point d'interrogation, que je place après *decens*, pour m'écarter en cela des anciennes éditions et de mes Mss. qui, à l'exception d'un seul (Φ), mettent ce point à la fin du vers." Aliud agebat vir doctus, cum ista scripsit: nam motu quidem omni non carebat Lyce *meretrix*, carebat decenti vetula et imbecilla. *Color* autem per se colorem decentem, qualis solet esse sanorum, significat. Vid. ad Epist. 1, 16, 38. Librorum in hoc genere, praesertim recentiorum, aut nulla aut perparva est auctoritas.

20. D Φ et γ Vandd.: *mihi?* quam interpunctionem miror placuisse Bentlejo Gesnero et Vanderburgio, qui cum eandem probare Sanadonem dicit, fallitur: nam is plane ut Fea; et recte; sed neque ipse non erravit, ita παραφράζων: *O Lyce, felix olim post Cinaram, o nota graturum artium facies, quid habes illius, quae spirabat amores, quae me surpuerat mihi?* Dictum *Quid habes illius, quae facies spirabat amores* etc. pro eo, quod est *Quid habes illius faciei, quae spir. am.* etc. per syllepsin, quâ figurâ nihil usitatius. Vidd. Donat. et interpp. ad Terent Andr. prol. 3. Rursus bene Sanad. de verbo *facies*: „Horace a pris *facies* non-seulement pour le visage, mais pour tout l'extérieur d'une personne. — Terence l'avoit emploié avant lui; sur quoi Donat. (Eun. 2, 3, 5.): *Faciem modo non partem corporis dicit, sed totam speciem, quae apparet et cernitur.*" (Laudat ibi Scholiasta Virg. Aen. 5,767.: *quibus aspera quondam Visa maris facies.*) Recte item h. l. interpres Nostri vetus: *artium gratarum facies dicitur, quae oculis, nutu superciliorum, cervicis volubilitate, capitis gratiâ, totius denique corporis motu placet.* Quae omnia, monente Sanadono, Tibullus comprehendit his versibus de Sulpiciâ (Epist. 1, 7.):

Illam, quidquid agit, quoquo vestigia movit,
Componit furtim subsequiturque Decor.

Notam interrogationis pones cum plerisque interpretibus post *mihi?* incertum erit, verba *Felix — facies* dicantur de Lyce, ut nunc est, an ut olim fuit, cum sublatâ istâ notâ perspi-

cuum sit, celebrari adolescentulam, Cinarae proximam venustate. Deinde in verbo *illius* intelligendum erit *feminae*, vel *Lyces*, ut fecit Vand., haec ita vertens:

Hélas! où sont, dis-moi, ton éclat et tes graces?
Qu'as tu fait de Lycé, de cette autre Lycé,
Qui traînoit l'amour sur ses traces,
Que j'adorois en insensé?

quo nihil opus, si recte accipiatur *facies*.

23. C Vand., *dedere*, quod habet San. 28. Vand. 8: *Delapsam*, 6: *Dilapsam*; unus, I, *Dilabsam*. Sed quid tres reliqui?

24.

Servatura diu parem
Cornicis vetulae temporibus Lycen.

H. Stephanus in Diatriba de suis Observationibus in Horatium pag. 107.: „Potissimum," inquit, „est observandus quidam adjectivi usus nonnullis in locis, ubi epithetum poëticum non est, ac ne consueto quidem adjectivi officio fungitur: quum non tam quod inest alicui quàm quod inesse debet [aut inesse aliquo tempore fingitur, (*) Bo.], declaret. Exemplum habet Od. 7. lib. 1.:

Albus ut obscuro deterget nubila coelo
Saepe Notus, neque parturit imbres
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam vitaeque labores
Molli, Plance, mero.

Hic enim *sapiens* non vocatur Plancus, id est: non dicitur esse sapiens, sed futurus esse sapiens, id est, facturus esse quod sapientem decet, si finiat tristitiam molli mero. Non igitur ita exponendus est hic locus: Sic tu, qui sapiens es, memento finire etc. sed: Sic tu, ut sapiens sis, vel, si sapias, memento

(*) Fit tum adjectivum nomen ἐνεργητικὸν sive activum, et verbi proprie dicti naturam induit: velut etiam Sat. 1, 1, 4 verba gravis armis (nam sic legendum) Miles ait non semper armatum militem significant, sed, ita eum tum loqui, cum arma gravia induerit. Cf. dicta ad Sat. 2, 3, 32. Bo.

finire. Quamvis autem primus talem hujus loci expositionem afferam, ne tamen timidè id faciam vetant alii ejusdem poetae loci, in quibus tam apertus est ejusmodi usus nominis adjectivi, ut in controversiam venire nullo modo possit. Sed antequem ad eos accedam, alio etiam modo meam illam expositionem confirmare libet: ostendendo, quomodo Horatius in eadem re, id est, quum idem consilium alii daret, non nomine, *sed ipso verbo usus sit, in quod resolvi nomen* hìc debere dico. Is est Od. II. l. I., — *sapias, vina liques, et spatio brevi Spem longam reseces.* Ubi possumus *sapias* pro Si sapias accipere, aut etiam (quod malim) particulam illam non subaudire.

Ex iis autem locis, quos talem adjectivi usum habere dixi, est hic (ut à voce incipiam, quae expositam praecedenti significationem habet) Sat. 6. lib. 2.: *Si veneror stultus nihil horum.* Ubi se stultum esse non dicit: sed perinde est acsi ita loquutus esset, Si sum tam stultus ut aliquid horum venerer. Neque enim est quòd putet quispiam subaudiendum *quamvis*: ut exponatur *quamvis stultus.* Ac debere ita resolvi verba illa, manifestissimum esse potest ex hoc ejusdem loco, Epist. 2, l. I.:

Sirenum voces et Circae pocula nosti:
Quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors.

Hìc enim quum de Ulysse loquatur (qui prudens et sapiens vocari solet, et quem paulo antè dixerat ab Homero propositum esse exemplar, in quo cerneretur, quid posset sapientia), *stultus et cupidus* ita resolvenda esse fateamur necesse est, ut in loco illo resolvi idem nomen stultus: hoc nimirum sensu, Quòd si tam stultus et cupidus fuisset ut ea cum sociis biberet, vixisset canis etc. Alioqui dicendum fuerit *stultus et cupidus cum sociis*, id est Aequè stultus et cupidus ac socii. Sed altera expositio magis placet: quamvis hanc etiam sequendo stultitia et cupiditas illi non tribuentur. Possent verò et in adverbia resolvi haec nomina hoc modo, *Quae si cum sociis stultè cupidéque bibisset.* Itidemque in praecedente loco, *Si veneror stultè nihil horum.* Sic alibi *Ludisque et bibis impudens*, pro Ludis et bibis impudenter. Vel, Tam es impuoens ut ludas et bibas. Illi autem *stultus* addi cum alia possunt, tum

malignus, quod est Od. 28. lib. I.,

At tu nauta vagae ne parce malignus arenae
Ossibus et capiti inhumato
Particulam dare.

Ne parce malignus, pro eo quod est, Ne tam sis malignus ut parcas. Aut (hic quoque mutando nomen in adverbium) Ne malignè parce. Sic Ode 21. lib. 3,

Non ille, quanquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus.

Id est, Non tam erit horridus ut te negligat.

Sic et quum de se dicit Horatius, Epist. 15. lib. I.,

Quod (vinum) *me Lucanae juvenem commendet amicae,*

valde falletur qui Horatium ibi juvenilem aetatem tribuere existimabit, quum ea jam praeteriisset. Intelliget igitur, Quod mihi juventutis commendationem apud illam tribuat, Quod me, non minus quàm juvenem, vel perinde ac juvenem, commendatum illi reddat, Quod faciat ut aequè sim illi acceptus acsi juvenis adhuc essem. (*) Quod autem hic de juvene, idem vicissim de vetula intelligendum est, Ode 13. lib. 4. (sic tamen ut aliter quàm illic resolvatur oratio)

Servatura diu parem
Cornicis vetulae temporibus Lycen.

Neque enim dicit Lycen esse tam vetulam, ut sit par temporibus cornicis vetulae: id est, ut vocari possit τριπόρωνος: sed significare vult, eam futuram parem, sive effectum iri parem. Intellige igitur, Servatura diu Lycen, et effectura parem etc. Vel, Servatura donec effecta sit par.

Eodem modo erraret, qui in hoc versu Odes 9. lib. 3.

Si parcent animae fata superstiti,

nec non in isto, qui ibidem legitur,

(*) Intelligendum ut vel tanquam in verbo juvenem, quo modo apud Graecos, Aristophanem praesertim, ὡς saepe subaudiendum est, ut monui secundum alios Lectionum Aristophan. pag. 55. Noster Sat. 2, 3, 71: Effugiet tamen haec sceleratus vincula Proteus, h. e. ut Proteus,

Si parcent puero fata superstiti,

exponeret (ut alioqui primo aspectu sonare verbum videtur) hic, Qui est superstes: illic, Quae est superstes. Intelliget enim, Si futurum est ut sit superstes, Si modò fata ei parcere velint, ut mihi sit superstes, Si fata ei parcent, ut mihi superstitem faciant.

Sed nec quum dicit Od. 24. lib. 3:

Curtae nescio quid semper abest rei,

nos vult intelligere, Rei quae curta est: sed, Aliquid semper abest rei, ita ut illi curta esse videatur; ita ut avarus eam curtam esse existimet.

Est etiam ubi aliter resolvi adjectiva possint: ut videre est in isto versu, Sat. 4. lib. 2. — *sed des veniam bonus, oro.* Hic enim possumus ita exponere, Sed oro ut mihi, pro bonitate tua, des veniam. Vel, Ede bonitatis tuae specimen in ignoscendo mihi. Sed mihi veniam des, oro: quae tua est bonitas. Alioqui tamen hoc loquendi genere potius in futuro utimur, hoc modo, Dabis mihi veniam, quae tua est bonitas. — Eandem formam habere dici possunt illa verba Odae 11. lib. 3.

Quod viro clemens misero peperci.

Sed hunc adjectivorum usum potius quàm praecedentes (praesertimque certos quosdam ex praecedentibus) apud alios etiam poetas inveniri sciendum est. Idemque et de illis adjectivis dici potest, quae in adverbia resolvenda sunt, resolvi certè commodè possunt; veluti *strenuus* in strenuè in hoc loco Epist. 7. lib. 1. — *nunc i, rem strenuus auge.* Id est, Strenuè rem auge. Sic Ode 13. lib. 4.

Ludisque et libis impudens,

pro Ludis et bibis impudenter. Possit tamen et ita exponi (non mutando nomen in adverbium) Adeo es impudens ut ludas et bibas. Sic *rem strenuus auge* possit etiam explicari, In re augenda strenuum te ostende. De his autem, quae per adverbia possunt exponi, dictum etiam supra fuit. Verùm et hoc animadvertendum est, nonnulla posse alicubi occurrere, quae alii explicantes vertenda itidem censeant in adverbia, aut

certè, sine hac mutatione, quopiam ex illis modis, quos diximus, resolvenda: alii fortasse simpliciter intelligenda existiment, neutrum illorum, quae dixi, in iis agnoscentes. Atque haud scio an hujus rei exemplum in illo *impudens* habeamus. Non dubito enim quin futuri sint, qui *impudens* eo in loco vocativum esse malint, et intelligere Ludis et bibis, ô impudens. Sed assuetae Horatianae phrasi aures vix istum locum in exemplum admiserint.

Jam vero et *substantivi nominis* usum quendam apud hunc poetam observavi, quem à nemine annotatum inveni. Ejus exemplum habemus Epist. 1. lib. 1.

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Neque enim hic mercatorem alloquitur sermone ad eum converso per apostrophen, — sed *Curris mercator* sonat Curris, ut sis mercator etc. Quamvis autem meam hanc expositionem alio insuper testimonio egere non existimem, addam tamen, tanquam ex abundanti, quod erit omnium firmissimum: utpote ex ipsiusmet poetae ore profectum. Ita enim ille Epist. 16. lib. 1.:

Vendere quum possis captivum, occidere noli:
Serviet utiliter; sine pascat durus aretque,
Naviget, ac mediis hiemet *mercator* in undis etc."

Od. 4. 14, 4. Vandd. 7: *fastus*. 5. Vandd. 3 a m. 1.: *lux*, quod minime spernendum; ut cujus glossema esse videatur *sol* vulgatum.

10. Vandd.: *Genaunos*, *Geraunos*, *Gerannos*, glossa codicis A: *Cenaunos*. 11. Vandd.: *Brennos*, *Breunos*, unus (R) *Frennos*.

19. Tres Vandd.: *fatigarat*. 28. Vandd. 10.: *minitatur*. Confert. Wakef. Lucretianum illud 5, 387:

— utroque minantur
Omnia diluviare ex alto gurgite ponti.

Sed ita dici quis dubitet? Videndum potius erat de alterâ lectione *meditatur*, quam etsi non improbo, similem tamen esse nego illi Maronis Georg. 1, 462.: quid *cogitet* humidus Auster, de quo loco vidd. Douza, Boettiger, et interpp. ad Plaut. Mil. 201. 30. γ' Vand.: *ferrato*. 49. Recte Porph.: *Non*

paventes funera Gallos ait, quia vel ferocia, vel vana (male Baxt: *vera*) *persuasione rursus renascendi mortem non timebant*, laudans Lucan. 1, 459 seqq. Cui adstipulatur etiam H. Steph. diatr. p. 98, cum antea de Solduriis cogitasset, de quibus Caes. B. Gall. 3, 22. et Nicol. Damascenus. 51. Vandd. *Sygambri*, *Sigambri*, *Sicambri*, *Sycambri*.

Od. 4, 15, 8. Vandd.: *Dircpta*. 9. Iidem libri omnes: *Janum Quirini*. Solus γ': *clusit*. Vid. post not. ad 30.

10. Item γ' solus a m. I.: *evaganti*. Qui servant *et vaganti* editores dicere debebant, quid esset *claudere ordinem rectum*.

11. Vandd.: *amovitque*, *dimovitque*, *domuitque* (D. *nefas* pro *culpas*), *emovit*; sed major pars: *emovitque*. 15. Vanderburgianorum unus, V: *ortum*. 18. Vand. A: *exigit*; I: *exiget*. 23. Vandd.: *infidique* (ut etiam Zurck. in variis lectt.), vel *infidive*; M: *invidique*, proclivi lapsu. 25. A et E Vandd.: *Nosque profestis*. 30. Vandd. D et E: *Lydiis mixto*; ceteri: *Lydis* vel *Lidiis remixto*.

Ceterum in notâ ad versum 9. hujus odae assentatorem Fea Nostrum appellat pariter ac Virgilium Ovidiumque et poëtas Augusto familiares. Quae durior mihi videtur de tantis viris existimatio, poëtis praesertim, qui fere res dicunt, non quales sunt, sed quales esse debent, ut de se praedicare solebat Sophocles. Sic tamen hodie multi, neque illiterati homines, judicant, velut (Baylium ne commemorem in lexico v. Horat. et Scumium in libro germanico, qui inscriptus est „Spaziergang nach Syrakus") doctissimus P. J. Boost, auctor libelli item germanice scripti (Ueber eine Anklage des Horatius. Eine philosophischmoralische Untersuchung. Frankf. a. M. 1807. pagg. 138, 8.), in quo libello a crimine adulationis liberari non posse censet Horatium, quamvis vilem mercedem non captaverit, ut Martialis; inprimis vero praestantissimus Ruhnkenius in Notis ad Vellejum 2, 94, p. 333, ubi, Epist. 1, 12, 27. expendens, Nostrum, more adulatorum, neglectis iis, quae certa atque explorata essent, popularem potius rumorem secutum esse arbitratur, ex quo plus laudis ad Augustum et Tiberium redundaret. Quos laudum poëtae obtrectatores post Lessingii Wielandiique nobiles conatus, de quibus dictum in notis ad Vitam Horatii Suetonianam, denuo refellit vir multae

lectionis rectique ac sui judicii, Richeus van Ommeren, Rector gymnasii Amstelodamensis, in libro belgice scripto de Horatio homine et cive Rom., quem librum germanice versum a Ludov. Waichio cum appendice crit. eruditissimi Eichstadii paginis 244, 8. excudi curarunt Nitschius et Haberfeldius in editione suâ Horatii, quae prodiit Lipsiae 1792—1802.

Epodi. Vand. Φ': *Liber Epodon*, et in interstitio: *seu clausularis.* Glossa codicis Vand. V: „Finitis quatuor Libris carminum Horatius a Maecenate rogatus ut si adhuc aliquid aliud genus metri apud Graecos inveniret, id transferret in Latinum, hos duos scripsit Libros, eosque Epodon intitulavit, quasi additio super Odas. Epodon (sic) enim compositum est ex epi graeca praepositione quae est super et Oda. Quaedam Horatius metra hic addit nova quae in superioribus Libris non inveniuntur; utpote purum iambicum; quaedam tamen de superioribus adjunxit, et ita in parte a metris superadditis Liber iste nomen accepit; et videtur sequi Archilochum qui invenit iambum ut poeta ipsemet dicit, in Libris autem carminum Alcaeum et Sapho imitatus est; vel aliter, iste Liber dicitur Epodos, i. clausulare (sic), quia per majorem partem minor versus inter majores clauditur; vel epos (sic) graece, latine equus dicitur, i. equestre carmen, etc. Vocantur et istae singulae distinctiones Odae, sicut superius."

Vand. 2. p. 561.: „Horace avoit promis à Mécène d'achever et de publier un Livre commencé de vers ïambiques (epod. 14.), et il s'en excuse sous le prétexte frivole qu'il est trop amoureux. On a cherché long-temps ce que c'étoit que ces ïambes. Les uns ont cru qu'il s'agissoit de ceux dont le poète parle dans l'Ode 16. du 1. Livre (v. 22—25); mais il offre à Tyndaris de les lui sacrifier, si elle veut se réconcilier avec lui (v. 2—4); on le voit, en effet, rentré en grâce auprès d'elle dans l'Ode suivante; on doit en conclure que les ïambes avoient été réellement brûlés; il ne peut plus être question de les rendre publics à la prière de Mécène. D'autres ont voulu, que ces vers dont Mécène réclamoit la publication, fussent les ïambes contre Canidie. Mais cette pièce seule, quoique de 81 vers, dut être finie presque aussitôt que commencée; *adducere ad umbilicum* peut se dire d'un livre,

d'un volume qui ne s'attache au rouleau que lorsqu'il est plein, et non pas d'une pièce isolée et si courte qu'elle ne devoit pas avoir besoin d'ombilic. Toutes ces difficultés s'aplanissent au contraire, si l'on suppose que c'est d'un Livre entier composé de vers iambiques que Mécène reclame la publication. Horace lui en avoit donné l'occasion lui-même dans l'épître 19 du 1. Livre qu'il lui adressa: le poète y parle de ses ouvrages, et repousse le reproche de n'être qu'un imitateur. Parmi les différens mètres lyriques qu'il a le premier empruntés des Grecs, il nomme d'abord *les iambes* d'Archiloque, et vient ensuite aux mètres d'Alcée et de Sappho. Il est probable qu'en faisant cette énumeration des titres de sa gloire, il ne songea point que ses vers proprement iambiques n'avoient pas encore été recueillis, et que n'ayant pas l'intention d'en composer un cinquième Livre, il avoit regardé long-temps comme non avenus ceux de ces morceaux dont la publication auroit pu le compromettre, et ceux encore qui auroient démenti, comme on l'a déjà vu, les louanges qu'il se donne:

. . . . . *numeros animosque secutus*
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben.

Mais Mécène fut sans doute frappé de cette mention des iambes de notre poète dont il ne connoissoit point de recueil; il engagea Horace à s'en occuper, sans peut-être songer plus que lui aux raisons qui rendoient ce recueil impossible. Horace alors se sera mis à examiner ces anciennes productions de sa jeunesse avec les yeux de l'âge mûr. Il aura senti bien vite qu'un bon nombre ne pouvoient être publiées de nouveau par les raisons que nous avons exposées et qui étoient soit de politique (*), soit de pru-

(*) Vand. 2. p. 558.: „Dans la 4. (Epod. 4., Lupis et agnis,) H. reproche à Sextus Pompée d'avoir affranchi des esclaves pour en faire des soldats; et l'on a vu dans l'argument que, dès l'an 716, Auguste auroit pu s'appliquer ce reproche. Cette pièce ne pouvoit donc plus entrer dans un recueil qui renferme une Ode de l'an 723 (Quando repostum). Les Odes 7 et 16 pouvoient encore moins y être insérées. — Ces Odes n'auroient pu qu'offenser le principal artisan des guerres civiles, l'homme qui en avoit recueilli tout le fruit.

dence (**), soit de décence et de goût (***). Peut-être même, comme nous l'avons insinué dans les argumens de ces pièces,

---

Avec un peu d'attention on reconnoitra qu'H. avoit aussi des raisons politiques de ne pas donner une nouvelle publicité à 2 autres Odes de ce Livre: à la 9., et à la 13. — H. s'y étoit livré à un enthousiasme qu'il put dans la suite condamner sous bien des rapports. En effet, contre la loi que lui faisoient et sa propre manière de penser et les moeurs romaines, de respecter, jusque dans les triomphes auxquels donnoient lieu les guerres civiles, le malheur des Romains vaincus, il attaque, il avilit dans cette Ode 9. Atoine et Sextus. —

Notre hypothèse semble d'abord moins facile à justifier pour l'Ode 13. Tout tient à ce passage enigmatique:

Cetera mitte loqui! Deus haec fortasse benigna
Reducet in sedem vice.

H. a commencé l'Ode en décrivant une tempête. Il exhorte ensuite ses amis à se réjouir; puis il ajoute en s'adressant à l'un des convives: Ne parle pas du reste; la chance tournera peut-être, et un Dieu propice remettra les choses dans leur ancien état. Quelque obscur que soit ce passage, il est impossible de l'entendre du retour du beau temps et de la belle saison; et lorsqu'on y réfléchit, on ne peut guère s'empêcher d'y reconnoître avec Wieland un soupir secret, un voeu échappé à l'auteur, vers le retour de la liberté et le rétablissement de la république. —

Voilà donc déjà 5 Odes de ce Livre que des raisons politiques ont dû empêcher notre poète de publier de son vivant.

(***) (Vand. 2 p. 559.) Nous en compterons à présent 2 qu'il dut sacrifier à la décence; ce sont la huitième et la douzième. (Je sais fort bien qu'il y a des choses très-libres dans ses satires, qu'on y rencontre même des mots obscènes qui ne se trouvent pas dans les Odes dont nous parlons. Mais le genre excusoit un peu cette licence. Ces traits n'y sont semés qu'en passant, et toujours sur le ton de la plaisanterie; enfin, ce qu'il faut principalement considérer, on n'y trouve point de ces peintures dégoûtantes qui révoltent tout lecteur délicat dans les 2 Odes en question; et l'on peut, je crois, en conclure hardiment qu'elles auroient été sacrifiées au bon goût, si elles n'avoient dû l'être à la décence.

(**) A ces 7 Odes nous pouvons, je pense, en joindre 2 autres que le poète a pu également réprouver, la 6. et la 10. Il les avoit

aura-t-il désapprouvé (?) le dénouement de la seconde, et jugé que les invectives contre l'ail qui remplissent la 3., ne méritoient pas (?) de passer à la postérité. Il en aura conclu que du reste il étoit impossible de faire un Livre, quand même il y auroit ajouté les pièces qui ne sont point toutes ïambiques et qui se réduisoient a 2 (*Petti*, et *Nox erat*). Il aura écrit à Mécène cette Ode 14. qui contient ses excuses, et il aura laissé à ses héritiers le soin de disposer à leur gré de cette partie de ses ouvrages." —

Epod. 1, 4. *tuo*. Wakef. Tragoed. Delect. 2. pag. 22. legendum censet *tui*, quemadmodum Propertius dixit 2, 1, 25.: Bellaque resque *tui* memorarem *Caesaris*; quod probat ad Ommerenium Eichstadius nisi quod haec non interrogentur, ut item placet Anglo erudito. Sane friget *tuo*, cum subire alterius periculum sine suo ipsius, praesertim in bello, nemo possit. Sed durior mihi videtur mutatio, malimque *Caesari — tuo*, id est in commodum vel honorem Caesaris, usu dativi satis solito, quem usum ignorans nescio quis librarius reponendum *Caesaris* putaverit. Similiter infra:

Libenter hoc et omne militabitur
Bellum *in tuae spem gratiae*.

---

lancées dans sa jeunesse contre de misérables aboyeurs. — La prudence put même entrer pour quelque chose dans la suppression de l'Ode 6. et dans celle de l'Ode 4. déjà supprimée, comme on l'a vu, pour des raisons politiques. H. n'y nomme point les 2 individus qu'il attaque, ce qui annonce qu'il pouvoit les craindre: car dans ses satires il en nomme un très-grand nombre qu'apparemment il ne craignoit pas. Cette observation même empêche que nous comptions parmi les Odes qu'il dut supprimer celles où il attaque Canidie: il la nomme comme empoisonneuse dans la première satire du Livre II.

Le compte des Odes qu'H. ne devoit point admettre dans le recueil de ses poésies étant établi de cette manière, nous verrons qu'il ne lui en restoit que 8 pour former un 5. Livre, et que si ce Livre avoit dû être réellement composé de vers ïambiques, 5 seulement pouvoient y entrer; savoir: les 3 premières, la 5. et les ïambes contre Canidie: cela fait en tout 309 vers; il n'y avoit pas là de quoi composer un Livre." — Vand. ibid. p. 560.

Vel: *Paratus Caesari tuo subire* etc., quomodo hoc et similia dicuntur: *Tibi sum paratus id facere.* Sed alterum melius. 5. Vanderburgii antiquiores: *si sup.*; Φ', H, V, et 3 recentt.: *vita sup.*, ubi *sit* omissum videtur propter *su*-syllabam similem, quae sequitur. *Si* luscam sententiam reddit, quasi dicas: Quid nos agemus, quibus vita jucunda est, si te superstite jucunda est? quod ineptum. Contra rectissimum *sit*, quod ita explicabis: Quid nos, qui tales simus, ut nobis vita sit jucunda te superstite; si contra, gravis? Nihil sane nisi hoc voluit poëta, neque ita interpretari posse videmur *si* cum Mitscherlichio: Quid nos, quibus vita jucunda *et expetenda videtur*, si te superstite *contigerit*; si contra, gravis *futura est.*

10. Vandd. 15: *Quem.* 13. Vand. I a m. I.: *ad extremum sinum*, quod probum et id, cujus glossema videatur *ultimum* vulgatum; non contra. Correctorem obtrusisse puto *ultimum*, ut iambus esset versiculi sede quintâ, more Horatii, Graecos secuti, in epodis, cum non meminisset versuum hujus carminis 9, 19, 27, 29 et 33, quorum similes aliorum alii non pauci. 15. Vandd.: *laborem*, ut fere Mss. et edd. vett. Male nihilominus Vand.: „On seroit tenté d'en conclure que *laborem* est la véritable leçon: car Mancinellus qui la suit, observe très-bien (?) qu'H. a pu (?), à l'exemple des anciens Comiques grecs (imo Latinorum, sed quis eorum exempla sequatur in hoc genere?), placer même au 4. pied un spondée au lieu d'un iambe, et il cite l'autorité de Priscien." *Laborem* merus stupor est librariorum, nomen substantivum ad *tuum* praecedens referentium; qualibus vitiis scatent libri. 20. Vand. S: *lapsus*, V: *a lapsu.* Recte Vand.: — *timet Magis rel.*, sublatâ distinctione post *timet*: nam haec est sententia: avem assidentem implumibus pullis, seu foetam, tum, cum ab iis abscesserit, magis timere. 21. Vandd. 6: *adsit* vel *assit*; reliqui: *ut sit.* 26. *mea* Vandd. O et R. 28. Vandd. 14.: *pascuis.* 29. Cur autem amore novitatis, cum edd. vett. expresserint, tuque ipse, vir optime, nescio quâ auctoritate *Neque* pro *Nec* reposueris sequ. carminis vv. 5, 6.? Idem utrumque, sed nunc fere vocali litterâ sequente Neque ponendum putant. Ceterum γ' Vand.: *supernae — tuscula*; pro *cadens* autem B et Φ' Vandd.:

tangens, quae var. lect. in O, Q: *cadens*, cum gl.: *in declivo montis*. 34. A et D Vandd.; *perdam nepos*, quod elegantius vulgato. Cf. 2, 5 etc.

Epod. 2. Vand.: „Au milieu de ces louanges si séduisantes de la vie champêtre M. Voss a cru découvrir des traits qui décèlent un avare et adoucissent beaucoup la surprise que nous éprouvons, lorsqu'à la fin de l'Ode le poète prend la parole et nomme l'usurier Alfius. Je ne me rappelle plus tous ceux qu'il citoit; mais, en lisant sa traduction, je crois qu'il faut les chercher dans l'intérêt que met Alfius aux charmans produits de la chasse (*jucunda praemia*); dans la grande frugalité des mets dont il prétend se nourrir (v. 55 — 60), et qui ne lui couteront rien (v. 48), et dans quelques expressions particulières, telles que l'olive cueillie *de pinguissimis ramis* et l'union de la vigne aux plus hauts peupliers (*altas populos* (*)). Cette hypothèse me semble très-ingénieuse, mais ce seroit à M. Voss lui-même à l'établir. Je dois me réduire à la proposer au jugement, ou plutôt au sentiment, de mes lecteurs. Si je m'en rapportois à mon goût particulier, je dirois que si les endroits cités me paroissent en effet très-favorables à l'idée de M. Voss, il en est d'autres qui m'y semblent tout-à-fait contraires (v. 23 — 28; 61 — 66)."

1. *négotiis*. Recte Ern. in Clav. Cic. h. v.: *Negotium* in universum de omni genere *quaestus dicitur*, *sed inprimis de eo*, *quod ex foenore redit*. Eo inprimis et ante omnia beatus agricola dicitur, quod ejusmodi negotia habeat nulla: quis non loqui haec intelligat hominem obrutum negotiis? quis non

(*) Haec omnia longe repetita, ut quae in quemvis agricolam rurisque amantem cadant; neque altissimas populos, sed altas poëta dixit, quod generale populorum epitheton. Magis eo, quo volunt viri doctissimi, pertinent verba negotiis v. 1., Solutus omni foenore 4., Forum 7., et amorima. lorum 37.: nam sic legendum esse, ibi demonstrare conabimur. Scriptum carmen inter turbas civiles, aliis Romanorum occisis, aliis exulantibus, aliis denique bonis suis exutis obaeratisque, quali tempore negotii, poenitere facile potuit aliquem foeneratorem; quem noto nomine Alfium appellat Noster: nam ipsum illum Alfium, de quo Columella 1, 7., nolim intelligere.

foeneratorem agnoscat verbis *Solutus omni foenore*, et eo, quod *forum* vitare dicit beatum illum? Sat. 1, 9:

Agricolam laudat juris legumque peritus,
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

Vid. infra ad 37. 5. Var. lect. in Mongez. apud Vand.: *classico ut miles*; et sic in ordine Vandd. C et V. Glossema.

9. Longe haec concinniora erunt, si legas minimâ mutatione *altae propagini*. 11. — 14. Etiam in Vandd. codd. hi versus ita ordinati sunt, ut in Feae aliisque. Vid. Bentl. De *reducta valle* cf. Od. 1, 17, 17. 18. Vandd. 14.: *agris*. 19. Etiam $\mathcal{C}^{l}$ Vand.: *gaudens*. An fuit

Gaudens ut insitiva decerpit pira?

23. De divisione hic factâ in Mongeziano et aliquot Vanderburgii codd. vid. ad Od. 1, 7, 15. 25. Vanderburgianorum alii *ripis*, alii *rivis*. Vid. sequ. annotatio. 27. *Fontesque*. Viri docti *Frondesque*, merito probante ad Ommeren. Eichstadio, qui laudat inprimis Theocrit. idyll. 1. princ., Ovid. Fast. 6, 9, 10, et Terentian. Maur. pag. 2430. Putsch.

(Pendeat ex humeris dulcis chelys, apta choreis,
Et numeros edat varios, quibus ecce! propinquum
Adsonet omne, virens late, nemus arvaque juxta,
Et tortis errans qui flexibus effugit amnis.)

quorum similes locos passim reperias apud poëtas. Sane post factam aquarum in genere mentionem nemo requirat *fontes*, sed *frondes*, quae lymphis obstrepant. Neque in *altis rivis* intelligere quisquam potest altis montibus desilientes, sed profundos, ut *altissima flumina* dixit Curtius; quod ad amoenitatem nihil confert. Quanto rectius altera pars codicum: Labuntur *altis* interim *ripis* aquae, id est: e montibus aquae fluentes labuntur in ripas editas ac petrosas, quales in montanis regionibus esse solent: nam de tali regione hic agi, indicio sunt *antiqua ilex*, *silvae* et *reducta vallis*. Quod arentia aestate atque autumno flumina intelligunt Bentl. et Gesn., non magis probo quam Italus editor. 29. *At*. Vandd. 3: *Aut*; unus: *Et*. 31. *acres*. E Vand. a m. 1.: *agris*.

34. *Turdis*. Vid. ad Sat. 2, 5, 10.

35. *Pavidumque.* S Vand.: *Auritumque*, quod fuisse videtur *Auidumque*, avidum cibi.

Quis non malarum, quas amor curas habet,

37.

Haec inter obliviscitur?

Ergo amabit etiam Alfius? ergo rus ibit amasiae obliturus? Cras fortasse credam, non hodie, recteque *malorum* legi contendo in trigâ illâ editionum, cum praesertim de uxore liberisque dicatur in sequentibus. Accusativo junctum *oblivisci*, ut alibi non semel, mirati librarii, neque oxymorum (*malorum amor*) capientes, mutaverint. Foenerator noster *negotia*, *foenus*, *forumque* commemoravit principio carminis, hisque rebus, quarum eum taedebat, ruris opposuit amoenitates. Quarum magnâ parte enumeratâ exclamat: Quis non malorum quas amor curas habet, haec inter obliviscitur? cui non, ista agricolarum bona possidenti, effluant ex animo *malorum* curae, id est curae negotiorum, aviditas pecuniae ac divitiarum, quae *mala* vocat, quia tot laboribus irretiunt homines, morteque etiam saepe puniunt cupidiores. Sententia aperta et aptissima. Ovidius Met. 1, 140:

> Effodiuntur *opes*, *irritamenta malorum.*
> Jamque nocens ferrum, *ferroque nocentius aurum*
> Prodierant etc.

Sic passim poëtae. 39. *Quid si* Q. Vand. 50. *scauri* S, T, V Vandd. 53. T Vand.: *descendet.* 66. S Vand.: *renitentes.* 67. Vandd. *Alfius*, *Alpheus*, *Alphius*, *Aufius*, *Aufidus*. *Alfius* scripsit Vand., ut magis latinum. Sed vid. Fea. 69. Vandd. 10. *redegit*; ceteri *relegit*. *Redegit* verbum technicum, ut sequente versu *ponere*, quod Graecis est βάλλειν, καταβάλλειν, τιθέναι, monente Mitsch. secundum Taylor. ad Lys. p. 580. Idque multo lepidius, ut facinus foeneratoris propriis viri vocabulis, tanquam suo gladio, percutiatur potius quam verbis metaphoricis veletur. Ceterum in terminis pecuniae mutuo dandae et recipiendae Nonarum Fea est oblitus. Vid. Cic. in Verr. 1, 56. extr. et ibi Ern. Non recte Vand.: „Dacier a raison, selon moi, d'entendre par ces 2 vers (69. 70.) qu'Alfius, au lieu de prêter son argent à un pour cent par mois,

de calendes en calendes, le plaçoit au même intérêt pour 15 jours, des ides aux Calendes et des Calendes aux ides." Quin Afius, ubi pecuniam suam Idibus redegit, tanquam praedium comparaturus, praeter expectationem mutato consilio sibique rursum similis, eam ipsam pecuniam denuo ponere quaerit proximis Calendis.

Epod. 3, 3. Vandd. 13. a m. 1.: *Edat*, quae prava interpretatio: nam *Edit* perfectum est, eaque loci sententia si quis unquam patrem occiderit, eum videri allio comesto in furorem atque amentiam versum fuisse. Cf. 12 seqq. Poena cicutae apud Athenienses vix cogitanda. De archaismis haud necessariis sentio fere cum Stephano ad Od 3, 7, 4. 19. Vand. D: *Aut*, frequente lapsu.

20. *Jocosa* etiam Markl., probante Eichst. ad Ommeren. Sed recte Fea. 21. *suavio* 3 Vandd.

Epod. 4, 8. Recte, qui *bis trium*: *bis ter* soloecum est. Vid. Gesn. et nos ad Epist. 1, 18, 30. 14. *mannis*. Vid. ad Epist. 1, 7, 77.

Epod. 5, 1. Vandd. 6 in ordine, et 1. pro varia lect.: *regis*.

3. Vandd. 4: *aut quid*.

5. Monge.: *ter si vocata*. Vand.: „Je crois cette leçon tout-à-fait nouvelle. On peut alléguer en sa faveur le vers 3. de l'Ode 22. du livre 3.: *Ter vocata audis*.

11. B et Φ' Vandd.: *Et* haec, P: *At haec*. Soliti errores.

15. A et E Vandd. a m. 1.: C. b. *illigata* v. De Canidia vid. ad Sat. 1, 8, 24. 18. Vandd. B E Φ' et 4 recentt.: *cupressus*.

21. Vand. A.: *Hiolcos aut*; ceteri ejusdem familiae, praeter γ', qui vulgatam lectionem habet, *Colchos*, (*Cholcos*, *Cholchos*, *Coicos*) *atque*, vel: et *Colchos*; T: *aut Colcos aut*. (*) 24. Similes locos de re magicâ hos laudat Vand.: Theocr. idyll. 2, Virg. ecl. 8., Aen. 4, 504 seqq., Senec. Med. act. 4., Lucan. 6, 451 seqq., Ovid. Met. 7, Apul. Ae. aur. 3., Propert. 3, 6, 4, 25 seqq., ipsiusque Nostri Sat. 1, 8. 25. *At*. Vand. D: *Atque*, E: *Aut*, P: *Et*; omnes 3: *Saga*. Glossator codicis A Saganam

(*) nec male quidem legeris: H. q. Iolcos aut Iberia. Quae hic dicitur, Iberia, inter Armeniam et Colchidem sita est, ut idem propemodum bis posuisset Horatius, si scripsisset aut Colchos aut (i. e. Colchus), Iberia, ut recte Dacerius animadvertit.

senatoris uxorem fuisse dicit, ut pridem, sed temere, nisi fallor, Acro dixerat; codicum B et $\mathcal{C}^1$ ministram esse volunt. Vid. ad Sat. 1, 8, 24. 37. Vandd. H et I (qui idem atque codex Regius, 7977, ut monet Vand.) *exsucta*, reliqui *exsecta* vel *execta*, quod eodem redit. 40. P Vand.: *pupillae*. 46. V et 2 recentt. Vandd.: *diripit*. 53. Vand. γ^1: *domus*. 55. Vand. A: *Formidolosis cum*, B: *F — is dum*; γ^1, S, T: *F — ae cum*.

57. Vandd. 7.: *quo omnes*.

58. A et M Vandd.: *suburbanae*, I: *suburranae*, O: *suburbanae*. 60. A E Q Vandd.: *laborarunt*.

61. Gloss. in B Vand.: Tacite ostendit Canidiam Varo dedisse veneficia (sic), sed non ita provenisse, ut voluerat, quapropter indignatur venena sua non ita ut vellet efficacia fuisse, quae venena Medeae dicuntur fuisse etc.

63. Vandd. 6, in his A γ^1 et V: *superbe*.

65. Vandd. A V et T: *infectum*: in T correctum: *imbutum*. A: *nova*. 69. P Vand.: *Eu dormit*. 55 — 72. Multum laborat Vand. in explicando loco difficiliore, nec recte Mitscherlichium in eo reprehendit, quod putet Canidiam id velle, ut ad sese nunc recurrat Varus relictis meretricibus Suburranis. „Une seule objection me paroît suffisante pour détruire toute cette explication. Comment Canidie peut-elle désirer que Varus se réfugie chez elle? comment peut-elle l'attendre lorsqu'elle est occupée des horribles apprêts et revêtue de l'affreux costume que le poète vient de décrire? *Il faudroit qu'elle eût tout-à-fait perdu le sens.*“ Haec ejus verba, cum non meminisset magae Virgilianae (eclog. 8, 109.), ad quam simili instructam apparatu tamen redire fingitur maritus Daphnis, ipsâ adventu ejus minime perculsâ, ut quae alio scilicet eum exceptura esset cubiculo ac quo ara magica exstructa erat. Recte sane Mitsch., neque aliud quidquam velle potest Canidia, nisi, ut ad se redeat amator. Quem quod *nardo* optimo *perunctum* dicit, nihil mirum, cum amet vetulus. Stalino senex Plautinus Cas. v. 112 seqq. nostrae edit.:

> Hanc ego de me conjecturam domi facio mage quam ex auditis,
> *Qui postquamde amo*, magis initio munditiis Munditiam antideo;

Myropolas omnis solicito; ubicunque est lepidum unguentum, ungor:
Illi ut placeam.

Nihil hic magici, ut item bene cum aliis vidit Mitsch., sed versibus 62. 69. et 70. Totus locus motorius, ut ita dicam, seu dramaticus. Principio venefica optat, ut senem nocte properantem ad amasiam aliquam Suburranam latrent absterreantque a foribus canes ejus vici; quo facto ad se ipsam rediturum eum sperat cupidine prurientem. Sed tacent canes. Ibi mulier v. 61.: Quid accidit? cur non venit Varus? quo modo mei non meminit, quae cubile ejus eo medicamento magico unxerim, quod meretricum omnium, quotquot sunt, oblivionem inducere videretur? Dormit tamen, non surgit, neque Suburam neque me petit. Haec dum dicit, propinquâ aliquâ domo, ut conjicere licet, exeuntem conspicit senem et ad scorta se conferentem cane latrante nullo. Quod sentiens exclamat:

Ah, ah, solutus ambulat veneficae
Scientioris carmine!

nam sic scribendum, neque interrogationi locus est. Video, inquit maga: vi meâ solutus abit, quam irritam suo carmine reddidit alia quaedam, scientior me, venefica. Festinat ad amores. Sed ad me recurres, Vare: insolitas neque vincendas potiones parabo, quibus totus amore incendaris. Sic fere locum etiam Mitsch. explicavit, nisi quod cubantem cum meretricibus fingi censet Varum versibus 69. 70., quod praeposterum.

79. Vandd. 2.: *sedet*; 3: *mare*. 87, 8. Dure haec interpretatur Fea secundum editores Parmenses, inprimis Viscontium (vid. praefat. Bodon. et Vand. 2, p. 573.); non quo *venena* significare non possint veneficas, ut *scelus* scelestum etc., sed quod verba *magnum fas nefasque*, quorum potestas est notissima, in eam sententiam, quae placet viris doctissimis, detorqueri nullo modo possunt. *At* addidisset poëta ante *non valent*, omnes has turbas compescuisset. Nunc brevitate patheticâ factus est obscurus. Nec tamen dubitandum, quin hoc velit, quod velle eum probe intellexit Lambinus, venena sive artes magicas *magnum* quidem, id est magnam rem, efficere

posse, ut convertant fas et nefas, quodque fas habeatur reddant nefas, et contra, sed tamen convertere atque immutare non posse *humanam vicem*, id est vicissitudinem rerum, qualis usu venire soleat inter homines, ut par pari referatur, hodieque oppressus cras ulciscatur inimicos, quae est Graecorum scriptis celebrata *νέμεσις*. Minatur itaque puer, se vicem relaturum istarum veneficarum meritis, diris eas exagitantem, et quae sequuntur. Virg., monente Lambino Georg. 1, 505.:

> Quippe ubi *fas versum atque nefas*: tot bella per orbem,
> Tam multae scelerum facies. —

89. *Diris.* Vand. S: *furiis.* 98. A et E Vandd.: *Contundat.* 102 Vandd 5: *effugerint*

Epod. 6, 2. Vandd. 9: *adversus*; Q mire: *Ig. hostis belluis.* 3. Vandd. 16 a m. 1: *verte*, et sequ. v. *pete*, nisi quod Q habet *petas*. 5. Vandd. A et γ^1: *Laco.* Vid. ad Sat. 2, 6, 114. 8. Recte codd., qui: *procedet*, id est obviam ibit, mecum pugnatura *Praecedere* nihil ad rem. 10. R Vand.: *odorari cibum Cave.* 14. Videndus instar omnium F. Th. Welckerus, V. C., in scriptione, quâ Hipponactis et Ananii fragmenta recensuit; quae scriptio excusa est Gottingae 1817, pp. 114, 4. 15. Etiam B Vand.: *oppetiverit.*

Epod. 7, 4. Virgulâ interpungendum post *sanguinis*, et signum interrogandi ponendum in fine versus 10, siquidem haec una eademque sententia est. 12. *Unquam* Vandd. omnes praeter V codicem, qui: *Usquam.* In Vanderburgii libris N et S super *dispar* scriptum a glossatore *genus*, idque pro *feris* in p'uribus repertum Lamb. expressit. Etiam V: *disparibus*, et inter versus: *genus.* 15. Vandd. A E T: *albus ora pallor.*

16. *percussae* corr. in T Vand.

Epod. 8. gloss. A codicis Vand.: Ad anum deformen, vel in Gratidiam. Hanc nominant etiam Vandd. γ^1 H I et V.

15. Minus assecutus est vir doctus vim formulae *Quid, quod* (nam ita scribendum, non *Quid? quod*), quam exemplis (Ovid. Met. 7, 62; 9, 194; 10, 615 seqq.) illustravi nuper in Vindiciis Ovid. p. 94. Dictum *Quid, quod libelli Stoici inter Sericos Jacere*

pulvillos amant? pro eo, quod est: *Accedit quod*, vel *Adde quod l. St. i. S. i. p. amant*, sententiaque loci inde a versu 11. haec est: Esto beata, esto nobilis pretiosisque vestibus gemmisque ornatissima, esto etiam docta: quid id ad amorem? num propterea minus rigent, id est frigent, nervi mei illitterati? etc.

18. Virgulâ interpungendum post *fascinum*, cujus eo ipso languor cernitur, quod ore foedissimae mulieris provocandum est. Mirifice Vand.: „*Fascinum* est un talisman; ce mot désigne ici un de ceux dont les anciens faisoient le plus fréquent usage.“ Ceterum haud male vir doctissimus ad vv. 1. 2.: „Ces 2 vers ont fait croire qu'H. avoit été l'amant de cette femme qu'il va déchirer si cruellement, et l'on ne peut disconvenir que les vers suivans ne supposent entre elle et lui une connoissance très-particulière. D'un autre côté il est de toute invraisemblance que notre poète se fût laissé séduire à de tels appas, et il n'étoit pas homme non plus à se faire entretenir par une femme. Je crois qu'on ne risquera rien de trancher la difficulté, en supposant que la vieille anonyme n'étoit qu'un personnage imaginaire, ainsi que celle de l'Ode 12 qui envoyoit des cadeaux à son amant, et que ces 2 pièces ne sont, comme je l'ai déjà insinué, qu'un jeu de l'imagination du poète.“

Epod. 9, 1. Vandd. 5: *repositum*. 3. *domu*. Ne hic quidem placet frequentius u illatum. 9. γ' Vand.: *detexerat*.

11. Male, qui: *Romanus, eheu* etc., cum *eheu* syllabam priorem corripiat, ut hodie vel tironibus notum est. Vand. V: *hebeu*, pro *eheu* puto, τῷ h perperam addito, ut passim factum. *Romanus* non solum Antonium indicat, sed generatim milites Romanos, quos in Aegyptum Antonius abduxerat. 13. Id est: habet ad manum arma atque vallum, ut miles, et tamen spadonibus Cleopatrae servire potest, qui potius armis ipsius valioque occidendi sunt. 16. A Vand.: *conopium*; ceteri fere Vandd.: *conoptum*, 5: *canopeum*.

17. Vandd. fere *ad hunc*, V: *at hunc*; paucissimi: *adhuc* vel *ut huc*; M: *at frementes*. Rectum, quod etiam Zurck. habet in ordine, *Ad hunc, ad Romanum*, sic degenerantem. *Ad*,

contra, ut bene monet Schol. Miror turbas doctorum in re planâ. Ceterum T Vand.: *verterant*, sollemni confusione.

20. *citae*. Participium a cieo, i. e. citatae, motae. 21. 23. Scribendum *Triumphe*, siquidem haec est personificatio. Et sic aliae edd., in his Gesneri. 25. Vandd. 7: *Africanum*. 27. Hoc versu novum carmen incipit in A codice Vand., additâ etiam inscriptione hac: *ad Caesarem, devictus Antonius*. In libris Vandd. γ' et H inter fin. legitur: *De fuga Antonii*. Vid. de talibus librariorum et correctorum ineptiis ad Od. 1, 7, 15.

34. P et T Vandd.: *Aut Chia*. 35. A Vand.: *nausiam*. Vand. 2. p. 581. „Nous avons vu que très-probablement Mécène étoit à Rome lorsqu'H. composa cette Ode, et, dans ce cas, l'on ne sait plus *quels sont les amis qu'il attend*. — Je ne puis répondre à cette question que par une conjecture que je soumets à mes lecteurs. Peut-être voudront-ils bien supposer avec moi qu'H. est censé composer son Ode au moment où Mécène lui envoie la nouvelle de la victoire d'Actium, par *les mêmes officiers* (*nouvellement debarqués*) *qui la lui avoient apportée*; et alors ce sera avec eux que notre poète voudra fêter cet événement."

Epod. 10. A Vand. gloss.: in *Marcum* Maevium etc. Glossa V libri: in hac oda facit H. invectivam in Nevium (sic) poetam sui et Virgilii inimicum, *qui triumphos Caesaris male descripsit* etc. 6. B Vand.: *tractosque*. In T correctum *deferat*. 8. Bene, quidquid dicunt, Wakef.: „Praecesserat vox *Fractos*; et quorsum sodes *tremere*, si frangantur?" *Plangit* itaque reponentem probat etiam Eichst. ad Ommeren.

16. V Vand.: *tibi quam*. 17. *non virilis ejulatio*. Cic. Tusc. 2, 23.: Ingemiscere nonnunquam viro concessum est; ejulatus vero ne mulieri quidem. 18. Vandd. 8: *aäversum*, errore tralaticio. 19. A E et T Vandd.: sinu.

20. Vandd. 5 a m. 1.: *notus*; reliqui *noto* vel *notho*. 22. Vandd. 14.: *juverit*.

Epod. 11. D. γ' I et V Vandd.: *Ad Pectium*; alii: *Ad Pettium*, vel *Petium*. 1. Vandd. 5: *Petti*, vel *Peti*; ceteri *Pecti*. 2. Vandd. 5: *percussum*. 7. T Vand.: *iam*. 8. Cur *et* pro *etiam* accipiendum sit, non intelligo. 9. Vandd. praeter

unum codicem S: *amantem languor.* 11. Vandd. 2: *Contraque.* Est haec profecto interrogatio, cum praecedat Contrane?

14. Vandd., ut videtur, omnes: *Fervidiore*, et sic etiam ille editor; sed nihil opus. Fervidiora facta vino Hic dicit arcana et tanquam effervescentia.

15. Vandd. 5: *inaestuaet*, quorum codicum scriptores voluerunt *inaestuet*, quod est in reliquis Vandd., si vera sunt, quae de ejusmodi scripturis disputavi ad Senec. Herc. fur. 683, 1064 et 1343. 16. *ventis.* A Vand.: *Venus.* Similes litterarum ductus, puto, fefellerunt. 19.

Ubi haec severus te palam laudaveram.

Quo pertinet *te*? Conjungendane sunt verba *te palam*, et quâ sententiâ? Nescio sane, nec nolim vel reponi *ter*, id est frequentius, vel *tibi*, usurpato dactylo, ut Epod. 7, 1.

21. Vandd. 6, incertum utro loco: *eheu.*

Epod. 12. Vandd. 7: *In Gratidiam converso nomine;* A Vand.: *Ad Inachiam meretricem.* 1. *Quid tibi vis?* Vid. ad Sat. 2, 6, 29. *barris.* Vand.: „*Barritus* désigne le cri des éléphans; on en a conclu que *Barrus* désignoit l'éléphant lui-même. Les vieux scholiastes l'expliquent dans ce sens, et je trouve leur explication assez vraisemblable, quoique ce mot *Barrus* ne se rencontre dans aucun autre auteur un peu ancien (*). Cependant, sans l'épithète *niger* qui s'y trouve jointe, je ne serois pas éloigné de penser, avec Turnèbe, qu'il ne s'agit point ici d'éléphans, mais de quelques Romains du nom de *Barrus*, dont notre poète parle dans ses satires (Liv. I, 4, v. 110; 6, v. 30; 7, v. 8.) La manière dont il les peint permet de croire qu'ils n'auroient pas dédaigné les présens de la vieille qu'il juge a propos de leur adresser." Haec non de nihilo sunt, cum Barrorum istorum in Satiris alter, qui moechus est (nam alter maledicus Sat. 1, 7, 8.), optime quadret in hanc mulierem, ut de quo haec scribat Porphyrio ad Sat. 1, 6, 30.: Hic Barrus *vilissimae libidinis* fuit, adeo ut Aemiliam virginem Vestae incestasse dictus sit; certe *a dulteras sincerissima cupiditate sectabatur.* Ejusmo-

(*) Vide Feae laudatos scriptores in notâ ad v. 1.

di homo recte dicitur *niger*, id est improbus seu malus, quae hujus vocabuli potestas vel ex ipso Nostro (Sat. I, 4, 85, 91) notissima est. Contra elephanto quid hic negotii sit, nemo dixerit, nisi quis audiat Baxterum, *barros* (nam sic elephantos appellat) bene mutoniatos esse oportere graviter affirmantem. At idem in quamvis bestiam grandiorem cadit. Lascivum aliquod atque impudicum animal, velut hircum, canem, simiam, asinum denique, posuisset Horatius, rem dixisset. Nam de elephanto Plinius H. N. 8, 5.: „*Fudore* nunquam nisi abdito coëunt; mas quinquennis, foemina decennis. Initur autem *biennio, quinis*, ut ferunt, *cujusque anni diebus, nec amplius*; sexto perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen. *Nec adulteria novere, nullaque propter foeminas inter se proelia*, ceteris animalibus pernicialia," quaeque porro sequuntur de amore elephantorum, nihil aliud significantia, quam hominum amantes esse, beneficiorumque memores. Etiam *nigri* elephanti cur dicantur potius quam cani seu glauci, qui sollemnis eorum color est, neque bonus Baxterus divinavit, neque alius quisquam interpretum prolatis auctorum testimoniis explicavit. Quare perstandum nobis puto in Turnebi sententiâ, scribamque:

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima Barris?

2. A M V Vandd.: *quid mihi*. Contra D V O et R: *curve tabellas*. 5. *Pulypus* et hic malim, et Sat. I, 3, 40 Graeci πολὺ, πολυβότειρα et similia usurpant, ubi porrectâ primâ τῆ πολὺς syllabâ opus est. Quod imitatos in hac re, ut tot aliis, Romanos esse, quidni credamus? Nam quod vim liquidae quidam causantur, alio id pertinet, neque Homerici hymni in Mercurium versus 500. pro emendato habendus et Persii prologo legendum est:

Cantare Pegaseïum melos credas.

3. A Vand.: *Mittes*. 7. A γ' V et 3 recentt. Vandd.: *Qui sudor*. 8. Vandd. 4 a m. I.: *Crescat*. 15. B et C' Vandd.: *Inachia*. 21. R Vand.: *intinctae*. 22. A et E Vandd.: *properabuntur*. 23. A Vand.: *aliquis* pro *aequales*, permutatis inter se secunda et tertiâ syllabâ vocabuli, ut passim factum. Vidd. Vindic. Ovid. ad Met. 2, 398.

25. V et R Vandd.: *O ego infelix.* Vid., si tanti est, H. Stephani locus, quem adscripsi ad Od. 3, 7, 4.

Epod. 13. D Φ' I et V: *Ad amicos comicos.*

2. *silvae τρισύλλαβον*: vid. ad Od. 1, 23, 4. 8. V Vand. a m. 1.: *Achaemenia.*

11. Vandd. 3: *cecinit grandi.* 17. T Vand.: *Illuc.* 18. *alloquiis. παραμυθίοις*, id est quibusvis levamentis seu solatiis, ut recte exponit Mitsch Fugit hoc Wagnerum in Horatio, collatione scriptorum Graecorum illustrato.

Epod. 14, 3. Vandd. 4: *uti;* totidem: *veluti.* 7. De his iambis vide prolegomena Epodorum. 13. B et γ' librorum Vandd. glossatores Terentiam, Maecenatis uxorem, intelligunt; quam aliorum quoque opinionem recte refellit Vand.

Epod. 15, 4. Vand. V a m. 1. et T a 2.: *vota.* 7. D Vand.: *ut nautis.* 8. Vandd. 2: *turbarit.* 12. Vandd. 9 a m. 1.: *virium.*

14. A Vand.: *quaerit.* 15. *offensae.* D Vand.: *iratae.* In glossâ: si semel offensa mihi fuerit illa (an: tua?) forma. In V libro correctum *cedit*, legiturque *instantia*, et inter versus super *offensae*: „tuae vel meae;" super *formae*: „tuae." Glossator A membranae Vand.: *offensus, inimicus.* Mire sententiam hujus loci pervertit Fea, quae clarissima est, et a Gesnero bene explicata. Nemo, quod sciam *non semel* pro *nunquam* dixit. Verba sic ordinanda: Nec cedet constantia (mea) formae offensae (tuae), id est invisae. Vidd. a Feâ laudati loci Ciceronis et Suetonii. 17. Vandd. 11: *Et tu.* 22. Vandd. *Nerea.*

Epod. 16. Post Philippense proelium, inter annos U. C. 711. et 714. (quo anno in familiaritatem Maecenatis atque Augusti receptus est Hor.), scriptum esse hunc epodum, non male conjiciunt Torrent., Nitsch., Vand., qui quidem vol. 2. p. 514.: „Rome," inquit, „alors, en effet, se trouvoit dans un état assez désesperé pour que l'on pût songer à des partis extrêmes. Les citoyens vraiment attachés à la cause de la république étoient vaincus et dispersés. Leurs terres avoient été données par les triumvirs à leurs soldats; Sextus Pompée étoit maître de la mer, affamoit la capitale et la menaçoit d'une invasion. Il n'en étoit point ainsi lorsque la

guerre éclata entre Auguste et Antoine. Les gens de bien avoient embrassé le parti du premier. Quelque menaçante que fût cette guerre, les inquiétudes qu'elle donnoit aux Romains ne pouvoient aller jusqu'au désespoir. — Alors H. n'auroit eu que 26. ans au plus lorsqu'il écrivit cette Ode, et c'est bien le ton de cet âge qui y règne." —

1. Vand.: „Par ce second âge des guerres civiles on entend en général celles qui eurent lieu depuis la mort de César jusqu'à la défaite d'Antoine. Le premier âge s'étend de l'entrée de Sylla dans Rome à main armée, jusqu'à la mort de César. Les 2 ensemble comprennent un espace de 56 ans."

2. D Vand.: *perit*, quod adscriptum in margine I libri. 8. A et E Vandd.: *abominandus*, quae etiam var. lect. in B., ubi corrector fecit *abominatus*. Non semel haec confusa: vidd. interpp. ad Ovid. Met. 1, 190.

11. D Vand.: *urbes*. 12. A Vand.: *equi* pro *equus*, puto. Sed frustra: vid. Gesn.

14. Etiam Vandd. 16: *videri*, male, cum nusquam spondeus habeatur in his iambicis senariis. Animadvertit Glar.

15. Δὶς πράμβη θάνατος, ut ajunt. Locum interpunctione et falsâ lectione laborantem Rutgersius expediverat. Emendationem facillimam plausu exceperant Bentlejus et Sanadonus. Quid Fea et Vand., alios ne commemorem viros ceteroqui laudatissimos? In veteres glossatorum, Lambino et Torrentio perperam probatorum, errores relabuntur, dum vulgatam scripturam hanc *Forte, quid expediat, communiter aut melior pars Malis carere quaeritis laboribus* accipiunt pro eo quod est: Quaeritis forte, quid expediat, quid optimum factu sit, ut careatis etc., per hellenismum, cujus exempla cupiam videre apud Horatium et auctores Latinos. Quanquam Fea alteram nescio cujus grammatici explicationem sequitur, ut sic scribatur: *Forte, quid expediat?* intellecto *quaeretis*. Quae ratio non insolens modo, sed etiam τωυτολόγος. Quid multa? Fruge repertâ glandem non requirimus. Quod solum objici Rutgersio potera', in nullo scripto legi *quod*, en! diluunt id crimen duo codd. bonae notae Romani et Aldina editio anni 1501, in quibus est: *forte quod expediet*; quam

lectionem cur tanto supercilio excipiat Italus noster, non intelligo, meliusque eum facturum fuisse puto, si recte monentibus obtemperasset Viscontio et Nicolao de Azarâ in praefatione editionis Bodonianae. 17. *Nulla sit.* Nulla fuerit, εἴη ἄν. Modus potentialis. Vand. A: *potius.*

18. Non interpungendum post *civitas:* nam *exsecrata* pertinet ad verba *Agros atque Lares patrios*, id quod dudum vidit Porphyrion, alio trahentibus recentioribus, in his Gesnero ad 36. 22. V et R Vandd.: *vocavit*, solitâ b et v litterarum confusione. 29. T Vand.: *decurrevit.*

32. Vandd.: *miluo*, de quâ scripturâ, quae sola videtur latina, conferri etiam possunt Faern. ad Terent., Ciofan. ad Ovid., Gifan. ad Lucret., Dacer. et Zurck. ad h. l. 33. Vandd. 17: *flavos.* E solus: *saevos*, ex quâ lectione ortum censeo Cruquianum *ravos*, librariis forte *raevos*, mox datâ operâ, ne non latina vox esset, *ravos* scribentibus, quemadmodum r et s litteras passim confusas propter similitudinem constat in aevi medii manuscriptis.

37. Vandd. γ′ et P: *expers.* 38. O Vand.: *perpremat*, obsoleto genere scribendi. D et T Vandd.: *perprimet.* 39. R Vand.: *pellite.*

41. *Circumvagus* (ἀνῳόῤῥοος: vidd. Lamb. et Wagn.) per se dici negans vir doctus ne vulgatissima quidem lexica inspexerit necesse est. Recte secundum Dacerium et Sanadonem Eichstadius ad Ommeren. et editores Parmenses et Vand.:

Nos manet Oceanus circumvagus: arva, beata
Petamus arva, divites et insulas,
Reddit ubi Cererem etc.

Prius *arva* dictum pro *arva illa*, *Reddit ubi* etc. Eichstad. l. l.: „Bei der gewöhnlichen Interpunction missfällt die Wiederholung des Wortes *arva*, weil sie keinen Nachdruck hat.“

48. Vandd. 3: *Nympha.* 51. Vandd. 7 a m. 1.: *ovili*, ceteri *ovile*, quod recte defendit Gesn. *Circumgemit ovili* vix, et ne vix quidem, latine dicitur.

56. D Vand. a m. 1.: *imperante.* 57. V Vand.: *argivo.*

63. Q. Vand. a m. 1.: *sacravit.* 65. Rectissime Cun. San. Mitsch. alii secundum bonos libros Mss.: *Aerea dehinc* etc.

Postquam *aere* secula inquinasse dictus est Jupiter, quo modo nunc eodem illa durare dicatur, diversis rei confusis imaginibus? Ratio ἀσύσατος minimeque Horatiana.

Epod. 17, 4, 5.

Per atque libros carminum valentium
Refixa coelo devocare sidera, etc.

Insolens, ne dicam soloeca, mihi visa oratio: nam post monosyllaba, praesertim praepositiones (ne quis 8, 11. Sat. I, 5, 4 et similes locos opponat), non *atque*, sed usurpari vel *et* solet, ut versu praegresso, vel potius *que* encliticum. Malim itaque, nisi quid melius succurrat: *Per te atque libros* etc., idque eo magis, quod jam apparet, id quod obscurum est in vulgatâ lectione, non quorumvis magorum libros dici, sed Canidiae. *Per te*, ut alibi et hoc et, partibus pro toto positis. *Per caput*, *Per genua*, *Per tuam dextram*, aliaque hujuscemodi dicuntur. Sallust. Jug. 14.: P. C., *per vos*, per liberos etc. quod male quidam mutavere. Et in oratione C. Cottae consulis extremâ: *Per vos* igitur, Quirites, et gloriam majorum etc. Fuit quoque, cum haec ita refingenda existimarem:

Per *te* Dianae non movendâ numina,
Per *teque* libros etc.

Judicent sagaciores. — *Refixa* dicta sidera ab effectu, figurâ tritissimâ, ut non esset quod quaereret vir doctus, si jam avulsa sint, quomodo devocentur. Nam quod in mentem ei venit, *refixa* esse *fixa*, uno Virgilii loco *Fixit leges pretio atque refixit* satis refellitur. Idem, monente Vand., Aen. 5, 527:

— coelo seu saepe *refixa*
Transcurrunt, crinemque volantia sidera ducunt.

Cf. H. Stephani diatrib. pagg. 108. sequ. Ceterum Vandd. 8: *Defixa*. 7. Prudenter H. Stephanus diatrib. 2. de sua editione Horatii pag. 46.: „In conjecturalibus (ut ita loquar) lectionibus me non religiosum tantum, sed plusquam religiosum et ad superstitionem usque religiosum fuisse fateor: quod quidem ad earum in contextum receptionem attinet. Lectiones, inquam, ex conjectura profectas, tanquam pestem, à contextu procul (me) removisse dico. Eas enim quum extra libros

auctorum amem, sive in margine sive alibi sint annotatae, contra in ipsis libris positas cane pejus et angue odisse me et testatum sum jampridem, et nunc quoque testor. Lambinum igitur cum alibi, tum in iis, quos proferam, locis minimè sequutus sum. Legimus passim in illa adversus Canidiam ironica palinodia:

Citumque retro solve, solve turbinem.

At Lambini editio habet *volve, volve.* Unde? Ex ipsius Lambini, Io. Aurati (*) et Caroli Utenhovii conjectura. *Omnes quidem libri* (inquit ipse Lambinus in suis Commentariis) *et vulgati et manuscripti habent* solve, solve: *sed omnino legendum* volve, volve. *itaque Io. Auratus* etc. Ad locum alium venio, qui est Sat. 4. lib. 1.:

Dii bene fecerunt, inopis me quòdque pusilli
Finxerunt animi, raro et perpauca loquentis.

Hic Lambinum quum offenderet genitivus *loquentis*, mutavit in accusativum *loquentem*, ex conjectura. Quasi verò, quum ex animi cogitatione proficiscitur oratio, ipse non dici possit loqui: ut alias rationes, quibus receptam lectionem aliquis tueri queat, omittam: praeterquam quòd potest exponi: Eo sum ingenio, ea sum natura, ut perpauca loquar; vel: Naturae sum taciturnae, Natura sum taciturnus. Nam etiamsi animum pro natura minus aptè cum praecedentibus adjectivis accipi quis dicat, minimè novum est, ut idem substantivum diversis nominibus eodem in loco junctum diversè sumatur. Est etiam quidam versus Ode 24. libri 3., qui ob similem dubitationem vix conjecturalem ejus audaciam effugit; nimirum hic:

Virtutisque viam deserit arduae.

Ostendit enim in suis Commentariis, parum sibi placuisse epithetum *arduae*, junctum cum substantivo *virtutis*. At verò *arduam* posse cum Hesiodo concinere. (**) (Ἔργ. 287.

(*) Jean Dorat.

(**) Ubique ἑλληνίζοντα in Horatio Lambinum non immerito reprehendit Stephanus in praefatione, cum dicit: „Hoc quoque non placet, quod alicubi ex variis lectt. ea demum Lambino pro-

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν. Bo.)

Ego verò, Lambine, afferam et alia, quae conjecturam tuam valde juvent. Memini enim me viam *arduam* (sicut ὄρθιον οἶμον dicit Hesiodus) legere itidem apud Silium, *Ardua virtutem profert via.* Quinetiam apud Nasonem:

Difficile est, fateor: sed tendit in ardua virtus.

Apud eundem de gloria virtutis comite:

Ardua per praeceps gloria (imo *Gloria* Bo.) *vadit iter.*

Sed vicissim tamen vide, quae pro altera illa lectione recepta ex eodem Nasone afferre possim. Cecinit idem:

Ardua molimur; sed nulla nisi ardua virtus.

Quanquam hic legi etiam *vincunt* fateor. Ille etiam locus, quem modò ex eo attuli, de gloria virtutis comite, non minus pro hac lectione quam pro altera facere potest: quoniam *vadere* quidem *per praeceps iter* dicit, sed simul *arduam*

---

betur, cui subesse hellenismus dici potest: ut in extremo Epodωn versu. (ubi Lamb. legit Plorem artis in te nullum habentis exitum, et in verbis plorem artis subaudit ergo, χάριν sive ἕνεκα, Graecorum more. Bo.) Contrà autem plerosque hellenismos, qui in receptis et minimè controversis lectt. erant, non animadvertit: praesertimque quod ad loquendi genere attinet. ut Ratio evincit, ὁ λόγος αἱρεῖ. Omnia dura proposuit, πάντα τὰ χαλεπὰ ἀνεῖπεν. Ire, pedes quocunque ferent: quale illud ἃ πόδες ἄγον, ἐχώρει. Occultare dicerer, ut κιπλήσεσθαι Hom. pro εἶναι. Condere diem, pro quo Virg. Condere soles, ut Callim. ἥλιον κατεδύσαμεν. Quidvis et facere et pati, ut Graeci dicunt πάντα ποιεῖν τε καὶ πάσχειν. Sed horum alterum omittit Ode 3, lib. 1., Audax omnia perpeti. quod Lamb. non animadvertens miratur, cur non dixerit potius facere. — Hoc tantum addo, Graecas etiam metaphoras in multis consectari hunc poetam: veluti quum dicit mersor civilibus undis, eo modo, quo Graeci ἀκύμονα βίον appellant. Quò, sicut et ad immersabilis, quo utitur Epist. 1, 2., respiciens, hanc lectionem alteri versor praetuli."

appellat. Quod si operiorem tamen hujus epitheti usum postulas, et qui neque ex alia lectione, neque aliunde, in dubium vocari possit, en tibi ex Statio, Theb. lib. 10.:

Hac, ait, in Thebas, hac me jubet ardua virtus
Ire.

Libuit autem in his proferendis immorari, ut quam periculosae sint audaces conjecturae, lectorem docerem." —

8. T Vand.: *Nereidum.* 11. Vandd. 4 a m. 1.: *luxere*; ceteri: *unxere.* D: *additum.* 12. 17. De Cuningami commento *Hectora*, Bentleji *Circa* vid. J. H. Vossius ad Od. 1, 15, 2.

18. Vandd. 6 in ordine: *relatus.* 22. R Vand.: *Relinquit.* De vocabulo *ossa* recte Scal. et Bentl.: legendum *ora.* Oribus, non ossibus, convenit verecundus color. Suetonius Domit. c. 18.: Commendari se *verecundiâ oris* adeo sentiebat, etc. Color ossium in vivis ne conspici quidem potest, utpote carne et cute obtectorum. Wak. interpunctione locum adjuvabat hoc modo:

Fugit juventas, et verecundus color
Reliquit; ossa pelle amicta lurida,

Sed non placet, *me* intelligi in *Reliquit.*

23. T Vand.: *coloribus.* 24. Vandd. 8: *ab labore.* 26. *Luxare* var. lect. Zurck.

30. Q Vand.: *o mare, o terra.* 33. Vandd.: *urens*, praeter unum, γ', qui: *virens.* 36. Vand. O: *Qui finis?* 50. Non nisi 3 Vandd., I R et T, in ordine: *Partumejus*; 14: *Pactumejus*, quo pertinet etiam P libri lectio *Patumejus*, quod fuerit more Italico scriptum in *αὐτογράφῳ Pattumejus* pro *Pactumejus.* De scriptura *Partumejus* recte Vandd.: „*Partumeius* ne se trouve point dans les anciens Mss. Parmi les miens le meilleur de ceux qui la rapportent (I) n'est que du 12. siècle. Ce mot que les glossateurs du moyen âge expliquent par *partum mingens* (Vand. T.), *partui aptus* (Vand. I), est tout-à-fait barbare. Il est bas et injurieux dans un passage où H. soutient une ironie que ce seul mot auroit suffi pour dévoiler. *Pactumeius*, au contraire, est la leçon des meilleures éditions et des plus anciens Mss.; c'est bien un nom propre, qui se retrouve chez d'anciens auteurs, comme Bentley l'a prouvé

après Torrentius; et le sens qu'il donne au passage est si naturel que, depuis Bentley, je ne connois que M. Féa qui soit revenu à la leçon nouvelle. Ce savant n'a pourtant fait que renouveler contre Bentl. l'ancienne objection de Dacier.— Bentl. l'avoit prévu, car il l'a refutée d'avance: il ne sous-entend point *est*, mais *erat: Pactumeius erat venter tuus*; et d'ailleurs, si l'on veut absolument que Canidie feigne encore d'être grosse de cet enfant, la critique de Dacier n'en est pas moins facile à détruire. Ce n'est pas d'une seule couche, de celle dont Pactumeius est le fruit, que parlent les 2 vers qui suivent, mais de toutes les couches qu'a eues Canidie, ou plutôt qu'elle a simulées:

Utcumque fortis exsilis puerpera."

Reponendum haud cunctanter *Pactumejus*.

55. V Vandd.: *tondit*; R: *condit*. 56. Vandd.: *Cocytia, Covithia, Cotycia, Cocicia, Cocitia, Cocythia, Cochytia*. 57. Vand. 12.: *sacra*. 60. E quoque Vand.: *proderat*, quod non inelegans. Cf. Sat. 2, 1, 16; Epist. 1, 4, 6; 17, 45; Od. 1, 37, 4. Ovid. Met. 1, 679.: Quisquis es, hoc *potcras* mecum considere saxo, Argus ait; hoc est: *potes*. Et sic passim scriptores, quod non advertentes librarii futurum inculcare solent, ut etiam h. l. Quibus nollem obtemperasset noster editor. Intelligendum autem in hisce ex superioribus: si tu inultus abieris.

61. V Vand.: *commisisse*, quod ἄμετρον. 62. Rectum *Sed*, quo verbo nova oratio incipit hoc modo: — *toxicum*? *Sed* etc. Canidia: Ulciscar te, inquit, sed tardius moriéris quam optaveris: nam ingrata tibi misero vita ducenda est *in hoc*, id est: in eum finem, ut denuo semper crucieris. Sic praeter laudatos editores etiam J. H. Vossius, vir celeberrimus, in versione Horatii germanicâ, et Vand. Ceterum hujus libri 17: *Si* tardiora, quemadmodnm *Sed* et *Si* saepius inter se permutari monuimus ad Terentii Heaut. prol. 13. et nuper in Vindiciis Ovid. ad Met. 13, 507. 65. Vandd. 10: *infidi*. 67. R et T Vandd.: *alligatus*; 5 alii ejusdem familiae: *alite*.

70. V et T Vandd.: *dissilire*. 72. Vandd. 5: *innectes*. 77. Vandd. 4 male: *curiosius*. 78. Vandd. 7: *diripere*. R: *possum*, quod quomodo minus poëticum minusque elegans dicendum

sit, non intelligo. Non ineptum *Possim* utroque loco; sed alterum fortius est efficaciusque, et propterea aptius in tali personâ. 80. E Vand. 3: *pocula*. 81. Vandd.: *nihil in te* a. e.; D: *in te nihil* a. e.; 3 rursus: *nil* a. *exitus*; unus, γ', *nil habentis exitus*, in quâ lectione *exitus* pro genitivo sing. haberi posse non male Vand. existimat. Sed quid tum fiet τῷ *artis*, nisi forte intelligas cum Lambino *gratiâ* (ἕνεκα), quod durissimum?

Carmen seculare. Glossa libri V Vand. (*): Hic secundus liber epodos (sic) intitulatur saeculare carmen: saeculum vocabant centum annos, quia tum cursus planetarum in multis conveniunt, quo spatio finito et decem annis superadditis propter singulos denarios, *ne in illis numerandis aliquot annos obliti essent*, in sequenti anno, scilicet in centesimo undecimo, Romani summam solemnitatem celebrabant, et hoc ex praeceptis Sibyllae. Festum illud in tempore Horatii contigit, etc. Vand.: „Je supprime la fin de la glose, qui n'est d'aucun intérêt, et je crois que le commencement renferme une erreur en qualifiant le *carmen saeculare* de *second Livre Epode*. Mais le reste me paroît digne d'attention. Le scholiaste convient que la siècle n'est que de 100 ans, ce qui est en effet l'opinion la plus générale; il ajoute que, d'après l'ordre de la Sibylle, les jeux séculaires ne devoient être célébrés qu'au bout de cent dix ans, de peur que les Romains ne se fussent trompés dans leur calcul: or, lorsque l'on sait quelle étoit l'ignorance de ce peuple dans les premiers siècles, et quel peu de crédit méritoit sa manière de compter les années en fichant un clou dans la muraille de Jupiter Capitolin, on trouvera sans doute que la Sibylle avoit été très-sage de leur recommander cette précaution. (Voyez Beaufort, Diss. sur l'incert. de l'Hist. rom., Tom. I, pag. 16.) Si l'on s'en rapporte à cette glose, les 100 ans donnés au siècle par Varron, Tite-Live et les autres seront sans doute justifiés, mais la célébration des jeux séculaires au bout de 110 ans n'en aura pas

(*) Ex optimis liber ille videtur Vanderburgio, et 12. quidem vel 13. p. Ch. seculo descriptus, sed magnâ cura et ex αὐταγράφῳ antiquissimo. Vid. Vand. vol. I. p. 410.

moins été dans l'intention de la Sibylle: je dis dans son intention, parce que les renseignemens, que fournit l'histoire sur la célébration réelle de ces jeux, ne coïncident point avec les époques où ils auroient dû l'être d'après son ordre; la cause en est ou dans le silence des historiens, ou dans la négligence des Romains lorsque leur piété n'étoit pas réveillée par quelque désastre, ou dans l'empressement que certains magistrats eurent de se distinguer, ou peut-être encore dans cette inexactitude de leurs calculs qu'avoit si bien prévue la Sibylle."

V. 4. Vandd.: *sacro*. 5. Vandd. 7: *Quod*, unus: *Quos*, et inter lin.: *pueros*. 6. Vandd. 2: *lactas*. 21. Vandd. 2: *certos*; in altero correctum. E: *ut denos*, sed corr.: *undenos*. O: *decem*. 23. 1. Vand.: *sacro*; duo: *totidemque*; ceteri: *totiensque*. 26. Vandd. 13.: *dictum est*. Non omnino quidem immunis elisionum est haec oda neque iis cantus impeditur, ut videre licet in Italicis, quae hodie in theatris audiuntur, vocalium mixtarum plenissimis cantionibus; ceterum sane displicet in vulgatâ lectione *dictum est stabilisque* duarum litterarum st concursus, ut libenter assentiar Feae, *est* cum aliis expungenti. Quod ad Erinnam istam, seu potius Melinnonem, attinet, vide F. Th. Welckeri commentationem de Corinna et Erinna poetriis, F. Creuzeri Meletematum parti alteri insertam. 27. R Vand.: *servat*.

29. V Vand.: *feralis*. 39. A et E Vandd.: *urbes*. 41. Glossa B codicis Vand.: Sine proditione, quum quidam dixerunt Aeneam proditorem fuisse Trojae. Et similiter libri D $\Phi'\gamma'$ et V. Vid. Heynii Excursus de discessu Aeneae. 42. P Vand.: *Cautus*. 45. T Vand.: *facili*. 47.: Vandd. 3: *rem prolemque*.

49. Vandd. 3: *Quique*. M Vand. super *Quaeque* adscriptum habet *gens*, ut unus Torrentii. Gentem Juliam intelligit Vand., sed male: sequendi Bentl., Cun., Gesn., Wetzel., qui: *Quaeque* et versu 51.: *Impetret*. *Impetrare* sive *Impetrire* verbum augurale est, de quo vid. Ernest. in Clave Cic.; idque aptum huic loco, non *Imperet*: nam anno U. C. 736., quo cantatum hoc carmen est ludorum secularium die tertio, tutus regnabat Augustus, ut imperium ei optare inepti fuisset, ne

dicam impudentis et de re certâ tanquam de incertâ ac controversâ temere loquentis.

51. Vand. 5 a m. 1.: *Impetret.* 57. Totidem ejusdem familiae: *honos.* 61. V Vand: *flagrante.* 65. Vandd. 2: *aras*; ceteri praeter ineptientem P librum: *arces.* 66. Minime committendum, ut *felix* ad *lustrum* referatur, ut placet Feae, qui quam designandam putat temporum felicitatem, ea verbis *meliusque semper aevum* exprimitur; nunc diuturnitas tantum dicitur imperii, quod in alterum semper lustrum deus prorogat. Ergo *felix* h. l. est felix reddens, beans, propitius, respondetque τῷ *laetus* praecedente versu. Virg. eclog. 5, 65.: Sis bonus o felixque tuis, ubi vid. Serv. 68. A Vand.: *prerogat.*

71. Vandd. 14: *curat.* 72. Vandd. 10: *applicat.* Vand.: „Dans les Mss. les plus anciens *et*, même à la fin des mots, est souvent remplacé par ce signe *ct.*; et lorsqu'il étoit imparfaitement tracé, on a pu le prendre pour un a." Sed rectissime Fea locum explicavit. 74. I Vand.: *reportet.*

Mannheim, gedruckt in der Bürgerhospitals-Druckerey.

In kurzem wird erscheinen:

Virgilius Virgilianus, sine Quaestio de Virgilii locis quibusdam dubiis aut corruptis. Accedit Index in quo poëtae omnis cum rerum tum verborum antiquitas proprietasque breviter explicatur. Scripsit Frid. Henr. Bothe, D. Phil.

Ein Wort- und Sachregister über den vielgelesenen Virgil ist oft gewünscht worden. Hier ein Versuch davon, dem der Verfasser kritische Untersuchungen verderbter oder streitiger Stellen des Dichters beigefügt hat, die wenigstens dazu beitragen können, die allgemeine Aufmerksamkeit von neuem darauf zu heften.

Empfehlungs-

Briefe über Homer und Hesiodus, vorzüglich über die Theogonie, von Gottfr. Hermann und Friedr. Creuzer, 8. 1 fl. 54 kr. oder 1 Rthlr. 4 ggr.

Die würdigen und berühmten Verfasser haben hier in freundlicher Mittheilung ihre Ansichten gewechselt, und dadurch dem Forscher und Dilettanten das hochwichtige Studium des so tiefgehenden Mythos nicht nur erleichtert, sondern höchst anziehend gemacht. Dankbar müssen wir ihnen erkennen, daß sie einen Gegenstand, der sonst in gelehrten Abhandlungen nur besprochen, nicht erschöpft wurde, und doch jetzt durch die herrlichen Uebersetzungen von Voß die Angelegenheit jedes Gebildeten geworden ist, in die Sprache des Lebens übertragen, und zugleich die gründlichsten Aufschlüsse gegeben haben. Das Buch wird daher dem Gelehrten von Beruf sowohl, als dem Leser der Uebersetzungen ein höchst willkommener Commentar seyn, der den kleinen Zusatz der Auslage reichlich belohnt.

Desaga, M., teutsche Sprachlehre für Lehrende und Lernende in Verbindung des Lehrstoffes mit zweckmässigen Uebungsaufgaben. 2te sehr verbesserte und vermehrte Auflage 12 Bogen 8. 9 ggr. oder 36 kr. rheinisch.

Der jetzige Abdruck dieser vortrefflichen Sprachlehre ist eigentlich schon die dritte Auflage; da schon vor der im Jahr 1810 erschienenen Ausgabe eine frühere gedrängtere Bearbeitung sich in kurzem vergriffen hatte, ohne in den Buchhandel zu kommen Dies ist gewiß schon hinreichender Beweiß für die Zweckmässigkeit des Buches. Inzwischen ist die vorliegende Auflage durch den gewissenhaften Fleiß des Herrn Verfassers nicht nur von allem Ueberflüssigen gereiniget, und wo möglich noch zweckmässiger geordnet, sondern auch durch bedeutende Zusätze z. B. bei der Rechtschreibung, der Lehren von der Verbindung der Wörter zu Sätzen, durch passendere und vollständigere Uebungsaufgaben für jeden Lehrstoff bedeutend bereichert, und somit ein äusserst vollständiges Lehr- und Uebungsbuch der teutschen Sprache geworden, welches für Lehrer und Lernende einen entschiedenen Vorzug verdient. Um die Allgemeinheit zu befördern, ist, trotz der vermehrten Bogenzahl der für jetzige Zeit gewiß äusserst mäßige Preis gesetzt.

Hegel, G. W. F., Encyklopädie der philosophischen Wissenschaften, gr. 8. 3 fl. 12 kr. oder 2 Rthlr.

Wir erhalten in diesem Buche von dem scharfsinnigen Verfasser in einem so präcisen, als klaren und faßlichen Vortrag die Darstellung seines Systems der philosophischen Wissenschaften, das in seinen einzelnen Zweigen schon so ausgezeichnete Anerkennung gefunden hat. Es wird daher auch als Lehrbuch ihm der allgemeine Vorzug nicht entgehen.

Ewald, Joh. Ludw., Bibelgeschichte, das einzig wahre Bildungsmittel zu christlicher Religiosität. Briefe an Aeltern, Prediger, Lehrer und Lehrerinnen und die es werden wollen. 8. In Umschlag geheftet. 22 gGr. sächs. oder 1 fl. 30 kr. rhein.

Wenn es in unserer Zeit allgemeiner als je gefühlt wird, dass die Bibel die wichtigste Grundlage der Religion, das entschiedenste Bedürfniss ist, sie zu befestigen und zu verbreiten, so ist es um so interessanter, diese Ueberzeugung auch in die allgemeine Lebensansicht übertragen, und auf einen Punkt gestellt zu sehen, von dem aus sich die Wirkung am sichersten bewähren muss. Im Ganzen ist uns schon der Name des berühmten Herrn Verfassers für seine Ansicht Bürge, und die von ihm gewählte Form in Briefen bey seinem anziehenden Stil dafür, dass jeder Leser es mit hoher Befriedigung aufnehmen, und nach Massgabe seines Bedürfnisses mit Interesse anwenden wird.

Lauter, Dr. G. C., Qua ratione pueri ad patriae instituendi sint amorem. Oratio. 8. geh. 3 gGr. sächs. oder 12 kr. rhein.

Made in Italy

06-15 MIN

8 032919 991362

www.colibrisystem.com

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 047437642